Item possessio limitata iter duos terminos nō extendit se circa primum nec vltra secūdum. sed talis possessio fuit circuncisio limitata inter abraham et christū Gen. xvij. hoc erit pactum inter me et te. quasi dicat incipiat in me et non pgredietur vltra me. Clarissime ergo ex omnibus supradictis patet cessatio circuncisionis ergo iudei vtētes eadem cum hoc sit magna iniuria vt satis dictum est ac si non soluisset promissum propter hoc sunt in continua ira et odio dei. ¶ Tertius punctus est ostendere quō oia i figura ptingebāt illis sicut dicit aplus. i. Cor. x. et addit scripta sūt ad correctionē nraz: vbi duo sunt notanda in predictis verbis. Prio tempus vmbre prefiguratum: secūdo tēpus grē consūmatū primū fuit sub legē mosayca. secundū est sub lege euangelica. primū fuit figuratum. secūdum gratiarum. In primo solum fuit figuratio ac per hoc imperfectio quia nihil ad perfectuz adduxit lex ad hebr. vij. In secundo est veritatis exhibitio ac per hoc perfectio. Unde vocat ab apostolo pleitudo tēporis ad gal. iiij. ¶ Pro primo ergo dicit aplus omnia in figura contingebāt illis. In figura dicit psignante illa que tempore gratie sunt impleta. et bene dicitur in figura sicut enim videmus q filius cesaris vel herculis et si sit in se res aliqua principaliter tamen signum est cesarē vel herculem representans. sic et omnia que fuerunt facta in veteri

testamēto fuerunt in se res alique sicut paradisus: archa noe. diluuiū arcus celestis. nubes. tabernaculū templum et huiusmodi. principali ter tamen figura erant non quidem rei presentis sicut sunt sacramenta noue legis que significant gratiam iam presentem: sed fuerunt signa gratie et veritatis exhibite in nouo testamento. Jo. i. Lex p moysen data est: gratia et veritas per iesum xp̄m facta est. Unde possumus dicere de his que sunt tēpore gratie exhibita illud quod scribit Sapiētie. xiiij. Figura cor e lōgin quo allata est. Item sicut illud qđ per suam figuram cognoscitur imperfecte cognoscitur intuitiue. q: non videtur in se sed quasi abstractiue quia cognoscitur in alio puta in sua imagine. sic et filij israel qui solum figuras et corticem littere attendebant ea que impleta sunt tempore gratie ⁊ si aliquo modo cognoscebant impurissime tamen ⁊ valde imperfecte. in signum cuius cum moyses de monte descē deret cornuta et splēdida facie nō potuerunt hebrei claritatem vultus eius aspicere et si aliquos radios cernebāt vultus tamē sui claritatē nullatenus attingebāt Exo. xxxiiij. Et sic iudei solū videbant figuram et attendebāt littere corticem. medullā tamen spiritualis sensus nequaꝗ attingebant ⁊ vsqꝫ in hodiernum diem velamē super cor iudeorū positum est vt nō possint cognoscere veritatē. Sꝫ xp̄iani reuelata facie gloriam domini speculantur sicut dicit apostolus. ij. ad Cori. iij. Unde doctor catholicus figuratur per moysen: est enī assumptus de aquis baptismalib⁹ de quo dicitur numeri. xij. q non p figuras et enigmata sed palā deū videt. quod quidem verum est nō tamen simpliciter: quia videmus per speculum ⁊ in enigmate. i. Cori. xiij. sed solum respectu iudeorū

¶ Pro secūdo additur scripta ad correctionem nostram. Primū enī tempus fuit quodāmodo peccata cōmittēdi. Secundū autem est tēpus peccata corrigendi. lex enīꝫ p hibet concupiscentiam: et sic dando ipsi⁹ notitiam ipsam excitabat ⁊ quoniam sacramenta legis non conferebant gratiam. Ideo p quādam occasionem non datam quidē cum lex esset sancta ⁊ iusta. sꝫ acceptam a iudeis carnalib⁹ quasi eos impellebat ad peccādum. Unde ⁊ lex dicebatur lex peccati et mortis sicut ap̄l'us ad Ro. vij. et. viij. Tēpus autem gratie est tempus peccati corrigendi: tum quia pena iudeorum reddit xp̄ianos cautiores et quia sacramenta noue legis gratiam conferunt et scriptura euangelica expressius peccata condemnat. Unde et si de omni scriptura canonica verum est quod dicit apostolus. ij. ad Timo. iij. Omnis scriptura diuinit⁹ inspirata vtilis est ad docendum ad corrigendum. ad arguendum. ad erudiendum in iusticia vt sit homo dei perfectus ad omne opus bonuꝫ instructus. principaliter tamen verum est de scri

ptura euangelica. Hec enim docet fidei veritatem. arguit mundi vanitatem, corrigit peccati vilitatez erudit precepti equalitatē. ¶ Circa primum iterum sciendum est q̃ in veteri testamento sub figurarūz inuolucris prefigurabantur quattuor que sunt christianis tempore gratie reuelata videlicet credēdorum continentia, cauendorum immunditia: inimicoruz fraudulētia et malicia, sacramentorum virtutū et honor virtus et efficacia.

¶ De prefiguratione credendorum: et primo de prefiguratiōe sancte trinitatis.



Quātū ad pmū notandūz q̃ omnes articuli fidei in scriptura veteri sub figuris multiplicibus quasi sub quibusdā sigillis que nunc soluta sunt velabantur. articulus enim trinitatis et vnitatis de quo dixerat moyses s̃m veritatem hebraicam. ge. i. c. In principio creauit heloim qd̄ est plale huius nominis hel quod est idem quod dn̄s: heloim dixit propter personarū pluralitatē et creauit propter essentie vnitatē de quo etiam refert eisdem eodē ca. q̃ volens formare hoiem dixit faciam⁹ hoiem ad imaginem et similitudinez nostram: faciamus dictum est propter personarum pluralitatem: et nostram propter substātie vnitatē de quo etiam. ps. lxvi. dicitur Benedicat nos deus deus noster et benedicat nos deus et cetera. ter dicit deus non propter tres deos s3 propter tres diuinas personas. Cum autem dicit in singulari metuāt eū et cetera: hoc dicit propter nature identitatem, de quo etiā dicit Ysaias ppheta ca. vi. Seraphim clamabant alter ad alterum. sanctus sctūs sanct⁹ dn̄s deus sabaoth. ter dicit sanctus quia tres sunt diuine psone. dn̄s deus addit quia est in tribus deitas vna. De hoc articulo qui est primuz credibile habes expressam figuram in sancto abrahā de quo sic dicitur gen. xviij. q̃ tres vidit vnum adorauit dicens dn̄e: et cetera. tres sibi apparuerunt quia tres sunt diuine psone quas sicut vnuz adorauit dicens. dn̄e quia in eis est vna deitas que est precisa rō adorandi tres diuinas psonas.

¶ De prefiguratione dominice incarnationis.



Articulus dominice incarnationis i veteri testamento sub figurarū inuolucris fuit. deq̃ dicit Esa. Ecce virgo cōcipiet et pariet filium et cetera Esa. vij. Et Iheremias nouūz faciet dominus super terrā. Femina circūdabit virū. Ihere. xxxi. hās figuras multiplices i veteri testamēto hūc ei figurauerūt paradisus voluptat. gen. ij. et arc⁹ diuine charitatis. Gen. x. Quid p

d ñ

paradisum:nisi virginem intelligimus: in cuius medio, in vtero fuit lignum vite. i. dei filius et in quo deus sola virtute nulla creatura cōcurrente opere posuit hominē. i. christum. quid per arcū varium nisi iesum intelligo quē deus posuit in nubibus. i. in marie visceribus radijs diuine gratie penetratis qui fuit & est q̄ntum ad homines signū diuine reconciliationis. in cuius signum arcus est versus celum & corda versus nos. Et ideo nō oportet timere sagittas ire d̄i submersiōis generalis aquar̄. Hunc etiā figurabāt rubus visionis et vellus gedeonis. ignis fuit in rubo quia diuinitas fuit humanitati sed nō cōburebatur rubus quia propter istā vnionē nō fuit ↄsumpta hūanitas nec in diuinitatē cōuersa. Exo. iij. Item ros fuit in vellere. i. diuina gratia in maria virginitate cōseruata. ipam dei filio fecūdans. terra fuit circūquaq̄ sicca. q2 caro marie nō fuit aliquo semine polluta. Judicū. vi. Hūc etiā figurauerūt arche testamēti ↄditio. solis descēsus. & porte clausio. Quid per archā nisi mariā intelligimus quid p̄ vrnā aureā inter archā inclusā: nisi humanitatem xp̄i. quid p̄ manna quod erat intra vrnā nisi diuinitatem eius intelligō. de ista archa habetur Exo. xxv. De cōtētis autē in archa explicat ap̄ls ad hebr. ix. c. Sol descendens per decem gradus i horologio archā signat q̄ sol iusticie descēdit per decem ordies craturarum et de decimo assumpsit humiliorem naturam de corpore gloriose virginis marie. Nouem ordines fuerunt noue ordines angelorum. decim⁹ ordo fuit hominū de hoc descensu habet̄. iiij. Regū. xx. Porta fuit clausa perpetuo & tñ solus rex ingreditur et egredit̄ p̄ eā. porta significat virginē q2 virgo māsit perpetuo et tamē rex glorie solus ingressus fuit in eam per carnis assumptionem & egressus p̄ eam p̄ stupendā editionem de qua habetur Ezech. xliiij.

De p̄figuratiōe natiuitatis xp̄i.

Articulus autē natiuitatis xp̄i de quo dixit Jsa. propheta ca. ix. Paruulus natus est nobis et cetera fuit figurat⁹ i natiuitate: Jsaac. de quo gen̄. xxi. i natiuitate Samuelis de qua. i. Reg. i. Hi enim q̄uis nō fuerunt nati de virginibus sunt tamen nati de sterilibus & supra nature cursum: fuit autem figuratus expressius in ascensu floris de quo Esa. xi. Flos de radice yesse ascendet. & in egressu fontis Johelis. iij. Fons egredietur d̄ domo domini et cetera: & in ortu solis de quo Eccl's. i. Oritur sol et cetera. Jn abscisione lapidis danielis. ij. dicitur q̄ abscisus est lapis de mōte sine manibus qui statuam cōfregit: huius statue caput erat ex auro purissimo. pectus autem et brachia de argento. vēter & femora de ere; pedes de ferro et terra p̄ hāc

statuam figurantur quattuor magna regna sibi in orbe succedentiũ ſm φ daniel diuinit⁹ edoct⁹ ibi exponit. Primum est regnũ chaldeorum φ significatur per caput aureum vt ibidem dicitur. Secũdũ est regnum Persarum: quod figuratur per argentum quod subiecit sibi regnum chaldeorum. Tertium est regnum grecorum. s. Alexandri quod subiecit sibi regnum Persaꝝ ꝛ figurantur per es. Quartum est regnum romanorum quod figurat̃ per ferrũ quod subiecit sibi regnũ grecoruꝫ aliaqꝫ regna mundi sicut ferrum domat oĩa. Per lapidẽ abscisum de monte sine manibus significatur xp̃s siue regnuꝫ xp̃i cui subijciendũ erat predictum regnũ romanoruꝫ. In hac expositiõe omnes catholici et hebrei cõueniunt Quo supposito sic arguit̃. In hac prophetia exprimitur φ ille cui subijciendũ erat regnum romanoꝝ et imperium est ipse xp̃s cũ hoc ergo sit completum tempore cõstantini et siluestri pape quo tempore romanorum imperium subiectum est per veram fidem iesu christo filio marie virginis. Sequit̃ φ iste est verus christus veritas et signatum huius figure. quia mons significat virginem: lapis christum. abscisio lapidis natiuitateꝫ eius que fuit de virgine sine manibus. i. sine opere cuiuscunqꝫ creature. Hic lapis confregit statuam mundi vanitatem dictum regnum romanoꝝ sibi subijciendo.

¶ De p̃figuratione vite ꝛ conuersationis christi.



Vita xp̃i ꝛ cõuersatio d̃ qua Baruth. iij. In terris visus est ꝛ cũ hominibus conuersatus est fuit figurata per columnam que filijs israel p̃cedebat q̃ de nocte erat ignis illuminans: de die ꝟo nubes refrigerans. Vita enim christi illuminauit mundum contra nocteꝫ ignorantie ꝛ refrigerauit contra estum concupiscentie: nec vacat a mysterio φ illa nubes erat tenebrosa egyptijs et luminosa hebreis. q2 in vita christi fuerunt reprobi excecati et electi illustrati: de hac calũna habet̃ Exo. xiij.

¶ De prefiguratione doctrine ꝛ p̃dicationis christi.



Doctrina autẽ xp̃i ꝛ predicatio fuit figurata in legis datiõe que fuit facta. Moysi. Exo. xx. et in legis secunda prescriptiõe Exo. xxiiij. ꝛ in legis repetitiõe que fuit facta in Deut. quasi per totum: propter quod dicit Ihero. in epistola ad paulinum. Deuteronomium vero secunda lex et euangelice legis prefiguratio fuit etiam figurata in locutione angelorum qui ex persona dei loquebantur sanctis patribus et precipue in locutione illius q̃ loquebatur Moysi et filijs

israel aliqñ in mõte aliquãdo in deserto aliquando ad ostium tabernaculi. aliquando inter cherubim qui propiciatoriũ obumbrabant: vide scripturas.

¶ De ꝑfiguratione passionis xpi.

Articulus de passione xpi: morte & sepultura. de quo dañ. ix. propheta predixerat dicens. Occidetur christus fuit multipliciter figuratus. Fuit enim xps venditus i ioseph. Ge. xxx.i. Nudat⁹ in noe. Gene. ix. Ligatus in Sansone. iudi. xvi. Irrisus in heliseo cui dicebant pueri. Ascende calue. iiij. reg. ij. Consputus in iob. Iob. xvi. Cessus et verberatus in Esaia. qui dicebat. Corpus meum dedi percutientibus et genas meas vellentibus. Esaia. lix. suspensus in hetro qui portabatur invecte: & in serpẽte eneo. de primo. Nume. xiij. de secundo. Nume. xxi. Clauis affixus in Isaac qui portabat ligna & quẽ pater ligabat super struem lignorum. Genesis. xxij. capi. Et crucem christus baiulauit et super eã fuit colligatus. quia in ea fuit clauis affixus. Transianceatus in adã. Apertum enim fuit latus ade et inde fuit formata mulier Geñ. ij. et apertum fuit latus christi dormientis in cruce. & inde fuit formata ecclesia quia de christi laterali vulnere fluxerunt ecclesie sacramẽta. Fuit occisus in abel. geñ. iiij. Sepultus in iona. Fuit enim Ionas in ventre ceti tribus diebus et tribus noctibus: sic et saluator fuit tot dieb⁹ et tot noctibus, in corde terre sicut ipse dixit in euangelio. Math. xij. hanc figuraz habes ione. ij. Hec sepultura fuit figurata in quiete domini que fuit. vij. die. geñ. vij.

¶ De ꝑfiguratione descensus anime xpi ad inferos.

Articulus de descensu anime xpi ad inferos fuit figuratus in descẽsu dei qui descendit in egyptum: vt liberaret populum israel de manibus egyptiorũ Exo. iij. & anima christi descendit in infernũ qui per egyptum tenebrosum figuratur vt educeret vinctos suos de lacu in quo non erat aqua. sicut dicit Vaticianus zacharias: zacha. ix. Christus etiam est prefigurat⁹ in Abacuch. qui tulit prandium cõsolationis. danieli viro desideriorũ i. sanctis patribus deliberati desiderantibus qui erant in lacu leonum. Daniel. vlti.

¶ De prefiguratione resurrectionis christi.

Articul⁹ resurrectionis christi De q in ps. iij. ex ꝑsona christi exurrexi quia domin⁹ suscepit.

me.et alibi.ps.lvi. Exurgam dilu-
culo.fuit figurat⁹ in iacob. de quo
Gen.xxviij. ꝙ surgens mane Ia-
cob tulit lapidem quem supposue
rat capiti suo:et erexit in titulum
Iacob est christus qui surrexit ma
ne.supple a mortuis:mane dico cū
adhuc essent tenebre:et tulit lapi-
dem.i.humanitatem suam quā sup
posuerat capiti suo.id est i deo sup
ple substantificauerat. Caput eni
christi deus est: vt dicit ap̄lus.i.
Corinth.xi. Et erexit in titulum.s.
a fidelibus contemplandum: pre-
dicandum:ꝛ adorandum.fuit etiaꝫ
figuratus in sansone. de quo dicit
Iudi.xvi.ꝙ dormiuit ad noctē me
dium.et consurgēs tulit ambas fo
res:corpus scꝫ ꝛ animam suaꝫ. Ex
his duabus figuris ortum habue-
rant ille due opiniones. August.et
Grego.dicit eni Aug.ꝙ xp̄s surre-
xit mane.i.diluculo diei pasche ha
bens pro se factum Iacob. Greg.
autē dicit ꝙ surrexit media nocte
habens factū sansonis pro se. qui
possunt concordari per hoc ꝙ chri
stus surrexit in principio diei ter-
tie.et sic post mediam noctem. sta-
tim enim post mediam noctēꝫ dies
naturalis incipit:ꝛ potest dici ma
ne.ꝛ hoc pro Augustino.vel dicen-
dum ꝙ surrexit dominus ſm veri-
tatem mane etiam diei artificialis
hoc enim reputatur probabilius.
non tamen erat clara dies: immo
adhuc erant tenebre. vnde quasi
de nocte surrexit. et sic saluatur
opinio vtriusq̄.

¶ De p̄figuratiōe ascēsionis xp̄i.



Articulus de a
scensione xp̄i de quo in
ps.lxvij. Ascendisti in-
altum.ꝛc. Et alibi.ps.
xlvi. Ascendit deus in iubilo. fuit
figuratus in translatione Enoch.
Genes.v. Et in ascensione Helye
iiij.Regū.i.in regressu iacob qui
dixit. Gen.xxxij. In baculo meo
transiui iordanē istum:ꝛ nūc cum
duab⁹ turmis regredior. Christ⁹
in baculo crucis transiuit iordanē
mortalitatis ꝛ cū duabus turmis
scꝫ angelorū ꝛ hominuꝫ regressus
est in celū. Fuit etiaꝫ figuratus in
aduentu filij hominis vsq̄ ad an-
tiquum dierum.de quo Danielis.
vij. Ecce dicit ibi in nubibus celi
quasi filius hominis veniebat et
vsq̄ ad antiquum dierum perue-
nit:ꝛ dedit ei potestatem honoreꝫ
ꝛ regnum.

¶ De prefiguratiōe aduētus xp̄i
ad iudicium.



Articul⁹ de ad
uentu christi ad iudi-
ciuꝫ.de quo expresse p
phetauit Iohel.iij.ca.
ibi enim dicitur ex persona dei.
Congregabo omnes gentes:et de
ducam illos in vallem Iosaphat
ibi disceptabo cum eis. Fuit etiaꝫ
expresse figuratus Danielis. vij.
vbi dicitur ꝙ throni positi sunt ꝛ
antiquus dierum sedit. Thronus

eius flamme ignis: et ibidem iudicium sedit et libri aperti sunt: ibique dicitur. quod fluuius igneus rapidusque egrediebatur a facie sedentis: qui consumpsit bestiam cum vndecim cornibus quo facto sancti acceperunt regnum. Throni figurabant sedes apostolorum antiquus sedens iudicem xpm qui est antiquissimus secundum diuinitatem. Fluuius igneus egrediens figurabat xpi sententiam acutiorem quam sit ignis qui consumit demones cum reprobis cunctis. Iudicabuntur enim ex his que apparebunt in libris conscientiarum: qui tunc aperientur: quo facto sancti regnum dei perpetuo possidebunt.

De prefiguratione generalis resurrectionis.



Articulus autem de xpi carnis resurrectione: de quo propheta uit iob. xix.c. dicens. Scio quod redemptor meus viuit et in nouissimo die de terra surrecturus sum: et rursum circumdabor pelle mea: et in carne mea videbo deum. Quem visurus sum ego ipse et oculi mei conspecturi sunt et non alius: reposita est hec spes mea in sinu meo. fuit figuratus Eze. xxxvii. vbi dicitur quod ossa que prius erant arida vehementer accesserunt ossa ad ossa vnumquodque ad iuncturam suam et super ea nerui et carnes ascenderunt et ingressus est in ea spiritus et vixerunt. Que omnia exponit ibidem propheta de resurrectione mortuorum Unde ibi dicitur. Hec dicit dominus. Ecce ego aperiam tumulos vestros et educam vos de sepulchris vestris populus meus etc.

De prefiguratione vite eterne et mortis eterne: malis et bonis dande.



Articulus autem de vita eterna quam electi post mortem assequentur fuit figuratus in scala iacob de quo dicitur Ge. xxviii. quod vidit scalam tangentem celum et angelos ascendentes et descendentes et dominum innixum scale. Scala significat vitam sanctam que habet multos gradus: quoniam multi sunt gradus sanctitatis. Per hanc descendunt angeli dei vt informent homines et ascendent viri angelici: vt videant dominum ipsi scale innixum: cuius quidem visio erit vita beata. Fuit etiam figuratus in terra promissionis quam filii israel post transitum deserti post multos labores multaque prelia adepti fuerunt: sic et sancti post transitum deserti penitentie sequentes ducatum columne nubis et ignis: id est vite: saluatoris post multos labores bonorum operum: post multas victorias vitiorum et hostium spiritualium beatificam vitam que eterna erit finaliter assequentur. Sub isto articulo continetur fides de morte eterna reprobis debita: que fuit figurata Numeri. xvi. vbi dicitur. quod Chore datan et abiron: et multi alii propter peccatum suum viui descenderent in

infernum: sic et reprobi viri vita naturali priuati: tamen vita gratie et glorie descēdunt in infernū: et tūc erit verū qd dicitur. Ma.xxv. Qd ibunt reprobi in supplicium: iusti autē in vitam eternā. Electi figurantur p pincernam pharaonis cui dixit Joseph. Memento mei cum tibi bene fuerit et c. Reprobi aūt per pistorē qui amputato capite suspensus est in cruce. Genesis.xl.

De p̄figuratiōe vnitatis ecclie

Articulus de vnitate ecclesie fuit figuratus in archa noe: in tabernaculo federis: in templo salomonis et in hierusalē terrestri In archa fuerunt cōgregata aialia de oi sexu et genere: et i ecclesia catholica sunt collecti iudeus et gentilis: masculus et femina: liber et seruus: hō irrationalis et vtens ratione. Archa ferebatur super aquas et ecclia fuit sup tribulationes hui⁹ mūdi: ad archam colūba rediēs portauit ramū oliue: et xp̄s ad ecclesiā reuertēs spūaliter denunciat pacem. In mūdo inquit pressuram habebitis in me autem pacem. Johā.xvi. Extra illam archam nullus saluari potuit: sic et extra ecclesiam nullus potest esse saluus. De his oibus habes Gen. vij. et viij. In tabernaculo et in tēplo colebatur et adorabatur deus. Fiebant ibi sacrificia per que remittebant peccata: et pctōres recōciliabant deo: sic in sola ecclia est diuinus cultus offerūtur grata sacrificia: recōciliant peccatores: et remittunt ibi peccata. Unde bene dicit ecclesia. Credo vnā sctām ecclesiam catholicam sctōr cōionē: remissionē peccatorū. i. in qua sola est sctōr cōio et remissio peccator. Hierusalē etiam erat ciuitas sacerdotalis et regia. sed excellētius sancta ecclesia: q: in ea sunt omnes xp̄iani sacerdotes et reges facti in sanguine iesu xp̄i. Apoca. v. sic igit habemus totā fidei cōtinentiā in scriptura veteri multipliciter figuratam et c.

De prefiguratione cauēdorum scz septē capitaliū vitiorū et trāsgressionis decē preceptorum.

Quantū ad secūdū sciendū q̄ peccata que oino cauere debemus fuerunt figurata multipliciter: scilz in lepre plaga de qua Leuit.xiij. In lepra marie de qua Nume.xij. In lepra giezi. de qua.iiij. Reg.v. In morticiniis et imūdiciis q̄ fuerūt in multis locis p̄hibita in lege: pctm̄ eni aiaz fecit leprosam. et ipam eiecit a consortio angelorū: facit eni aiam immundā et fetidam plusq̄ esset aliq̄ legalis immūdicitia: vel aliquod morticiniū faceret. Septē autem pctā mortalia fuerūt figurata per

septem funes quibus ligatus fuit sanson. Judicũ. xvi. Sunt enĩ pec cata quedã vincula ꝛ funes qbus ligantur peccatores ne libere pos sint incedere vel operari. Decem aũt trãsgressiones cõtra xpi prece pta decalogi fuerunt figurata per decẽ cornua bestie. Dañ. vij. de qui bus egredit. xi. loquens cõtra deũ blasphemias p quod desperatio ꝛ finalis impenitentia figuratur. Sic ergo habemus ꝙ peccatũ in generali ꝛ peccatorum numerus multipliciter fuerunt in scriptu ra veteri figurata ꝛc.

¶ De prefiguratione malitie ini micorum spiritualium.

Quantuz ad ter tium notãdũ ꝙ inimici spirituales qui nos p pctõ feriũt de gratia dei ꝛ virtu tibus spoliant in scriptura veteri figurantur in serpẽte qui seduxit Euam. Geñ. iij. Et in serpẽtibus q̃ percusserũt filios israel. Nume. xxi. Et in vrsis ꝛ leone quos inter fecit dauid. i. Regũ. xvij. ꝛ in duo bus vrsis qui deuorauerunt. xlij. pueros. iiij. Regũ. ij. Et in duob⁹ principibus latronũ. Isboseth fi lium saul. ij. Reg. iiij. Et in duob⁹ draconibus de quibus habet Hester. x. Demones enim qui per ser pentem: vrsos ꝛ dracones figurã tur aliquando persequuntur eccle siam manifeste sicut leo. Aliquãdo occulte sicut draco ꝛ serpens et la tro. Figurantur etiam per illos q̃ persequebantur filios israel in de serto: contra quos pugnauerunt. Moyses ꝛ Josue. Et non vacat a mysterio. ꝙ nunquã potuerunt superare Jesubeos: per quos car nis vicia que nunquaz perfecte in hac vita de lege cõmuni supe rantur figurantur. Figurant etiaz per goliath. saulem et absalonem persecutores dauid. Item figurã tur p egyptios. chaldeos medos: persas: grecos: romanos: hebrai ci populi persecutores.

¶ De prefiguratione virtutis et efficatie sacramentorum.

Quantum autẽ ad quartum notanduz ꝙ arma ꝛ remedia qui bus sanantur peccata et vincuntur spũales inimici sunt septẽ sacramenta: septẽ virtutes: septẽ dona: ꝛ septẽ bona spũalia.

¶ Septem sacramenta sunt figu rata multipliciter ꝛ primo de pre figuratione baptismi.

Baptismus fi guratus fuit i diluuio Geñ. vij. In mari ru bro. Exod. xiiij. Sicut enĩ in diluuio ꝛ in mari rubro fue runt cõsumpti omnes pctõres: sic in baptismo xpi sanguine rubri cato omnia peccata delentur.

¶ De prefiguratione sacramenti confirmationis.


Confirmatio fuit figurata in vnctione regū. hoc em̄ sacramento xp̄iani roborantur in fide: τ sicut reges ad spūalia bella preparantur vide de vnctione saul. i. Reg. x. τ de vnctiōe dauid prime. Regum. xvi.

¶ De prefiguratione sacramenti eucharistie.


Sacramentū eucharistie fuit figuratū in oblatione melchisedech q̄tum ad spēs: offerebat em̄ panē τ vinū. Ge. xiiij. Et in agno paschali q̄tū ad cōtentū in sacramēto: qd̓ est vera caro xp̄i. Exo. xij. Et in manna ad saporē spūalem. Exo. xvi. habebat eīʒ māna oē delectamentū τ saporeʒ suauitatis. Sap. xvi. Et m̄lto fortius in sacramēto altaris. Figuratū etiā fuit per oīa sacramenta antique legis.

¶ De prefiguratione sacramenti penitentie.


Sacramentū autē pn̄ie q̄tū ad cōtritionē i gemitu dauid fuit figuratū de quo in. ps. vi. Laboraui in gemitu meo τc. Et in fletu ezechie. iiij. Regū. xx. Quātū ad cōfessionē fuit figuratū in leprosis: de q̄bus p̄ceptū est vt se ostenderēt sacerdoti. Leuit. xiiij. Et in cōfessione dauid q̄ dixit postq̄ pctm̄ commiserat: peccaui dn̄o. ij. Reg. xij. Quātū ad satisfactionē fuit figuratū ī facto regis Niniue. Vide Jone. iij. qn̄o p hūmilitatē τ ieiunia dn̄o satisfecit. Quātā aūt ad vniuersa figuratur hoc sacramētū p septē lotiōes q̄bus se lauit Naaman in iordane τ mūdata fuit ei9 lepra. iiij. Reg. v. Jordanis itꝑtatur iudiciū: τ significat penitētiam p quā pctōres se iudicāt ne iudicentur a dn̄o. τ ī hoc Jordane se dʒ lauare septies ꝯtra septē pctā mortalia: vt sic mūdetur spūalis lepra. Figuratur etiā p. xi. saga cilicina q̄bus tegebatur tabernaculū. Exo. xxvi. q2 cōtra. x. p̄cepta decalogi sunt. x. trāsgressiōes q̄ figurantur p. x. plagas egypti. Vide in Exodo de quorū medio egreditur. xi. i. desperatio τ finalis impenitētia: que fuit figurata p. xi. cornua bestie sicut dictū est supra. Et figurantur hec. xi. mala nō soluʒ p. xi. cornua verū p. xi. ap̄los: de q̄bus in. ps. lxxxij. Moab τ agareni τc. vide glo. τ interpretatiōes cōtra q̄. xi. mala debet se peccator pungere. xi. sagis cilicinis penitētie: vt sic vulnus aperiatur et virus egrediatur.

¶ De prefiguratione sacramenti ordinis.


Sacramentum ordinis fuit figuratū in institutione ordinis leuitaruʒ τ ministrorum taberna

culi. de quibus in li. Numerorū. Et in ordinatione sacerdotum. de qua Exo. xviij. precipue autē fuit figuratū sacerdotiū ecclesie in sacerdotio melchisedech. de quo Gen. xiiij. Sacerdos eñi ecclesiasticus nō est sacerdos sm ordinē leui: sed sm ordinem melchisedech in psal. cix.

De prefiguratione sacramenti matrimonij.



Acramētum aūt matrimonij noue legis fuit figuratū i matrimonio qđ fuit inter adā ⁊ euā vñ ipse dixit. pp̄ter hoc relinquet homo patrē ⁊ matrē ⁊c. Gen. ij. Adā eñi non legitur habuisse nisi vxorē vnicā. vnde ibi dixit. adhe rebit vxori sue nō vxoribus. Figuratum etiā fuit per matrimonium quod fuit inter Ysaac ⁊ rebeccā. de quo Gen. xxiiij. Ipse eñi isaac fuit vnicus vnice: pp̄ter hoc inmunis fuit ab illa maledictione quā incurrit Lamech qui prius induxit bigamiā Gen. iiij. Et tale dꝫ esse matrimoniū ecclesie. De tali eñi dicit apl's ad ephes. v. Sacramētū hoc dico magnū in xp̄o. ⁊ in eccl'ia. Nec etiā dico quin bigamia vel octogamia sit verū matrimoniū: sed tamē multū deficit a ratione sacramēti. Notat super hoc Alexāder de ales i. ij. tractatu. ij. super precepto. ꝙ habere plures vxores fuit adulteriū ipsi Lamech. propter duo. Primo quia fuit contra ius naturale. scꝫ ne facias aliꝗ̄ quod tibi non vis fieri. Et vir non vult ꝙ vxor diuidat carnē suā cū multis. ⁊ ita peccauit in deum. Secundo quia fuit contra morem ⁊ cōsuetudinē ⁊ moderantiā: Et incontinentia eñi immoderata plures habuit. ⁊ sic scandalizauit p̄ximū. sancti x̄o patres non cōmiserunt adulterium in habendo plures. nec peccauerunt cōtra ius naturale: quia cū eis occulta inspiratiōe fuit dispensatū. nec contra morem: quia iam erat in cōsuetudinē tractum. Et nota ꝙ causa dispensationis fuit triplex. s. pp̄ter multiplicationem cultus dei exemplo Abrae. Gen. xvi. Item in figuram. Coniugium enim patrū significabat connubium christi et ecclesie que multiplicatur per contemplatiuos et actiuos. s. filios et mercennarios. quod figuratū fuit in vxoribus Jacob liberis ⁊ ancillis siue concubinis. Gen. xxvi. Itē pp̄ter moderantiam ⁊ temperantiā. Moderate eñi appetebant antiqui patres coitum. s. pp̄ter solaꝫ p̄pagationem ad cultum dei. exemplo dauid. ij. Reg. xxvi. Ad maiorem autem euidentiam predictorum. Nota ꝙ concubina dicit̄ duobus modis. Uno modo assumpta ad tempus ad prolem producendā. ꝙ dicitur assumpta ad tēpus. hoc dicitur ad differentiam vxoris: et ꝙ dicitur ad prolem procreandaꝫ: hoc dicitur ad differentiam meretricis. talis concubina non est vxor et coitus cum ea est fornicarius et

licitus ſm ſe. et eſt etiam contra legem naturalem τ ſcriptam. Jus enim publicum legis naturalis dictat procreationem filiorum cum educatione τ hereditatis ſucceſſione. qđ non poſſet eſſe niſi eſſet copula parentum inſeparabilis. Itē eſt contra ius priuatum rationis. qđ dictat non facere alij qđ homo fieri non vult ſibi et ecōuerſo. Quilibet enim vir vult: vt effect⁹ eius cui copulatur ſibi inſeparabiliter adhereat. Secundo modo dicitur concubina aſſumpta inſeparabiliter ad ſemper. ſed conditionis ſeruilis. et ſic realiter erat vxor. Sed tamen dicitur concubina: quia nō erat principalis vxor. vñ Geñ. xvi. Sara dedit abrae Agar in vxorē. Rachel dedit balam ancillam viro ſuo in coniugium. Geñ. xxx. licȝ autem quelibet talium diceretur vera vxor et inter virum τ eam diceretur verum matrimonium. deficit tamen a ratione ſacramenti: quod eſt vnici ad vnicam: vt dictum eſt.

¶ Ulterius notat hic dominus bonauentura in. iiij. q̃ predicta diſpēſatio de pluribus vxoribus nō fuit tempore nature inſtituta. quia tūc non erat neceſſitas ſterilitatis: nec in tempore gratie eſt. quia multiplicatum eſt genus humanum ad cultum xp̄i. Sed ratione vtilitatis fuit tempore abrae: quia ante eum multiplicabantur non ad cultum dei: ſed ad mala. τ ideo deleti ſunt de terra. Sed ratione honeſtatꝭ ad illos ſe extendit qui vxoribus τ cōcubinis temperātur et ad cultum dei multiplicandum ſciebant τ volebant vti. Hec autem diſpenſatio facta eſt diuina inſpiratione in patriarchis et rege dauid quando et quoniam vtriſq; facta eſt de ſemine dauid repromiſſio. Et quia iſti erant tanq̃ capita. τ imitandi erāt tanq̃ ſancti intellexerunt recte diſpenſationem ad omnes extendi qui erant imitatores eorum τ mos fuit ex hoc introductus durās vſq; ad chriſti aduentum.

¶ De p̄figuratōe extreme vnctōis



Sacramentuȝ extreme vnctionis fuit figuratū in multiplici vnctione veteris teſtamenti. Tūc enim vngebantur reges τ ſacerdotes templum et altare et certe cuȝ chriſtianus eſt propinquus morti. tunc propinquus eſt: vt ſicut rex adipiſcatur regnum glorie. vt etiā ſicut ſacerdos offerat deo ſacrificium laudis perpetue: vt etiam in eius anima templo et altari ſummus pontifex deus colatur. laudetur et honoretur in eternum: τ propter hoc vngitur chriſtianus cum eſt propinquus morti. Ungebātur etiaȝ antiquitus pugiles. τ ſic chriſtianus in morte. quia aggreditur bellum fortiſſimum. tūc enim ipm hoſtis impetit vehementius: propter quod oportet ipſuȝ tanq̃ ſtrēnuum pugilem ſtrennue dimicare. Ungebantur etiā antiquitus ſpon

se cum viris tradebantur. Unde et vxor ab vngendo dicitur. eo ꝙ vngeretur. et certe anima christiani cum debet exire de corpore debet tradi celesti spōso. et traduci in tabernaculū eius: vt eius castis amplexibus perpetuo delectetur.

¶ De prefiguratione septem donorum spiritussancti.



Septem autē dona de quibus dicitur Isa. xi. figurata sunt per septem crines capitis samsonis: quibus rasis ab eo recessit fortitudo Judicū. xvi. et vere exclusis a capite hominis. i. ab anima septem donis spiritussancti recedit ab homine fortitudo. Figurat etiam ſm expositionē Grego. per septem filios iob. Job. i. Per dona enim spiritussancti adoptatur homo in filium dei perfectissime. vt sit dignus hereditate superna.

¶ De prefiguratione septē ꝟtutū.



Septem autē virtutes figurantur per septem dies: quib' deus cuncta fecit opera ꝛ postea quieuit quia per virtutes illuminatur anima et in ipsis quiescit cum per ipsas perueniatur ad requiem spiritualem in presenti ꝛ eternam in futuro. Figurantur etiam per septē dies festiuitatum legalium. per ipsas enī anima solemnizat. colit deū et a vitijs cessat. Figurantur etiā per illas septem mulieres. de quibus Isa. iiij. Apprehenderunt septem mulieres virum vnū ꝛc. Nemo enī est vir: nec vir vnus: vnitate gratie: nisi quem iste domine apprehendunt.

¶ De prefiguratione septem bonorum spiritualium. ꝛ primo bonitatis crucis in passione christi.



Tunc etiam alia bōa spiritualia que multū valent ad superationē hostiū ac etiā ad purgationem vitiorum. Primū est virt' crucis et passiōis xp̄i que fuit figurata in baculo dd. ꝛ in. v. lapidibus quos accepit de torrente: cum quibus occidit philisteum i. Reg. xvij. baculus crucem figurabat. v. lapides. v. plagas iesu q̄s christianus cum funda sue considerationis debet contra demones facere. ꝛ sic debellabitur hostis.

¶ De prefiguratione bonitatis et orationis matris iesu christi.



Secundum autē bonum est virtus oratio matris christi q̄ fuit figurata per Judich q̄ holofernem occidit Judich. xiij. ꝛ

hester que amā ꝛ hostes populi israel occidi procurauit. vide in libro hester et per iahel que sizaram percussit. Judi.iiij. ꝛ per bersabee matrē salomonis. de qua. iij. Reg. ij. ipsa enim et si fuit sponsa dei patris sicut hester assueri. fuit tamen vere mater veri salomonis cui dicit filius suus illud verbum quod dixit salomon matri sue. iij. Reg. ij. Pete mater mea quod vis: neqꝫ enim phas est vt auertam faciem tuam. Omnia etiam que salomon dicit in laudem spōse in lib. Cāti. de gloriosa matre domini spiritualiter exponuntur.

¶ De prefiguratiōe bonitatis virtutis: potestatis siue auctoritatis ecclesie in orando.



Ertiū bonū est virtus potestas siue auctoritas ecclesie: cuius oratio summe placet deo Est eñ ipsa vnica sponsa xpi cui dixit sponsus Cāti.ij. Ostende mihi faciem tuā. sonet vox tua in auribus meis. vox enim tua dulcis ꝛ facies tua decora.

¶ De prefiguratione virtutis orationis sanctorum noui testamenti.



Uartū bonū est oratio sanctorū noui testamēti qui iam cū xpo regnant: scꝫ apostolorum qui fuerūt figurati i sanctis patriarchis et pphetis. nam sancti patriarche factis ꝛ pphete dictis gratiam noui testamenti prefignarunt et meritis populum deo reconciliare efficaciter meruerunt. de quibus Isa. xxvij. Qui ingrediūtur impetu ad iacob. florebit ꝛ germinabit israel. implebunt facieꝫ orbis semine ꝛc. Sanctorū martyrum qui fuerunt figurati in sanctis machabeis: qui interpretantur victoriosi. fuerunt enim re et nomine victores. Sanctorum confessorum qui fuerunt figurati in filijs pphetarū. de quibꝰ in. i. ꝛ. ij. Regū. Sanctorum et sanctarum virginum qui fuerunt figurati in abel. qui fuit primus virgo de quo Geñ. iiij. Et in filia iepte. Judi. xi. Et in abysag sunamite q̄ fouit Dauid regē. de q̄. iij. Reg. i.

¶ De prefiguratione bonorum pastorum ecclesie.



Uintū autē bonum est sedulitas bonorum pastoruꝫ ecclesie: qui fuerunt figurati per Moysen Josue ꝛ Dauid. Illi eñ orādo q̄maxime ꝛ nihilominꝰ operādo pstrauerūt hostes. Uide quō moyses orādo pstrauit amalech. Exo. xvij. Sic ꝛ boni pastores ecclie orādo ꝛ operando. docēdo ꝛ lucis exēpla ministrādo hostes ecclie superāt ꝛ p ipos subditi ad sanctitatē opera puocant:

¶ De prefiguratione bonitatis diuine inspirationis.


Extum bonum est diuina inspiratio que etiam indulcorat huius modi amaritudinem: et illustrat animam contra errorum caliginem. Quantum ad primum figuratur per illud lignum quod ostendit dominus moysi: quod cum in aquis missum fuisset, in dulcedinem verse sunt. Exo. xv. Quantum ad secundum figuratur per fauum mellis: quem gustauit Jonathas et illuminati sunt oculi eius. i. Regum. xiiij. Que etiam figuratur per angelum domini qui descendit in fornacem etc. Dan. iij. quoniam refrigerat concupiscentiam.

¶ De prefiguratione bonitatis discrete considerationis hominis.


Eptimum bonum est discreta hominis consideratio. debet enim homo sepe considerare et ad memoriam reducere. vij. christi beneficia. vij. matris gaudia. vij. effusiones sanguinis iesu. vij. ordines sanctorum qui sunt in patria. vij. offensas: quibus offendunt homines deum. per. vij. peccata mortalia. vij. plagas nouissimas. de quibus Job. Apoca. xv. per quas intelliguntur vij. inferni supplicia. vij. dotes glorie quas merentur electi. per. vij. opera misericordie. vij. sanctorum ordines figurantur per septem boues pulchras et crassas: et septem dotes glorie per septem spicas plenas et formosas omnes: quia reprobi per septem fedas boues: et confectas macie: et septem inferni supplicia per septem spicas percussas vredine de quibus omnibus habetur Gen. xli. Per quas septem considerationes ruit mundi vanitas: peccati vilitas: carnis complacentia: et demonum fraudulentia. Unde figurantur iste septem considerationes per illos septem circuitus quos fecerunt filij israel circa vrbem Jerico ipsos archa domini precedente. Josue. vi. Sic et christus qui est archa domini christianum precedat in presenti exilio sit semper ante sue mentis oculos: et sic septem circuitus et septem considerationes predictas faciat quantum ad ipsum mundi vanitas destruetur. Apparet igitur ex premissis quod secundum quod dicit appostolus ad Hebreos. ix. Facta in veteri testamento fuerunt parabole instantis temporis: et sic omnia in figuram contingebant illis. i. Chorinthiorum. x. Et sic patet primum principale huius considerationis tertie.

¶ De prefiguratione correctionis nostre in tempore gratie.


Irca secundum huius tertij puncti est sciendum quod tempus gratie vt dictum est, est tempus peccata corrigendi et cauendi ad

que multum valent peccata veterum que punita fuerunt tēporaliter In quorum quidem punitionibus figurabatur punitio xpianorũ sempiterna si comittant similia.

¶ De prefiguratione correctionis superbie.


D correctionez enim superbie et inobedientie multũ valet moralis Adam figura in tunicis pelliceis eiusqȝ eiectio de paradiso. que ipse ⁊ vxor sua meruerunt pro se et cunctis posteris suis pro eo ꝙ consentiētes suggestioni dyaboli superbi et inobediētes fuerunt. Ad hoc etiam multuȝ valet expulsio Saul de regno qui ꝑpter superbiam et inobedientiā regnũ israel amisit sicut de hoc habetur. i. regũ. xv. ⁊. xvi. Ad hoc etiā multũ valet suspensio Absalonis in quercu. qui propter superbiam ⁊ ambitionez regnandi suspensus in quercu. fuit a Joab interfectus ij. Reg. xviij. Multum etiam valet ad hꝰ plaga cōminata Ezechie propter hoc ꝙ quadam ostentatione ostenderat babylonijs oēs thesauros domus sue. iiij. Regũ. xx. valet etiam ad hoc mors illorũ pricipum quinquagenariorum qui superbe loquentes Helye meruerũt extingui ab igne celesti. iiij. Reg. i.

¶ De prefiguratione correctionis inuidie.


A correctionez etiam inuidie multũ valet maledictio Cayn q̄ ꝑpter inuidiā abel īterfecit. Ge. iiij. reprobatio esau. q̄ fratri suo Jacob inuidens et odio habens sicut dicitur Gene. xxvij. fuit temporaliter reprobatus. Valȝ ad hoc tribulatio quam passi fuerunt filij Jacob qui inuidētes ioseph. Ipsūqȝ odio habentes sicut dicit̄ Gene. xxxvij. sustinuerunt propter hoc tribulationem multiplicem in egypto sub eodem Joseph fratre suo. Valet ēt ad hoc vexatio saul q̄ inuidens Dauid nec rectis oculis ipsum aspicere valens propter hꝰ quod dixerunt mulieres. percussit Saul mille. ⁊ Dauid. x. milia fuit īuasus a maligno spiritu. i. Regũ xvi. Ad hoc etiam multuȝ valet lepra Marie et leuitarum plaga. qꝫ inuidētes murmurauerũt contra moysen. De maria habetur Nume. xij. d̄ leuitis. xvij. Ad hoc etiā multum valet interfectio Adonie qui inuidens salomoni regi israel propter hꝰ fuit īterfectus. iij. Regũ. ij.

¶ De prefiguratione ad correctionē Iracũdie.


D correctionē iracũdie valet maledictio Cayn. cui dixit dominus vbi supra. Cur iratus es. quare concidit vult? tu? et cetera. Valet etiam maledictio

furoris symeon et leui. qui irati propter stuprum dine interfecerunt sichimitas. Genesis. xxxiiij. de quibus dixit Jacob maledicendo Ge. xlix. Ju furore suo occiderunt virum. maledictus furor eorum et cetera. Ualet insuper ad hoc submersio pharaonis et egyptiorum q̄ turbati et irati propter exitum filiorum israel insecuti fuerunt eos. et tandem submersi sunt in mari rubro. Exod. xiiij. Ualet etiam ad hoc mors nabal de quo dicitur. i. Reg. xxv. q̄ erat vir durus. maliciosus et pessimus. propterea factum est cor eius emortuum. et ita percussit dominus Nabal. et mortuus est.

¶ Auaricie.



D correctionē etiam peccati auaricie occurrit Achor vel achan q̄ accepit de anatehemate iericho regulam aureaz propter suam auariciam et argentum et pallium propter quod fuit lapidatus et cuncta que illius erant igne consumpta Josue. vij. Occurrit ēt achab qui concupiuit iniuste vineam naboth propter quam et ipsum fecit interfici cui dixit helyas in hoc loco in quo linxerūt canes sanguinez naboth lambent sanguinem tuum etc. iij. Reg. xxi. Occurrit insuper giezi qui propter cupiditatem suā et auariciam accepit a naamā tria talenta argenti et vestes mutatorias duplices. propter quod lepra naamā adhesit ei. iiij. Regū. v. voluit etiā vendere gratiā sanitatis Occurrit helyodorus qui volens rapere pecunias que erant in erario fuit verberatus egregie. et positus i gestatoria sella. ij. Mach. iij.

¶ Accidie.



D correctionē autez accidie occurrūt dina que peruagās regionem egressa vt videret mulieres illius terre fuit a sichē oppressa. Geñ. xxxiiij. Filij israel qui vacantes ocio expectantes moysen fecerunt vitulum. Exod. xxxij. et propter vitulum quem adorauerūt. xxiij. milia fuerunt interfecti. Dauid qui ocians in solario domus concupiuit bersabee cū qua et concubuit et postea vriam virū suum interfici fecit. ij. Reg. xi. Sodoma cuius peccati occasionem dicit propheta fuisse habundantiam diuitiarū ociū et saturitatē panis. Ezech. xvi.

¶ Gule.



D correctionē autem gule occurrunt Eua. Esau. Jonathas. loth. holofernes. filij israel. et sacerdotes bel. propter gulaz enim eua maledictionez meruit. Genesis. ij. Esau prio genita vēdidit. Genesis xxv. Loth propter hebreitatem incestum commisit. Gene. xx. Jona-

thas patrez offendit. et aliqualiter populum turbauit. i. regũ. xiiij. Holofernes a Judith fuit interfect⁹ Judith. xiij. Sacerdotes belis q̄ deuorabāt que offerebantur a Dario trucidati sunt Dañ. xiiij.

¶ Luxurie.



D correctiōem autem luxurie occurrūt inūdatio diluuij. Genc. vij. ⁊ consumptio. v. ciuitatum. Genesis. xix. Interfectio sichimitarū propter dinaz. Genesis. xxxiiij. Peritio filiorum israel in deserto qui fuerunt fornicati cū madianitis. ⁊ ideo multi fuerūt percussi. Nume. xxv. Destructio tribus beniamyn qui propter vxorem leuite quā abutendo interfecerunt quasi omnino consumpti fuerunt Jud. xix. ⁊. xx. cap. Infortunium dauid cui ꝑpter vxorem vrie hoc contingit ꝙ absalon filius suus ingressus fuit ad cōcubinas suas. ij. Regū. xvi. sic propheta ei prediterat. ij. Regū. xij. Interfectio amō propter thamar sororem suam. ij. Regū. xiii. Infatuatio sansonis. Judi. xvi. Apostasia salomonis cuius cor fuit deprauatum per mulieres. iij. Regū. xi. Interfectio presbyterozuz qui cōcupierunt susannā. Daniel. xiij.

¶ Idolatrie.



D correctionez ydolatrie occurrit illud Exod. xxxij. Sedit populus manducare et bibere et surrexit ludere. i. coram vitulo conflatili choreas ducere vł ludere. i. ad instar puerorum vitulum adorare. qui opere fusorio factus erat. Pueri enim fingunt sibi de luto quedā ydola q̄ postea pueriliter adorant vnde nihil aliud fuit ludere coram vitulo ꝙ ydolum factum adorare et ibidem dicitur ꝙ leuite de mandato Moysi propter hoc peccatū interfecerunt quasi. xxiij. milia hominum. Illud etiā occurrit de hoc idem ꝙ quasi omnia flagella et captiuitates populi israelitici fuerunt propter ydolatrie scelus: hoc d̄ctum ad primum preceptū. ¶ Ad correctionem blasphemie que est cōtra secunduz preceptum habes lapidationez blasphemi. Leui. xxiiij. ¶ Ad correctionem violantiū sabbatū habes punitionē illi⁹ q̄ ligna i sabbato colligebat. vid̄ Nūe. xv. hoc d̄tū ad tertium preceptū ¶ Ad correctionem vero temeritatis vsurpantium officia ministrorum ecclesie habes percussionem oze qui archam tetigit. ij. Regū. vi. lepra ozie qui thura incēdebat ij. Paral. xxvi. ¶ Ad correctionez inhonorantiū parentes habes maledictionem cham qui irrisit patri suo. genesis. ix. Et maledictionem ruben qui fedauit cubile patris sui cui dixit pater. non crescas. Genesis. xlix. Maledictionem absalonis qui expulit patrez suuz de iherusalē ⁊ polluit concubinas eius. vbi supra. ¶ Ad correctionē homicidij habes iterfectionē illoꝝ

qui interfecerunt isboseth.ij.regũ. iiij.⁊ interfectionem Joab qui abner et amasan interfecerat de quo iij.Reg.ij. ¶ Ad correctionem mechie habes multa que supra statim dicta sunt. ¶ Ad correctionem furti habes lapidationem presbyterorum.Danielis.xiij. ¶ Duo ultima precepta non habuerunt penã determinatam in lege. Idcirco quis transgressio ipsorum sit peccatum mortale ac mortis eterne meritum ipsorum tamen punitio nõ fuit alicubi in scriptura veteri figurata.

¶ De prefiguratione ad correctionẽ malorum principum.



D correctiõem autem malorum principum occurrit pharao propter quẽ egyptus periit. Exod.xiiij. Occurrit roboan propter quem regnũ israel scissum fuit.iij.Regũ.xij. Itẽ sennacherib propter cuius maliciam et superbiam percussit angelus domini.clxxxv.milia assyriorum.iiij.regũ.xix. Occurrit etiam nabuchodo. qui propter maliciam suam fuit quasi conversus in bestiam.Daniel.iiij. Item antiochus de quo dicitur.ij. Mach.ix.q de ipsius corpore vermes scaturiebãt.⁊ infra dicitur q homicida et blasphemus miserabili vita functus est. Occurrit etiã trãslatio regnorum de gente in gẽtem que maxime ascribitur et attribuit malitie principũ Eccli.x.

¶ De prefiguratione ad correctionẽ malorum prelatorum.



D correctionem malorum prelatorum occurrit heli q fuit negligens in correctione filiorum qui de sella corruens mortuus fuit. multaque mala populo acciderũt.i.Regũ.iiij.

¶ De prefiguratione ad correctionẽ malorum sacerdotum.



D correctionem malorum sacerdotũ occurrunt filij hely ofni et phinees. qui nescientes sacerdotis officiũ.i.Reg.ij. corruerunt in prelio.i.Regũ.iiij. occurrunt etiam nadab et abiu qui obtulerunt ignem alienũ.et ideo fuerunt a domino percussi.devoravitque eos ignis.Levit.x. Ignem alienum offerunt sacerdotes avari et luxuriosi quos gehẽne incendium devorabit.

¶ De prefiguratione ad correctionẽ omniũ predictorum.



D correctionem omnium predictorum occurrit considerare virtutes sanctorum veteris testamenti videlicet iusticiã noe. de qua Ge. vi. Fidẽ ⁊ obediẽtiã abrahe. de fide hẽs Ge.xv. et obedientia. Ge.

xxiij. Item de virtute eius et pace quā voluit habere cū Loth. hēs Ge. xiij. Occurrit secundo cōsiderare simplicitatem iacob. Ge. xxv. Castitatē ioseph. ge. xxxix. Humilitatem dauid hēs in multis locis i. Regū. Ieiunium Moysi de quo Exo. xxiiij. Ieiuniū helye. de quo iij. Reg. xix. Abstinētiā Iudith vide in libro illo Danielis et sociorū eius. Daū. i. zelū phinees q interfecit fornicatorem. Nume. xxv. et Mathathie. qui trucidauit sacrificātē super arā. i. Mach. ij. Occurrit etiam cōsiderare sedulitatē laborādi Ruth. et largitatē Booz. vide in libro ruth. Patiētiā Iob. et Thobie vide in libris eorū. Occurrit etiā cōsiderare zelū Samuelis qui interfecit regem Agab. i. Reg. xv. et helye qui interfecit sacerdotes Baal. iij. Reg. xviij. Occurrit etiā cōsiderare strenuitatem machabeorum et martyriū Eleazari. et illorū. vij. fratrum. ij. Macha. vi. et. vij. Sic ergo patz q bn̄ dixit aplus q facta veteris testamenti scripta sunt ad correctionē nostraz Dicit enim apostolus. i. Corinth. xi. dum iudicamur aūt a dn̄o corripimur vt nō cū hoc mundo dānemur. Sed multum terribile est qd scriptura dicit q difficile est corrigere quez deus despexerit. Eccl's. vij. vere signum est diuine despectionis quādo homo a malis suis nō corrigitur qui totiens et in tot locis corripit per scripturas. Patet ergo clarissime ex his que dcā sunt in hac tertia cōsideratione q omnia que predicamus de christo iesu. oīa credenda. omnia cauenda omnis inimicorū spiritualium malicia: omnis virtutis sacramentorū et efficacia. oīa predicta et alia fuerunt in lege et prophetis et psalmis prefigurata. et ad nostram correctionem scripta. quia omnia illa in figura contingebant illis. i. Corinthiorum. x.

¶ Quia omnia scripta de venturo Messia impleta sunt in iesu xpo.



Quart⁹ pūctus et vltimus huius terti articuli est videre quo modo oīa que scripta erant de messia vēturo fuerunt impleta in christo iesu saluatore nr̄o et ideo ipse verus messias nec ali⁹ expectandus. Pro cuius claro intellectu aperiuntur. xij. Thesauri. Primus erit de tempore aduentus christi. Secundus de eius ꝓgenie Tertius de assimilatione. Quart⁹ de loco natiuitatis. Quintus de eius nomine. Sextus de eius veneratione. Septimus de modo viuendi. Octauus de modo moriendi. Non⁹ de causa mortis. Decim⁹ de eius resurrectione. Undecimus de premio credentium. Duodecimus de pena persequētium in presenti et in futuro.

¶ Quia verus messias debebat venire in destructione secūdi tēpli et ablatiōe sceptri israel. et ipletione lxx. ebdomadarū danielis.

litatem quemadmodum xps ille cui dixit. Matth. viij. et Luce. ix. Vulpes foueas habent etc. Secundum est cum quis denegat alicui suam loquelam: sicut Johannes euangelista dicit loquens de heretico. ij. Jo. i. nec aue ei dixeritis. Tertium et vltimum est cum quis denegat alicui suum aspectum: sicut dauid dixit de absalone filio suo. ij. Re. xiiij. quod non videret faciem regis. In hoc gradu erat deus respectu humani generis: sicut ait moysi. Exo. xxxiij. Non videbit me homo et viuet: et gemens Job. c. xiij. dicebat. Cur faciem tuam abscondis et arbitraris me inimicum tuum Abacuc. i. c. Mundi sunt oculi tui domine: vt non videas malum: et respicere ad iniquitatem non poteris. Cum ergo tanta esset discordia inter deum et homines: et ad pacificandum discordes sit necessarius mediator. ideo messias promissus debuit exire et suscitari de medio quod veridice fuit impletum in xpo iesu saluatore nostro. Quia ipse vt ostenderat quod veram pacem venerat facere inter deum et homines: et vt innueret quod verus mediator erat quasi semper medium elegit: scilicet pacem inchoans: pacem ordinans: pacem confirmans: pacem publicans: pacem conseruans. Hij sunt quinque passus ascensus nostre salutis. Est ergo primus passus quod xps pacem inchoans exiuit de medio: quia est media in trinitate persona. Hic sunt due propositiones signate. Prima est quod debuit deus incarnari vt homo reconciliaretur deo et fieret pax. Secunda quod non pater nec spiritussanctus: sed filius. Prima propositio patet dupliciter: primo: quia nulla creatura sufficiebat ad tantum debitum persoluendum: cum debitum esset infinitum: quia contra infinitum offensa fuit facta. Secundo: quia contraria contrariis curantur. Cum ergo homo cum peccauit voluerit esse deus dicente sibi dyabolo: eritis sicut dij. Gen. iij. Ergo per contrarium vt homo curaretur oportuit quod per contrarium deus fieret homo. de hac materia in quarto latius dicetur. Secunda propositio patet: quia licet tres persone sint vnus deus. distinguntur tamen realiter per relationes et habent etiam appropriata distincta: quia potentia appropriatur patri: sapientia filio: et bonitas siue amor spiritui sancto: que sunt quasi tres diuise trium personarum offerentium se in campo certaminis: vt cuiuscunque tangeretur diuisa pro homine exiret in campum: venit dyabolus et tetigit diuisam filij dicendo parentibus primis. Eritis sicut dij scientes bonum et malum. Non dixit potentes. nec boni: sed scientes. Et cum scientia sit appropriatum filij. sicut potentia patris: et bonitas spiritussancti: vt dictum est. Non ergo debuit venire pro redemptione hominis et eius reconciliatione deus pater nec spiritussanctus: sed filius qui est media in trinitate persona. Item pacem inchoans venit in tempore medio. Currunt enim tria silentia ab initio mundi vsque ad beatitudinem eternam: sicut patuit supra in hoc libro. articulo. iiij.

tertie cõsiderationis: et hoc est qd
dicit. Sap. xviij. Dum medium silen-
tium tenuerunt oia: et nox in suo cur-
su medium iter haberet: oipotens
sermo tuus dñe exiliens de celo a
regalibus sedibus venit: angelus
venit ad virginẽ hora cõpletorij.
et ideo tunc pulsatur p Aue ma-
maria. Durauit sacra collocutio
vsq3 ad medium noctis. Et tunc
dante consensum virgine omnipo-
tens sermo dei. i. verbum patris
qui etiam est filius a regalibus se-
dibus venit i vterũ: sc3 virginis.
Sic ergo patet q filius dei venit
in medio silentio in incarnationẽ:
sic etiã natus fuit media nocte. si-
cut patz Luce. ij. q2 pastores custo
diebant vigilias noctis: predicta
tria silentia figurant nobis tres
magnos annos durationis mũdi.
In quorũ medio debebat venire
messias ad viuificandum genus
humanũ per peccatũ mortuũ dicẽ
te ppheta Abacuc. iij. ca. Dñe op9
tuũ: in medio annorũ viuifica il-
lud: in medio annoꝝ notũ facies.
Item pacẽ inchoans stetit in me-
dio: sc3 vteri virginalis. Ipsa em
virgo beata que debuit esse mater
istius excellentissimi medij inter
deũ et homine3 rationabile fuit q
etiam ipsa esset mediũ. Fuit enim
medium locale: mediu3 morale: et
medium naturale. Querũt enim lo-
gici mediũ ad concludendũ maio
rem extremitatẽ de minori. de qua
facit Aristoteles magnũ pcessum
in. ij. priorum. Maior extremitas
deus est. Minor extremitas in ge
nere rationabiliũ homo est perq-
fierũt patriarche et pphete et mul-
ti alij multis tẽporibus medium
ad cõcludendũ predictã maiorem
extremitatẽ de minori et non inue-
nerunt: sed venit beata virgo et
facta est mediũ: q2 in ipsa est: per
ipsam verbũ caro factũ est. et ma-
ior extremitas predicata est de mi
nori: q2 homo est deus: et etiã mi-
nor de maiori: q2 deus est hõ. Est
etiam virgo beata medium mora-
le. fm enim Aristotelẽ. ij. ethicorum.
Mediũ morale ẽ virtus nihil par
ticipans de extremis: q2 extrema
sunt viciosa: tale mediũ fuit vir-
go beata que nullũ viciũ cõtraxit.
Et fm Hiero. Nihil gratie: nihil
virtutis: nihil candoris est qd non
resplendeat in maria. Fuit etiam
mediũ naturale: quod ponitur tri
plex a philosophis: sc3 mediũ cir
culi: mediũ celi: mediũ mũdi. Me
diũ circuli ẽ a quo oẽs linee recte
ptracte ad circunferentiam sunt
equales. Centrum istud est beata
virgo. In circulo sunt peccatores
quia in circuitu impij ambulabãt
teste psal. xi. et ab ea ad circulũ li-
nee ducte sunt equales: quia oẽs
pctõres et alios equaliter videtur
respicere. vnde Bern. Maria oi-
bus omnia facta est sapientibus et
insipientibus copiosissima chari-
tate debitricẽ se fecit: vt de pleni-
tudine ei9 suscipiant vniuersi. Est
etiam medium celi quod dicitur li-
nea equinoxialis in qua cũ est sol
equinoxium facit: et sub qua habi-
tantes non agitantur perturbatio
nibus temporũ: q2 sunt in optima
dispositione. propter quod multi

theologi dixerunt quod sub illa li
nea est paradisus terrestris. talis
linea fuit virgo beata: quia cuꝫ in
ea fuit sol iusticie factū est equino
ctiuꝫ. q2 nox sicut dies fuit illumi-
nata. Infinitū visuꝫ ē equari fini
to: eternū tēporali: imortale mor-
tali: inuisibile visibili: immensum
capabili: diuitē pauperi. homies
etiā qui habitāt sub hac linea sūt
in optima dispositiōe: nō agitant
neqꝫ mouentur perturbationibus
demonū. ꝓpter quod merito dici-
tur paradisus. Tunc em̄ impleta
fuit figura illa Gen. ij. quia posuit
deus lignum vite in medio para-
disi. i. xp̄m verum filiū suū in me-
dio ventris virginalis. Est etiaꝫ
virgo beata mediū mundi. Istud
dicit a pbis esse terra que equali-
ter vndiqꝫ distat a celo. Tres autē
sunt ꝓprietates terre propter que
virgo beata dr̄ terra. ē em̄ infima
et maria virgo infima: q2 humili-
ma. Cū em̄ deberet esse mater dei
vocauit se ancillam. Luce. i. Ecce
ancilla dn̄i ⁊c. Secūdo ad terram
currūt aque. et ad beatā virginem
abundantie gratiaꝝ. ps. ciij. inter
mediū montiū pertrāsibunt aque.
Tertio omnia ponderosa tendūt
ad terrā tanꝙ ad centrū ⁊ suū me
dium: vt ibi saluentur sic ⁊ pctō-
res grauati pondere peccatorum
recurrentes ad istud medium sal-
uantur. vnde. Bernar. Ad mariaꝫ
velut ad mediū dei recurrant qui
in celo sunt: ⁊ qui in inferno: ⁊ qui
nos precesserunt: et nos qui sum9
⁊ qui nos sequuntur et nati nato-
rum ⁊ que nascentur ex illis. Sic
ergo patet quomodo beata virgo
est mediū logicale: morale: ⁊ natu-
rale pro pace fienda inter deuꝫ ⁊
homines. Verus ergo messias fi-
lius dei in inchoatione pacis exi
uit de medio personarum diuinaꝝ
inquantum deus. Suscitatus est de
medio fratruꝫ. Inquantum homo ve
nit in medio silentio in medio an-
norū: ⁊ stetit in medio paradisi: scꝫ
vteri virginalis: ⁊ sic tanꝙ media
tor verus in inchoatiōe pacis vni
uit diuisa. s. deū ⁊ hominē: q2 deus
⁊ homo vnus est xp̄s. s. verus me-
diator. ¶ Secundus passus est ꝙ
ordinando paceꝫ xp̄s verus mes-
sias stetit ī medio quadrupliciter.
Primo statim sicut fuit natus ste-
tit in medio aīalium. s. bouis ⁊ asi
ni: sicut patet Abacuc. ij. s᷑m aliaꝫ
translationē. per bouem qui rumi
nat intelliguntur cōtēplatiui quo
rum officiū est ruminare dei ma-
gnalia: scꝫ rerū creationē: homis
recreationē: mūdi gubernationē:
premiationē bonorū: ⁊ punitionē
malorū. Per asinum intelliguntur
actiui: quorū officium est onera ⁊
labores tolerare: quales sunt pre-
dicatores: confessores: ⁊ omnes ex
ercitantes se in operibus miseri-
cordie inter quos xp̄s positus est:
vtrosqꝫ in societatem recipit: ⁊ ad
suā beatitudinem perducit iam fa
ctos homies id est rationales qui
per peccatū quasi bestie viuebāt.
Secundo ordinando pacem inuē
tus est in medio doctorū: sicut pa-
tet Luce. ij. Cum factus esset an-
norū duodecim. dicit textus audiē
teꝫ illos ⁊ interrogantē: sequitur.

Stupebant autē super prudentia
⁊ responsis eius: q̄ nunq̄ viderāt
infantē tam tenere etatis tante sa
pientie: permaxime cū sciret eum
litteras nō didicisse. Inuētus est
ergo in medio doctorum: in signu⁊
q̄ sapientes ⁊ docti huius mundi
vel habebāt ad illud mediū cōuer
ti: vel q̄ sapiētia illorum p excess-
sum splendoris illius medij debe
bat obfuscari: q̄ indicat numerus
duodecim annorum qui est numerus
superexcrescēs sm̄ btm̄ Isido. li.
ethimo. iij. q̄ eius partes aliquo-
te plus reddūt q̄ suum totū: patet
quia ille sunt vnum: ⁊ duo: ⁊ tres:
⁊ quattuor. et sex que sunt iuncte
reddit. x. ⁊ sex: sic etiam impropor
tionabiliter sapiētia xp̄i excede-
bat sapientiam doctorum. Tertio
ordinando pace⁊ transiuit per me
dium inimicorum ipsos fugiens.
Luce. iiij. q̄ cum voluissent ipsu⁊
precipitare de monte ipse trāsiēs
per mediū illorum ibat. Dicit Beda
q̄ cū precipitaretur rupis admo-
dum cere liquefacte cessit et fecit
quoddam concauum in quo rece-
ptus est christus ⁊ manent ibi ru-
ge vestis ⁊ signa pedis: sicut asse-
runt illi qui viderunt: tunc eñ fe-
cit se inuisibilem per medium trā
siens: fugiens mortē precipitatio
nis: q̄ non debebat mori nisi in li-
gno: vt vinceret vincentem in li-
gno. Quarto ordinando pace⁊ ste
tit in medio discipulorum dando
eis forma⁊ eligendi prelatum eos
erudiens ⁊ eis seruiēs. Vñ Luce.
xxij. Ego inquit in medio vestrum
sum sicut q̄ ministrat: quasi dicat.
Ille sit vobis superior qui fuerit
humilior. Non ergo attendatis q̄s
sit maior: sed attendite quis humi
lior: sicut ego. Qui licet sim dñs ⁊
magister vester non sicut qui recū
bit in mēsa: sed sicut q̄ ministrat.
patet ergo q̄ christus verus mes-
sias ordinando pacem inter deu⁊
⁊ hominem stetit in medio anima
lium. Inuentus est in medio do-
ctorum: fugit per medium perse
cutorum: ⁊ ministrat in medio di-
scipulorum. ¶ Tertius passus est
xp̄s consummando pacem ordina
tam stetit in medio dupliciter. Pri
mo stetit in medio latronum: sicut
patet ioh̄. xix. Crucifixerunt cu⁊
eo duos latrones hinc ⁊ inde: me-
dium autem iesum: quod iudei fe-
cerunt: vt populus communis co-
gitaret q̄ quia erat cum malefa-
ctoribus punitus erat malefactor
sicut ⁊ alij. Sed tamen diuina di-
pensatione factum est: vt imple-
retur prophetia Isaye que ante
illum vacua fuerat. Isay. liij. Et
cum sceleratis deputatus est. Po
situs est autem in medio latronu⁊
vt nullus quātūcunq̄ peccator de
speret de venia si voluerit facere
penitentiam: quia ⁊ ille latro licet
sero cognoscens peccatum suum:
⁊ petens misericordiam: inuenit
subito veniam. Hodie inquit eris
mecum in paradiso: et sic factum
est: quia eadem die vidit diuinam
essentiam: que visio dicit paradi-
sus: sic cū viderūt xp̄m sc̄ti patres
in inferno paradisus fuit ibide⁊.
Secūdo cōsummādo pacē stetit ī
medio terre: q̄ mons caluarie vbi

crucifixus est xps: est in medio terre hitabilis. tūc autē impleta fuit pphetia dauid. in psal. lxxiii. Deus autē rex noster ante secula. i. eterna ordinatione rex operatus est salutem in medio terre. tunc enī ibi operata est salus humani generis. et cōsummata pax inter hominē & deū. Fuit enī xps crucifixus in medio terre: vt tanq̄ cētrum & mediū omniū omnia traheret ad seipsuz. quia ipse dixit. cum exaltatus fuero a terra in cruce in medio terre: omnia traham ad meipsum. Joh. xii. ¶ Quartus passus est q̄ xpus publicando pacem cōsummatā stetit in medio. vnde post resurrectionem stetit in medio discipulorum suorum: & dixit eis ter. pax vobis. Joh. xx. quasi dicat. Jaz est pax inter deum & hominem consummata per passionē meaz. stans in medio latronum et in medio terre. & ideo pacem cōsummatā vobis in publico dicens in medio vestrum pax vobis: & sicut xps p seipm stās in medio pacē publicauit discipulis: sic et per litteras per totum mūdum diuulgauit. Iste littere inter ceteras fuerunt epistole Pauli. in quibus mūdo publicauit q̄ xpus personaliter extrema diuisa vnierat factus mediator. Unde ad gal. iii. loquens de xpo quomodo lex fuit posita in manu eius sicut in manu mediatoris: vt de ea faceret qd̄ vellet dicit. mediator autē vnius non est deus autem vnus est. Oportet ergo q̄ mediator sit duorum. & sic nō solū deus: sed deus et homo vniēs extrema diuisa. publicauit etiam q̄ christus fuit mediator extrema concorditer pacificans. vt patz ad Hebreo. ix. vbi dicit: quia christus noui testamēti mediator est vt morte intercedente in redemptionem earum puaricationū que erant sub priori testamēto repromissionē accipiant qui vocati sunt eterne hereditatis. Intimauit etiam firma pacis per litteras: ppter quod de christo dicitur. ad hebre. viii. Melioris testamēti mediator est iesus quanto in melioribus repromissionibus sancitum est. Ueteris testamenti mediator fuit Moyses qui promisit obseruantibus bona temporalia. Noui testamenti mediator est iesus: qui promittit fidelibus regnum celorum. Publicauit etiā per litteras hominibus: q̄ christus pacem immobiliter ratificauerat dicens de ipo. i. Thimo. ii. Mediator dei & hominū homo iesus christus. cuius testamentum confirmatum est temporibus suis. ¶ Quintus passus est: q̄ christus pacē publicatam conseruando vsq3 in finē seculi stat in medio. Ipse enim dixit Matth. vlti. Ecce ego vobiscū sum omnibus diebus vsq3 ad consummationem seculi. Sed quomodo sit in medio vidit Johānes euāgelista. Apoca. i. vbi dicit. Uidi septem candelabra aurea: et in medio septem candelabrorum aureorum similem filio hominis. i. christo filio virginis. Ista septem candelabra aurea sunt septē ecclesie sacramenta. sc3 baptismus: confirmatio: penitentia: eucharistia: sacer ordo: matrimonium: extrema

vnctio. In quorũ medio scʒ in sacramento eucharistie est xps verus deus et verus homo. qd sacramentum etiam durabit vsq ad aduentum xpi ad iudicium: vt dicit apostolus. i. Corinth. xi. Quotiens enim manducabitis panem hunc et calicem bibetis mortem domini annunciabitis donec veniat. scʒ ad iudicium. Est ergo christus in sacramento eucharistie vsq ad finem seculi sicut in medio septem cādelabrorũ aureorum pacem inter deum et hominem conseruando: et non solum inter deũ et homines. sed etiā inter hoies et hoies existēs in medio eorum. eorum voluntatem faciendo. sicut ipse dicit Matth. xviij. vbi duo vel tres fuerint congregati in nomine meo: in medio eorum sum. Dicit in nomine meo. i. in charitate in medio eorum sum. scʒ eorum faciendo voluntatem si fuerit eorũ peticio triplici conditione regulata. scʒ q petant p se et pie et perseueranter. Bene ergo dictū est moysi a domino in promissione messie prophetam suscitabo eis de medio fratrum suorum. Ex quibus duo catholica documenta accipiunt. Primum q ver⁹ messias debebat esse mediator dei et hominum. Secundum q verus messias debebat esse de genere tribus iude que manifeste impleta sunt in christo iesu saluatore nostro.

¶ Quod verus messias debeat eē similis moysi in in dando legem.



Tertius thesaur⁹ aperitur de assimilatione messie quam sacra scriptura determinat quia postq deus dicit moysi pphetam suscitabo eis de medio fratrũ suorum. statim subiunxit cui debebat assimilari dicens similem tui ca. quo supra. forte enim dixissent iu dei non sufficere ad hoc q quis dicatur messias q exeat a medio: scʒ a tribu iuda: quia multi aliĩ pphete fuerunt de tribu iuda: vt Dauid et sic suscitati sunt de medio fratrũ suorum. Sed quid dicit regula. singula que non prosunt multa vnita iuuant. sufficit q qūtum ad hoc q debebat esse de tribu iuda verificatur in iesu nazareno. quia ipse fuit filius marie: que fuit desponsata ioseph: qui fuit de tribu iuda: vt patet Matth. i. Et mulieres nō desponsabantur nisi viris tribus sue. Ideo seqtur in auctoritate que dicta fuit moysi pphetam suscitabo eis etc. similem tui quasi dicat deus nō solum sufficit q sit de tribu iuda: sed q assimiletur tibi. Ista similitudo debuit sm aliquid singulare esse quod fuerit in moyse: et nō sm aliquid cōmune. Moyses duxit populum et rexit. Multi etiam aliĩ hoc fecerūt: vt Aaron cū eo: et post eū iosue moyses fecit multa miracula. et aliĩ multi hoc idē et maiora: vt helyseus qui mortuū suscitauit qd est maximū miraculorum. Sed in quo inuenitur Moyses singularis non habens parem in quo debet

sibi assimilari messias certe in dan do legem. Hic sunt quattuor puncta videnda. Primus punctus est quomodo moyses fuit singularis in dando legem. Secundus si iesus verus messias debuit dare aliam legem a lege moysi. Tertius si debebat illam legem quam daret scribere. Quartus que est excellentia legis noue.

¶ Quod moyses fuit singularis in dando legem.



Circa primum punctum posset aliquis dicere quod moyses non fuit singularis in dando legem. Quia secundum Ysidorum .v. ethimologiarum ca. i. Multi fuerunt qui dederunt leges. Quia primus qui dedit leges grecis fuit Foroneus rex. Primus qui dedit leges egyptiis fuit Mercurius termegistus. Primus qui dedit leges atheniensibus fuit Solon. Primus qui dedit leges lacedemoniis fuit Ligurgus. Iste fecit legem quod ciues haberent libertatem eligendi magistratus et rectores. Iste diuisit soluz tam in domibus quam in vineis: et aliis prediis per equale ne quis posset dici potentior alio. Iste fecit iuuenes vna veste non amplius toto anno vterentur non permisit aliquem cultius alio progredi: nec opulentius epulari. Qui singula non pecunia: sed compensatione messium coequari iussit pueros puberes: non in forum sed in agrum deduci iussit ne primos annos in luxuria: sed in labore et opere agerent: nec prius in vrbem redirent quam viri facti essent. Statuit virgines sine dote nubere vt vxores non pecunie causa eligerentur: sed virtute. et sic matrimonia diutius permanerent. Maximum honorem non diuitum et potentuz sed senum esse statuit. Demum vt suis legibus eternitatem daret. iureiurando obligauit ciuitatem nihil mutaturos priusquam reuerteretur. Profectus est autem cretam vbi voluntarium exilium perpetuo egit moriensque abiici sua ossa in mari iussit. ne forte lacedemones se solutos crederent iureiurando si corpus eius reducerent ad ciuitatem. ¶ Primus qui dedit leges romanis fuit numa pompilius qui primus successit Romulo in regno. Deinde cum populos seditiosos magistratus ferre non posset. x. viros legibus scribendis creauit. qui leges ex libris Solonis in latinum sermonem translatas. xi. tabulis exposuerunt. Paulatim autem antique leges vetustate atque incuria perierunt. Noue a Constantino cesare ceperunt: et reliquis succedentibus erantque permixte et inordinate. Postea Theodosius minor augustus ad similitudinem gregoriani et hermogeniani codicem factum constitutionuz a Constantini temporibus sub proprio cuiusque imperatoris titulo disposuit: quem suo nomine theodosianum vocauit. Iustinianus vero qui imperauit anno domini quingentesimo. xlii. et imperauit annis. xxxviii. Hic leges ciuilesque romane quarum erat nimia prolixitas admirabili

breuitate correxit. et ad.xij. libros coartauit. et de oibus vnu codicem ordinauit: que codice Justinianu3 appellari voluit. Fecit etia librum institutionu que in quattuor distinxit libros: in quibus legu primordia cotinetur. Nouas quoq3 leges quas ipse fecerat in vnu volumen redactas nouellas vocari voluit q coimuniter autetice appellantur. et sunt per collationes distincte. Omniu etia magistratuu et iudicu seu iuris consultoru leges q duoru milliu ee libroru dicebant abbreuiari fecit: et ad numeru libroru quinquaginta redigit. ipsumq3 libru digestoru seu padectaru vocari mandauit: qbus legib9 hodie tot9 mudus ordinatur et regitur. In isto principe concurreru poteria: sapietia: et diuinus cultus. per poteria hostes superauit. per sapientia mundu iustis legibus ordinauit. per diuinu cultu deu et ecclesia edificijs et alijs operibus honorauit. Cu ergo oes predicti leges dederint: vt ostesu3 est pt3 euidenter: q moyses in dando lege no fuit singularis. ¶ Respondeo et primo declaro quid est lex. secudo distingua nomen legis. tertio soluet dubitatio. Circa primu dicitur q lex est quodda specia le vinculu quo hoies tenentur et ligantur ne per actus illicitos euagentur. Sicut eni aialia siluestria no domatur nisi primo fortib9 vinculis teneant: q3 sc3 nunq domita efficerentur si sine vinculis ad voluntate sua vagari dimitterentur. Sic vero necesse fuit: vt leges et madata a deo et a superioribus fierent: vt infra limites iusticie vagabiles mores hominu corrigeretur et domarentur. Homo eni qui sicut vir vanus in superbia erigitur. et sicut pullu onagri se natu liberum putat. vt dicitur Job. xi. nunq perfecte corrigeretur vel domaretur si sine legis vinculo vagari ad arbitrium sineretur. Et ideo certa ad ligandu mores hominu ne vagaretur. costituta est lex triplex. sc3 lex nature: diuine cure: et humane cure. Lex nature est illa inflexibilis certitudo qua deus in sindereси coscietie collocauit. ne quis excusari possit. que vnicuiq3 dictat et ostendit: quid bonum vel quid malum. de q dicitur. ad Ro. ij. Cum gentes que legem non habet ea que legis sunt faciunt ipsi sibi sunt lex. vide ibi. Lex diuine cure est qua dedit deus moysi in scriptis. Et ideo dicit lex scripture. et qua xps in illa promissus implens vacuitatem eius veniens ex generis humani amore per seipsum docuit. et in cordibus impressit. suisq3 fidelibus dereliquit. et ideo dicta est lex amoris. Lex vero humane cure est illa qua ad regimen humanum principes statuerunt. de qua dicitur. i. Corinthio. vij. Lex in homine dominatur quanto tempore viuit. ¶ Circa tertium ad predictam dubitationem dicitur q verum est moysen in dando legem esse singularem. et verum est q alij qui dicti sunt dederunt leges. quia moyses dedit legem diuinam. Alij vero leges dederunt humanas. ait enim beatus Isidorus vbi supra. Moyses get3

hebraice primus omnium diuinas
leges sacris litteris explicauit. vt
infra caplo.ij.ponens differentiā
inter leges diuinas ꝛ humanas di
cit. Oēs sūt leges: aut diuine sunt
aut humane. diuine natura huma-
ne moribus constāt. Ideoqꝫ he.s.
humane discrepant: quia alie aliis
gentibus placēt. Si ergo moyses
in dando legem diuinam fuit singu
laris et solus. in illo quo singula-
ris fuit propheta suscitaturus de
medio debebat ei assimilari. sequi-
tur ꝙ ille ꝓpheta debebat dare le
gem diuinam qđ solū impletuꝫ est
in iesu christo saluatore nostro qui
dedit legem euāgelicam que lex di
uina est ꝛ noua sicut moyses dedit
legem diuinā antiquā. ¶ Quo ad
secundū punctū scꝫ vtrum iesus ve
rus messias debuit dare legem di-
uinam: aliam a lege moysi dico ꝙ
sic. Ad quod ꝓbandū adduco tres
fidelissimos testes: quorum prim⁹
est Isaias. qui in caplo.ij. quod ad
litteram exponitur de messia inter
cetera dicit. De syō exibit lex: ꝛ ver
bum dñi de hierusalem: quod verū
est in iesu nazareno vero messia: et
in eius discipulis et apostolis qui
inceperunt verbū predicationis in
hierusalem ꝛ cōtinuauerunt et pu-
blicauerunt per totum mūdum: qꝛ
in omnē terrā exiuit sonus eoꝝ ꝛc.
Declarat rabi salomō super verbo
eleuabitur super omnes colles. ca.
eodē dicēs. Quid vult dicere. ꝛ ele
uabitur super colles. Nisi quia mi-
raculum quod erit factū in eo erit
maius ꝙ̄ miracula montis syna ꝛ
carmeli ꝛ thabor. Et quod est illđ
miraculū: est illud quod dicit. De
syon exibit lex. Itē dicitur in mi
dras tusim. id est i glosa psalterij
super illud. Dñe in fortitudie tua
letabit' rex. ps. xx. dicit' sic. Quid
voluit dicere Isaias in. c. xi. quā-
do dixit. In illa die erit radix Ies
se que stat in signū populorū ipm
gentes deprecabūtur: ꝛ erit sepul
chrū eius gloriosum. Dixit rabi hā
ma. Non venit rex messias: nisi vt
det gētibus seculi mandata: sicut
tabernacl'a: palmes: ꝛ philateria.
Satis apparet ex intentiōe hui⁹
doctoris ꝙ deus debebat dare le-
gem nouā in qua essent mandata
cerimonialia: sicut in lege veteri.
Et quia facit mentionem aliquaꝝ
cerimoniarū legis antique nō ap-
paret ꝙ sit sua intentio ꝙ messias
deberet dare illas easdem cerimō
nias: cū causa ꝓpter que date fue
runt in illo tpe sit iam preterita: ꝛ
in tpe messie non est locus vt de-
tur. Item dicit' in midras sichasi-
rim. i. in glosa cāticorū sup textu.
ca. primi vbi dicit'. Osculetur me
osculo oris sui. dixit rabi Iabida.
In hora in qua israel audiuerunt
ex ore dei. Duo prima mandata le
gis fuerūt firmati in cordib⁹ suis
taliter: ꝙ nō tradiderunt obliuiō-
ni. Uenerunt ad moysen ꝛ dixerūt.
En rabi oportet ꝙ tu sis media-
tor inter deum ꝛ nos: sicut scriptū
est Exo. xx. dixerunt moysi. Loque
re tu nobis ꝛ audiemus: non lo-
quatur dñs nobis ne forte moria-
mur. Ex illo tūc docebat eos moy-
ses legem: ꝛ qui addiscebant obli-
uioni tradebant ꝛ dixerūt. Sicut

moyses est carnalis ⁊ transiēs. sic doctrina sua transit a nobis et dixerunt Rabi. vtinam vellet de⁹ secundo ostendi nobis ⁊ iam oscularetur nos osculis oris sui. taliter ꝙ sua doctrina refirmaretur in cordibus nostris. Et dixit eis moyses Hoc nō pōt esse modo sed in tēpore Messie erit. quia sic scriptū est Ihere. xxxi. Dabo legem meam in visceribus eorū ⁊ in cordibus eorꝫ scribā eā. hec ibi. ¶ Hec est illa lex quā cū magna instātia petebat dauid secundus testis. in psal. cxviij. Legem pone mihi domine viā iustificationum tuarū: ⁊ exquirā eaꝫ semꝑ. Hic pōt queri a iudeis quaꝫ legē hic petebat a dn̄o dauid nō legē moysi quia eam iā habebat. ergo aliaꝫ qꝛ dicit. viā iustificationū tuarum et hec non est alia nisi veri messie Iesu nazareni que iustificat. lex enim moysi nō iustificabat nec eius sacrificia patet qꝛ illa sacrificia de per se. nō placebāt deo nec cum lege instituta sunt. Ihere. vij. Hec dicit dn̄s: nō sum locutus cū patribus vestris in die qua eduxi eos de terra egypti. de verbo holocaustorum ⁊ victimarū sed ſm ꝙ dicit Rabi Moyses de egypto. Ista sacrificia non fuerūt data nisi vt retraherentur a sacrificijs ydolorum et in signum huius non fuerunt data populo nisi post ꝙ populus ad ydolatriā ↄclinauit vitulum cōflatilē adorando. Ideo voluit deus magis ea sibi offerri ꝙ ydolis. et de hoc pulcre tractat sanctus Tho. prima secunde. q. ciij. articulo. iij. in corpore. ⁊ deinde per totum. Item ptꝫ ꝙ sacrificia legis moysi non iustificauerunt qꝛ lemꝑ cuꝫ eorum oblatione requirebatur oblatio sacerdotis patet ī leuitico ¶ Sed quid si sacerdos esset malus ⁊ indignus: vtruꝫ exaudiret a domino: certe nihil valebat totum sacrificiuꝫ. ⁊ hoc est ꝙ dicūt doctores theologi ī quarto ꝙ sacrificia valebant non ex opere operato. sꝫ ex opere operante. Secus est de sacrificijs veri nostri messie iesu nazareni que valent ex opere operāte. ⁊ ex opere operato: vt patet in baptismo: qui quātūcūqꝫ sit malus minister et pessimus etiam iudeus ⁊ infidelis quicunqꝫ faciens quod ecclesia intendit baptismus ↄplet suum effectum. Petebat ergo dauid legem veri messie Iesu nazareni que iustificat dicens. Legem pone mihi domine iustificationuꝫ etc. ¶ Hec est illa lex scilicet Iesu nazareni data in monte syon nō in monte synai. de qua tertius testis. s. Ihieremias. c. xxxi. dicit. Ecce dies veniunt. id est tempora noui testamenti dicit dominus. ⁊ faciā domui israel ⁊ domui iuda. i. fidelib⁹ christuꝫ confitentibus generaliter ⁊ credentibus de iudeis specialiṫ secundum quod dicitur Act. xiij. Primū vobis oportebat loqui verbum dei ⁊ cetera. fedus nouuꝫ. i. legem nouam. Lex enim frequenter in veteri testamento vocatur fedus non secundum pactum quod pepigi cum patribus vestris in die qua eduxi eos de terra egypti qd̄ irritum fecerunt. ipsum multipliciter trāsgrediendo. sicut patet in lib. is

Judicum Regū. et paral. Ecce ꝙ expresse dicit propheta legem veri messie. quam vocat fedus nouū siue pactum debere esse aliam a lege moysi. ⁊ dicit non secundum pactum quod pepigi cum patrib⁹ eorum in die qua eduxi eos de terra egypti. scilicet cum dedit eis legē in monte synai. ¶ Quia ergo alia debebat esse lex messie promissi. s. iesu christi a lege Moysi videnda est differentia inter vtranq; legem que non vna sed multe incomparabiles dicte sunt de quibus dat testimonium sacra scriptura specialiter doctrina beati pauli qui plenius ꝙ omnes alij auctores noui testamenti locutus est ostēdens ꝙ quia impleta erant mysteria ipsius cessauit vsus legis moysi q̄ primo erat. Et de diuersis ptibus suarū epłarum colligunt hic. xiiij. differentie. et addā vnā: vt sic sint. xv. differētie q̄ p ordinem sūt iste q̄ sequūtur videlicet lex Moysi est lex carnis. lex christi est lex spūs. lex Moysi est lex timoris. lex xp̄i ē lex amoris. lex Moysi est lex figure lex xp̄i ē lex veritatis. lex Moysi ē lex oneris pōderosi ⁊ sine cōmo. lex xp̄i ē lex suauitat꜄. leuitatis ⁊ multi fruct⁹. lex Moysi ē lex seruitutis. lex christi ē lex libertatis. lex moysi est lex que occidit. lex xp̄i est lex que viuificat. lex Moysi ē lex mortis. lex christi est lex vite. lex Moysi est lex que est virtus peccati lex christi est lex que est plenitudo gratie. lex Moysi est lex antiquitatis ⁊ debilitatis: lex christi est lex nouitatis et fortitudinis. lex Moysi est lex vacua. lex christi est lex habundantie. lex Moysi est lex imperfectionis. lex christi ē lex perfectionis. lex moysi est lex noctis lex xp̄i ē lex diei. lex moysi est lex tenebrarum lex christi ē lux lucis clare. lex Moysi est lex mysterium dānationis. lex christi ē lex iusticie ⁊ saluationis. lex moysi est lex pticularis lex christi ē lex generalis. ¶ Omissis primis. xiiij. propter prolixitatem euitandā. que diligens lector in predictis epistolis poterit inuestigare contra quālibet conditionē legis moysi poterit concludere nō sm pactum etc. vt supra. Ultimā solū pro presenti intendo pertractare cum hec sit inter ceteras propria differentia vtriusq; legis. lex enim moysi fuit particularis propter multa. Primo quia lex serui. scʒ moysi. Secundo quo ad populum quia fuit data particulari ⁊ limitato populo. s. descendentibus ab Abrahā per Isaac. Tertio quo ad precepta cerimonialia sacramētalia ⁊ iudicialia que solum obligabant populum limitatum. scʒ iudeorum et non alios homines mūdi propter quod ille populus fuit dictus peculiaris. Quarto erat limitata ⁊ particularis quo ad locū scilicet terre pmissionis i qua obligabantur iudei et non in altera implere multa suorum preceptorum habentibus in se ceteros limites vel terminos. Quinto quo ad tempus quia habebat durare tempore limitato scilicet vsq; ad aduentū Messie lex vero christi est lex vlis Primo quia lex domini vniuersi si

cut lex moysi lex serui. Secūdo est lex vniuersalis et sine aliqua limitatione quia mādat suis apostolis dicens. Euntes in mundum vniuersum predicate euangelium omni creature. mar. vlti. Et ꝙ baptizarent omnes gentes et docerent non doctrinam moysi serui sui. sed quam ipse dominus precepit eis et propterea data ⁊ notificata lege que est vniuersalis et communis omnibus gentibus: statim cessauit lex moysi que erat particularis data iudeis cū vna esset incompatibilis alteri. ⁊ dico incompatibilis non solum quia obseruantia vtriusq; non potest esse in vna persona que ad plenuz eas seruet. sed vltra hoc incompatibilitas est respectu diuersarum personarum cū vna lex ꝙtum ad obseruantiam debitam ipsius repellat. ⁊ in exilium mittat alteram non solum ab illa persona in qua stat vel a domo ciuitate. regno vel imperio. sed a toto mundo. ⁊ ideo melius dicitur ꝙ vna lex alteram totaliter annullat volo dicere ꝙ non potest esse lex dei ordinata ad salutem animaruz quam obseruando homo meretur paradisum nisi vna sola que ē lex gratie cui est incompatibilis lex scripture. Est ergo altera lex christi a lege moysi: quia vna particularis. et altera vniuersalis. ergo nō secundum pactum et cetera. vt supra. ⁊ sic cessare debuit lex moysi sicut particularis adueniente lege christi que est vniuersalis et communis. sicut minor dando locum maiori. ¶ Quo ad tertium punctū in quo querebatur ex quo verus messias debebat dare legem sicut moyses. ⁊ aliam a lege moysi: vtrū debuit scribere legem illam in pellibus. petris vel aliquibus aliis extrinsecis. Uidetur enim ꝙ fuisset valde rationabile ꝙ ipse fecisset aliquem librum sacre scripture cuius ipse fuisset principalis actor et scriptor. quia quelibet sciētia habet suum principalem actorem sicut gramatica donatuz: logica aristotelem. geometria euclidē. Ad hanc questionem respondetur ex dictis sancti Tho. vlt. parte summe. q. xlii. articulo. iiii. ꝙ non fuit decens aut conueniens ꝙ christus legem suam aut aliquem librum de sua doctrina scriberet propter quinq; rationes. Prima ne derogaret dignitati sue. Quia oportuisset scribere miracula et sanctitatis opera per ipsum facta et famam quam habuit in populis que omnia essent in laudem sui que licet sine superbia scribere potuisset in mentibus tamen hominum non careret arrogantie nota. Secunda ratione tolleret auctoritatem suam spirituisancto. licet eniz indiuisa sint opera trinitatis ad extra ſm augu. in enchiridion. et ad Pollentiū. xxviii. q. i. Sic enim tamen cōmēdatur patris auctoritas in mundi creatiōe. Auctoritas filii in mundi redēptione et spiritussancti in hominū intima inspiratione. et scripturarum per sanctos conscriptiōe. Uñ Grego. dicit i ꝓlogo moraliū. ꝙ sacre scripture actor ē spūssanctꝰ Et apostolus. ii.

ad Thimo.iij. q sacra scriptura est diuinitus inspirata & vtilis ad docendū. Quod autem ad spiritū sanctū pertineat scribere patet qr scribere est officium digitorum nunc autem spūssanctus ē dextre dei digitus. Exo.viij. & Luce.xi. Man⁹ enim & lingue doctorum nō sunt nisi instrumentū & calamus spūssancti. vnde dixit qd. ps.xliiij. Lingua mea calamus scribe. Tertia rō nō decuit q xps legem & doctrinā suā scriberet in aliquo libro propter suam excellentiam singularē. scripta enim ordinantur ad impressionem doctrine in cordibus auditorum sicut ad finem. Tunc sic. excellētiori doctori excellētior mod⁹ debet attribui doctrinam tradendi & docendi. Sed excellentior modus est doctrinam in mentibus auditorum imprimere sicut faciebat xps q̄ i libro scribere igitur nō debuit scribere legem suā. Vn̄ pitagoras & socrates & phi ātiqui qui fuerūt doctores excellentissimi istum modum tenuerunt q nūq̄ aliquos libros scripserunt & hec est ratio formaliter sancti Thome. Quarta ratia est vt legem nouam a veteri distingueret & separet. lex eni₃ vet⁹ dicitur lex scripta etiā digito q̄tū ad precepta moralia. Si noua eēt scripta per xpm etiam posset dici lex scripta. Quia igit̄ illa fuit lex timoris fuit scripta in libris et cordicibus. qr ista amoris fuit scripta solum in cordibus. Quinta ratio & vltima ē propter regiā excellētiā demonstrandam xps enim fuit rex. Iesus nazaren⁹ rex iudeoꝝ. Ioh.xix. Et dece₃ regiā maiestatē q sua dicta & facta p suos notarios scribantur & n. p se sicut fecerūt quattuor euāgeliste xpi iesuveri messie notarij. Sic ergo patet q xps non debuit legem nouā per se scribere in aliquibus extrinsecis s₃ ex amore scripsit eam in cordibus fideliū sicut dicitur in supradicta auctoritate Ihere. sed dabo legē mea₃ in visceribus eorum. et in corde eorū scribā eam. ¶ Ex predictis satis claret q verus messias debuit assimilari Moysi in dando legē. et q non debuit dare talem legem sicut erat antiqua sed legem nouam. & q illam non debuit scribere per se in aliquibus extrinsecis. s₃ in visceribus & in cordibus fideliū. que omnia ad litterā impleta sunt in iesu xpo saluatore nostro. ¶ Quo ad quartū punctum qui est de excellentia legis noue licet ex supradictis differentijs clareat manifeste specialius tamen eius excellentia declarat̄ ex sex gradib⁹ perfectionis. Primus est ex ostēsiōe cognitiōis dei. Secundus ex cōtēptoriū rationabilitate in mādatis vel monitis. Tertius ex miraculoꝝ claritate. Quartus ex ecclesie stabilitate. Quint⁹ ex diuina bonitate. Sextus ex amenissima promissoꝝ incōparabilitate. ¶ Circa primū gradum notandu₃ est q lex moysaica quo ad fidem vnius dei erat imperfecta. quia licet in illa fuit aliqualis noticia vnius dei & etiam christi in quodam generali. nō tn̄ fuit ibi noticia explicata trinitatis personarum in vnitate essentie. nec p

consequens incarnationis. Cuius ratio est quia sicut cognitio naturalis procedit de imperfecto ad pfectum. vt dicitur .i. phisicorũ vnde ⁊ pueri vocant primo omnes viros patres ⁊ omnes feminas matres. ⁊ postea distinguunt. Ita similiter supnaturalis cognitio minor fuit in lege veteri ꝙ̄ in noua. in qua per christuꝫ veritas lucide est reuelata propter quod dicit saluator Jo. xvij. Pater manifestaui nomen tuuꝫ hominibus quos dedisti mihi. Ipse enim manifestauit expresse trinitatem personarũ patrẽ nominãdo a quo eternaliter ꝓcessit per generationem dicens. Jo. xvi. Exiui a patre ⁊ veni in mũdũ scilꝫ in vtero beate virginis carnẽ assumendo spiritũsanctum ꝓmittendo. Jo. xv. Cuꝫ venerit paraclitus quem ego mittam vobis a patre: ecce processus spiritussãcti ab vtroqꝫ. Nominauit etiam expresse trinitatem personarũ in forma baptismi. Mathei. xxviij. Euntes docete omnes gentes baptizãtes eos scꝫ In nomine patris ⁊ filij ⁊ spiritussancti. Manifestauit etiã vnitatem essentie. Johan. x. dicens. Ego ⁊ pater vnuꝫ sumus. Hoc est quod Johãnes in sua prima canonica. c. v. dicit expresse. Tres sunt qui testimoniuꝫ dant in celo. pater verbũ ⁊ spũssanctus. ⁊ hi tres vnũ sunt. In figura huius Moyses loquebatur ad populum velata facie vt habet Exo. xxxiiij. quia mysteria fidei nostre erant figuris ⁊ enigmatibus velata. sicut supra late declaratum fuit. In figura etiam huius velum templi fuit scissuꝫ in christi passione ad ostendendum ꝙ declarata et manifestata erant que prius latebant sub velamĩe ꝓpter quod ipsa lex noua tanꝙ̄ perfecta in cognitione est donum perfectũ: descendens a patre luminuꝫ. vt dicitur iacobi primo patet ergo ꝙ cognitio dei perfecta est ĩ lege noua que imperfecta fuit ĩ veteri ꝓpter quod patres veteris testamenti poterant dicere illud quod scribitur i. ad Cori. xiij. Ex parte cognoscimus ⁊ ex parte ꝓphetamus. i. imperfecte. ¶ Secũdus grad⁹ quo oñditur ꝙ lex noua perfectissima est ex contentorũ rationabilitate. vel mãdatis vel monitis. quod vt clarius videatur ostẽditur imperfectio legis mosayce quo ad totum corpus suũ. s. quo ad p̄cepta moralia ⁊ iudicialia ⁊ sacramẽtalia ⁊ cermonialia Prio enĩ ĩ lege moysi p̄cepta moralia fuerunt imperfecta. ⁊ dicuntur moralia precepta illa que sunt de dictamine rationis etiã si nulla lex esset sicut est illud mandatuꝫ quod scribitur. Exod. xx. Honora patreꝫ tuum ⁊ matrem tuam etc. Et similiter illud quod per modum monitionis scribitur. Leuit. xix. Coram cano capite cõsurge. ⁊ honora p̄sonam senis ⁊ similia. Quod aũt ista fuerunt imperfecta declaratur dupliciter. Primo quia precepta moralia ĩ lege Moysi ordinabãt act⁹ hominum exteriores tantuꝫ ꝓpter quod apostolus ad Romanos. iij. vocat legem moysi legem factoruꝫ De actibus autem interioribus in quibus consistit bonũ moris nihil

ordinabat aut parum. Sed contra hoc ē quod habetur Exo.xx. ⁊ Deu te.v. Non concupisces vxorē proxi mi tui ⁊ cetera. dicendū est secun dum antiquos doctores ꝙ talis cō cupiscentia non prohibebatur in- quātum erat omnino latens i corde: sed inquātū prorumpebat exterius per aliqua signa: vt per verba scur rilia. impudicos tactus: ⁊ oscula ⁊ cetera huiusmodi. Ideo sic expo nunt. Non concupisces. i. signa cō- cupiscentie non facies. Unde ad Phil.iij. dicit glo. ꝙ lex vetus pro hibebat manū nō animum. vel di- cendū sm alios ꝙ lex vetus ꝓhibe bat concupiscentiam animi laten- tem: hoc tamē erat in paucis. s. in mechia ⁊ furto. Item in istis isuf ficienter prohibebat concupiscen tiam. quia non puniebat trāsgres sores. et sic patet ꝙ insufficienter lex mosayca ordinabat actus inte- riores. ¶ Secundo declaratur sic. quia lex mosayca etiam actus exte riores ordinabat sicut patet Deu- tro.xxiij. vbi dicitur sic. Non fene- rabis fratri tuo pecuniā ad vsurā. nec fruges. nec aliquam aliam reʒ sed alieno. Ibi enim ꝑmittit vsu ra cū alienis ꝑsonis. quod est illici tum contra dictamen recte ratiōis Item Deutro.xxiiij. permittit vi- ro dare libelluʒ repudij etiā causa indebita. Unde ibidem subditur Si accepit homo vxorem. ⁊ habue rit eam. ⁊ non inuenerit gratiaʒ in oculis eius propter aliquam fedi- tatem. scribet libellum repudij. et dabit in manu eius. et dimittet eaʒ de domo sua. Indiuisibilitas autem per totam vitam est de dictamine rationis naturalis. ⁊ sic patʒ ꝙ lex vetus imꝑfecta fuit in moralibus Et propter hanc imꝑfectionē lex mosayca dicitur pedagogus nr̄. ad Gal.iij. i. regula puerorum ⁊ iꝑfectorum in quibus nō q̄ritur ꝑfectio iterior. Sed ab exterioribus inhonestis ti more discipline reprimūtur. Et in actibus exterioribus multa eis ꝑ- mittuntur que non permitterentur viris perfectis. ꝓpter quod Aug. li. de spiritu ⁊ littera exponens il- lud.ij. Cori.iij. littera occidit ⁊ ce tera. dicit hoc non tantum de ceri- monialibus intelligendum est. sed etiam de moralibus veteris legis. quia. s. non prohibebantur aliqua que de se sunt mortifera. vt patet ex predictis. propter quod dicitur Ad Ro.iij. Ex operibus legis non iustificatur omnis caro. ¶ Sed lex noua perfecta est in moralibus. qr perfecte ordinat actus humanos non solum exteriores sed etiam in teriores. ⁊ in hoc imperfectionem legis supplet: propter quod dicit saluator imperfectioneʒ legis ad- implendo. Math.v. Audistis quia dictum est antiquis. non occides. qui autem occiderit reus erit iudi cio. Ego autem dico vobis. quia omnis qui irascitur fratri suo re? erit iudicio. in quo ordinat motuʒ interiorem vt patet. Similiter lex noua actus exteriores ordinat nul lum malum permittendo propter quod dicit saluator. Math.xij. Di co autem vobis quoniam de omni verbo ocioso quod locuti fuerint hoīes super terraʒ reddēt rationē

in die iudicij. Si autem his prohi bet verbum ociosum per cōsequēs verbum nociuum. Et multofortiꝰ oēm actum malū: ꝓpterea Math. v. post suppletionem preceptorum moralium veteris legis concludit perfectionē euangelicam dicens. Estote ergo perfecti sicut pater ve ster celestis perfectus est. perfecit autem xp̄s moralia precepta legis etiam consilia euangelica superad dendo. propter quod Matth. xix. Inueni dicenti se se custodisse mā data legis ⁊ querenti vlterius viā perfectionis dicit saluator adhuc vnum tibi deest. Si vis perfectus esse. vade ⁊ vēde omnia que habes et da pauperibus. ⁊ habebis the saurū in celo: ⁊ veni ⁊ sequere me.

¶ Secundo in lege moysi iudicia lia precepta erant imperfecta. qđ patet ex duobus. Primo ex modo inducendi homines ad obseruan tiam iusticie. ad quod ordinabant iudicialia precepta. Secūdo ex ip sis preceptis. primū patet sic. pro prium est hominū imperfectorum vt inducantur ad iusticiam obser uandā timore pene. Vn̄ dicit Ora tius libro epistolaruꝫ. Oderūt pec care boni virtutis amore. Oderūt peccare mali formidine pene. Hoc etiam declaratur ratione: qꝛ illud quod cū timore fit penale est: et nō delectabile. Vn̄ dicitur. i. Ioh. iiij. timor penā habet. Operari auteꝫ virtuose non est pena virtuoso ⁊ ꝑ fecto: sꝫ magis delectabile. ꝓpter quod dicitur. ij. ethi. q̄ signum ha bitꝰ generati est delectatio in ope re. lex moysi inducebat homines ad iusticiam obseruandam per ti morem penarum. propter quod di citur lex timoris. Et in signum hu ius lex fuit data in terroribus: vt patet Exo. xix. Iā aduenerat dies tertius in quo scꝫ data est lex. Se quitur. Et ceperūt audiri tonitrua et micare fulgura. ⁊ nubes densissi ma operire montem. clāgorq̄ buc cine vehementius perstrepebat. Timuitq̄ populus qui erat in ca stris. Et similiter facies moysi ap paruit cornuta quando secūdo ap portauit legem in tabulis descri ꝑ tam. ⁊ timuerūt filij israel. vt ha betur Exo. xxxiiij. In cordibus eni illis designabatur terror ⁊ feritas legis. Patet ergo primum: vide licet imperfectio iudicialium pre ceptorū ex modo inducendi ad ope ra iusticie scꝫ per timorem pene. Secundo idem patet ex ipsismet preceptis iudicialibus que aliquā do infligebant penam innocenti. ⁊ aliquando culpabilem non punie bant. Primū patet per illud quod habetur. Numeri. xxxv. de homici dio omnino casuali. vbi dicitur ta lis qui fortuitu ⁊ absq̄ odio ⁊ ini micitijs interficiebat homineꝫ de bebat confugere ad vnam ciuita tem refugij. et ibi manere vsq̄ ad morteꝫ summi sacerdotis. qđ erat aliquando per magnum tempus. Talis qui erat innocens cuꝫ homi cidium erat omnino casuale et in uoluntariū sine culpa puniebatur graui pena. qꝛ oportebat eū exuleꝫ esse ꝑ magnū tp̄s a sua ciuitate et a sua possessione. Secūdū ptꝫ vbi subditur de tali fugitiuo innocēte

ꝙ si infra terminos vrbium inuē-
tus fuerit: ⁊ percussus ab eo qui
vltor est sanguinis absqꝫ noxa erit
qui eum occiderit. Debuerat enim
profugus vsqꝫ ad mortem summi
sacerdotis in vrbe habitare: ⁊ sic
patet ꝙ interfectio innocentis in
tali casu remaneret sine pena. que
tamen est grauis culpa. Talis au
tē imperfectio legis couueniebat
imꝑfectioni populi qui erat pro-
nus ad effusionē sanguis: et ideo
interfector a casu remanēs in sua
ciuitate inter amicos interfecti:
erit in periculo mortis ꝗuis inno
cens: ⁊ sic de facili possunt in po-
pulo homicidia: multiplicari. Et
ideo ad hec mala vitāda data est
lex predicta de ei⁹ fuga: ꝗuis esset
innocēs. Et eadē ratiōe parcebat
lex. Si aliquis amicus mortui in-
terficeret eū extra fines ciuitatis
refugij: vt sic cogeretur in vrbe re
manere non ex sua culpa: sed pro-
pter homicidia vitāda ad que po
pulus tanꝗ̄ imꝑfectus erat pn⁹.
Exemplum idoneū ponit ph̄s in
quinto ethicoꝝ dicens. ꝙ aliquā-
do leges sunt similes regulis qui
bus vtuntur artifices in lesbia ad
dolandū lapides: qꝛ lapides illi⁹
regiōis sunt male dolabiles. ideo
vtuntur artifices regulis plum-
beis vt possit tortuositati lapide
applicari. sic in veteri testamento
date sunt leges aliquam imperfe-
ctionem habentes propter imper
fectionē illius populi. Lex tn̄ euā
gelica ꝙtum ad iudicialia est per
fectissima: qꝛ iducit ad obseruan-
tiam legis non per timorē pene:
sed per amorem iusticie: quod est
proprie perfectoꝝ. vt supra dictū
est. ꝓpter quod lex noua merito di
citur ꝑfecta ƀm ꝙ dicit̄ Iacobi. i.
Qui aūt perspexerit i lege ꝑfecte
libertatis. i. in lege euangelij que
ducit hoīem ad perfectionē ⁊ libe
rat a seruitute timoris ⁊ seruitute
peccati: sicut dn̄s ait Io. viij. Si
manseritis in sermone meo: vere
discipuli mei eritis: ⁊ vos cogno-
scetis veritatē ⁊ veritas liberabit
vos. Itē qꝛ nullum innocentē pu
nit nec aliquod malū impunitū re
linquit: qꝛ etiā verba ociosa puniē
da ostēdit vt supra dictū est: ⁊ nō
solū verba ociosa: sed malas cogi
tatiōes ƀm quod dicit̄ Matth. v.
Ego dico vobis ꝙ quicūqꝫ vide-
rit mulierē ad concupiscendā eā
iam mechatus est in corde suo: ꝓ-
pter quod lex noua ē perfecta: de
qua pōt exponi illud cāticoꝝ. vi.
Una est colūba mea perfecta mea.
Dicitur etiā lex noua colūba me-
taphorice: quia est sine felle ama-
ritudinis nullum innocētē puniēs.
Dicitur etiā perfecta: quia nullū
malū permittēs ⁊ sic apparet ꝑ-
fectio legis euangelice ꝙtum ad
iudicialia. ❡ Tertio declarat̄ quō
sacramēta veteris legis erant im
ꝑfecta. Ad cuius euidentiā consi-
derandū ꝙ illa sacramenta erant
ordinata ad faciendum homines
idoneos ad cultū diuinum: ⁊ ideo
aliqua erant cōia toti populo tam
viris ꝗ̄ mulieribus: vt purifica-
tiones: alique a tactu immūdi vel
mortui que purificationes fiebāt
per aspersionē aque expiationis

de qua habetur Numeri.xix.ꝛ fimilia. Aliqua autē erant solis viris cōuenientia: sicut circūcisio: aliqua solis sacerdotibus sicut cōsecratio: ꝛ vnctio sacerdotū.ꝛ hmōi Cuius ratio est quia sacerdotes applicabantur speciali modo ad cultum dei. Ista tamen sacramēta predicta erant imꝑfecta: qꝛ nō conferebāt gratian sine qua non efficiuntur homīes idonei ad cultum diuinū. Ideo sacramenta legalia dicūtur egena ꝛ infirma. Ad gal.iiij. vbi dicitur sic. Nunc aūt cum cognouistis deum immo cogniti estis a deo quomodo conuertimini iterū ad egena ꝛ infirma. Elementa dicuntur aūt infirma. quia non conferebāt aliquam potestatem spiritualē: sicut conferūt sacramēta noue legis. Similiter dicūtur egena: quia non cōferebāt gratiam que necessaria est ad bene vtendū illa potestate. ¶ Sed contra hoc videtur quia in Exo.ꝛ Leui. quasi vbiqꝫ dicitur: quia illa sacramenta reddebant homīes idoneos ad cultum diuinum. Dicitur ꝙ talis idoneitas erat ꝑ quādam mundiciam et expiationem corporalē sicut in noua lege quis dicitur ineptus ad ministrandū et celebrandum propter immundiciam manuum. Lotio manuum reddit eum aptum: sed hec aptitudo est tātum corporalis. Sic erat de aptitudine que dabatur per sacramenta veteris legis. Et propter hoc dicuntur illa sacramenta emundationes carnis: vt habetur ad Hebreos.ix. vbi dicitur sic. Sanguis hyrcorum: qui scilicet offerebatur in consecratiōe sacerdotū et cinis vitule aspersus quo omnes mundabantur a tactu morticini vel immundi: vt dictum est: inquinatos sanctificat ad emundationem carnis. id est corporis. quia sicut dictum est talia non cōferebant gratiam: sed auferebant quedam impedimenta seu regularitates impedientes a tabernaculi ingressu: sicut in noua lege patet per exemplum. Quando enim per prelatos dispensabatur cum aliquo illegittime nato vel priuato vno oculo: vel huiusmodi non cōferebat ad hec sibi grā: sed tātū tollitur irregularitas. ¶ Sed cōtra hoc videtur quia ſm doctrinam sanctorum circuncisio tollebat peccatum originale: ꝛ per consequens conferebat gratiam vt cōmuniter tenetur. Dicendū ſm antiquam opinionem ꝙ tollebat peccatum originale: non tamen conferebat gratiā. hec eñi erat potestas circūcisiōis. vt tenetur a multis ꝛ magnis doctoribꝰ: quoꝝ rationes propter prolixitatem omittuntur et in hoc differebat a baptismo ꝙ non solum auferebat peccatum originale. sed confert grāꝫ. Aliter pōt dici ꝙ si in circuncisione gratia conferebatur hoc non erat in virtute illius sacramenti: sed in fide christi venturi: quem protestabatur ille qui circūcidebatur si adultus erat vel alius ꝓ eo si paruulus erat. Et hoc est quod dicit cōmuniter ꝙ valebat ex fide suscipientium: non autem ex opere ope-

rato. per quem modum valent sacramenta noue legis. patet igitur q sacramenta veteris legis erant imperfecta. ¶ Sed lex noua perfecta est quantum ad sacramenta: quia illa conferunt gratiam quod illa non faciebant: vt dictum est: propter quod dicitur Jo. i. Lex per moysen data est gratia et veritas per iesum christum facta est: propter hoc de Johanne baptista qui per suam predicationem et baptismum disponebat populum ad christi baptismum: et per consequens ad alia sacramenta: cum baptismus sit ianua omnium sacramentorum. Luce. i. dicitur. Ipse preibit ante illum in spiritu et virtute helye: parare domino plebem perfectam. Sunt ergo ablata sacramenta veteris legis et introducta. vii. sacramenta noue legis in quibus tanquam perfectissimis sacramentis deus attulit nobis causas salutis spiritualis. ¶ Cause autem salutis spiritualis non sunt nisi quattuor sicut et quattuor sunt cause salutis corporalis. scilicet curatiua: conseruatiua: preseruatiua: et melioratiua. Curatiua est duplex. quedam enim totaliter et simul curat: vt baptismus culpam et penam omnino delens quantum in se est: quedam vero paulatim: vt penitentia. Conseruatiua est vt confirmatio: in hac enim datur spiritussanctus ad robur et confirmationem gratie que data est in baptismo. Preseruatiua est matrimonium in quo concupiscentia carnalis in ruinam turpitudinis prona excipitur honestate nuptiarum: ne ruat in mortale peccatum. Melioratiua est ordo in qua gratia melioratur vel augmentatur: vel etiam extrema vnctio que hominem in meliori statu ponit et securiorem reddit. Est quoque quedam alia medicina predicta quattuor sola faciens. scilicet eucharistia: quoniam et venialia curat et ab eis animam preseruat: gratiam quoque conseruat: quia: ps. ciii. Panis cor hominis confirmat et etiam gratiam augmentat. ¶ Quarto in lege moysi cerimonialia fuerunt imperfecta. Ad cuius euidentiam notandum q cerimonie veteris legis fuerunt in quadruplici differentia. Quedam pertinent ad sacramenta: quedam ad sacrificia: quedam ad obseruationem: et quedam ad sacra. Sacra autem et obseruationes ordinantur ad sacrificia et ad sacramenta: quia sacra dicuntur vasa et loca et huiusmodi quibus vtebantur in sacrificiis et ritu colendi. Obseruationes dicuntur quidam modi viuendi religiosi quibus vtebantur iudei qui erant populus peculiaris ipsius dei. vtpote q custodirent se ab aliquibus cibariis potibus et vestibus: et similibus ex hoc: quia erant populus deo consecratus per sacramentum circuncisionis et alia sacramenta. Nunc autem ita est. q ex fine accipitur ratio eorum que sunt ad finem: et ideo ostenso q sacrificia et sacramenta imperfecta erant sufficienter erit ostensum q sacra et obseruationes erant imperfecta: quia ordinabantur ad duo predicta: sicut ad finem: vt prius dictum est. Quod autem sacrificia veteris legis essent imperfecta ostenditur: quia quedam

erant sacrificia ꝓ pctis oblata et hec erant imperfecta: quia nō poterant auferre peccata ꝓpter qȯ dicit apl's ad Hebre.x. Impossibile est sanguie hyrcorū ꝛ thaurorū auferri pctā. Et iterū ibidē. Ois quidē sacerdos. scꝫ veteris legis presto est quotidie ministrans et easdē offerēs hostias q̄ nō possūt auferre pctā. Et idē habet Esa. xl. Libanus nō sufficiet. ad succēdendū ꝛ aīalia nō sufficiēt ad holocaustuꝫ. Libanus aūt hic vocat primū tēplū qȯ fuit factum de lignis libani. Aialia aūt illa oblata q̄tum ad ptem cōcremata nō sufficiebant ad amotionem peccati. Alia aūt erant sacrificia pacifica ex deuotione oblata ad gratiā dei impetrandā seu ad aliqȯ beneficium diuinū: ꝛ illa erāt impfecta: qꝛ gratia diuina seu beneficium diuinū non impetrabatur ratione oblati muneris: licet aliquādo daretur ꝓpter oblationē ꝛ fidē offerentis. Et hoc est qȯ dicit apl'us ad Hebre.ix. Tabernaculū factuꝫ est primū ꝛc. Sequit que est parabola tēporis instātis: iuxta quam munera ꝛ hostie offerūtur que nō possunt ſm cōscientiā perfectum facere seruientē: qꝛ perfectio conscientie est donū grē. Et sic patet ꝓpositū ꝙ lex moysi q̄tum ad cerimonialia ꝛ sacrificia erat imperfecta. ¶ Sed lex noua perfectissima est q̄tuꝫ ad sacrificia: quia ipsa est vnū sacrificiū perfectissimū scꝫ eucharistia que nō tm̄ ē sacramentū: sed etiā sacrificium: qꝛ ibi xp̄s queadmodū imolat ꝛ fructus sue benedicte passionis a populo percipitur. Istud aūt sacrificium tanq̄ vnū ꝛ pfectū fuit i lege figuratū ꝑ mlta sacrificia ꝛ varia: sicut pfectuꝫ ꝑ imꝑfecta. Eius aūt pfectio apparet in duobus: quia primo tollit peccata qȯ nō poterāt facere legis sacrificia: ꝓpter qȯ dicit. Jo.i. Ecce agn⁹ dei ecce qui tollit pctā mundi. ſm ꝙ dicit btūs Johānes.i.canonica.iiij.ca. Ipse est propiciatio pro pctis nostris: nō pro nostris aūt tm̄: sed ꝓ totius mūdi. Secūdo apparet ei⁹ pfectio: qꝛ augmētat gratiā ſm ꝙ dicit Joh.vi. Qui māducat me viuit ꝓpter me: scꝫ per augmentum gratie. De hoc sacrificio panis ꝛ vini in Berešich raba.i.in genesi magno. Rabimosse darsan super textū gen.ca.xiiij. Melchisedech rex salem offerens panē ꝛ vinuꝫ. Erat em̄ sacerdos dei altissimi dicit rabisimulthel filius nahamā. Iste mechisedech erat sem filius noe: et quid voluit dicere proferens panem ꝛ vinum: ostendit nobis ꝙ decuit ei actus sacerdotiū q̄ erat sacrificare panem ꝛ vinum: ꝛ hoc ē quod dixit. ps. in psal.cix. Jurauit dominus ꝛ nō penitebit eum: tu es sacerdos ꝛc. Et quis est ille. Ille est rex messias. propter quod scriptum est. Ecce rex tuus venit tibi iustus et saluator ipse zach.ix. Et in hoc ꝙ dicit ꝓferens panem et vinum concordat cū ps. q̄ dixit ps.lxxi. Erit firmamētū in terra in sūmis montiū vbi dicit. Translatio chaldaica erit sacrificium panis in terra in

capitibus montium synagoge. Et cum ille. ps. lxxi. Deus iudiciū tuū regi da. secundum doctores talmuth tot⁹ loquatur de messia. quicunqȝ si nō est cecus poterit videre secundum predictam translationem chaldaicaȝ ꝙ messias erit firmamentum in terra in altitudine montium synagoge: qui montes synagoge ⁊ ecclesie sunt sacerdotes qui quotidie de facto eleuant messiam super capita sua. ⁊ est ita clarum ꝙ non possunt negare nisi illi sup quos venit maledictio. Esa. In cecitate oculorū ⁊ vt cordis. hoc est ergo vnicū sacrificium excellentissimū legi noue in pane ⁊ vino. quod sacrificium est ipsemet messias. ⁊ sic perfectio legis euangelice patet ex perfectione sacrificii. Et cum omnes cerimonie ecclesie sint precipue ꝓpter istud sacrificium: sicut propter finem. sequitur ꝙ cerimonie xpianorum sunt perfectissime. ¶ Nec est mirandum ꝙ in lege noua fiant cerimonie que aliquid figurent sicut figurabāt cerimonie veteris legis. Cerimonie enī ordinantur ad cultum diuinum. Et secundum ꝙ dicit Aug. in encheredion. c. iij. De⁹ fide spe et charitate colitur loquēdo de cultu interiori qui est per fidem ⁊ charitatem. Est ergo triplex status hominis in quo habetur fides ⁊ spes de bonis celestibus: et de his per que ad ipsa introducimur. scilȝ de mysteriis xpi. et de vtrisqȝ sicut de futuris: ⁊ hic est status veteris testamenti: in quo habetur fides de bonis celestibus sicut de futuris. Sed de his per que introducimur ad celestia: scȝ de mysteriis xpi. sicut de presentibus vel de preteritis est status noue legis. Terti⁹ status est in quo vtraqȝ habentur tāꝙ presentia ⁊ euidentia ⁊ nihil creditur ⁊ hic est status patrie celestis. in hoc autē statu tertio vbi nihil creditur nihil est cerimoniale vel figurale ad cultū pertinens. secundum qđ dicitur Apoca. xxi. Templū non vidi in ea. dominus enī deus omnipotens templū illius est. Pari igitur ratione adueniente secundo statu: scȝ noue legis cerimonie primi status. s. veteris legis cessare debuerunt ⁊ induci alie que conuenirent statui noue legis. in quo bona celestia expectantur de futuro. sed beneficia xpi habita sunt de preterito. Et ideo quia cerimonie veteris legis significabant xpm venturum. dignum est vt sic euacueretur in noua lege. in qua mysterium xpi iam est preteritū. et hoc est qđ dicit apl's ad Hebre. vij. translato sacerdotio necesse est: vt legis trāslatio fieret ꝗtum scȝ ad cerimonialia thurificatione tantū excepta. quia nō significabat mysteriū xpi directe: sed deuotionem populi ad xpm. nunc autem debet esse nō minor deuotio ad ipm iam presentialiter exhibitū ꝙ erat tunc ad ipm venturū: pꝓter qđ in noua lege manet thurificatio per quā designatur ministrorum ecclesie: ⁊ ipsius populi deuotio. Innumere autē sunt in lege noua cerimonie. Et si nūꝗ aliud attenderent iudei ⁊ pagani nisi excellētia cerimoniarū in ritu xpiano. Istud solū deberet conuin

cere cecitatem eorũ sicut patet de ornamentis sacerdotalibus et ministrorũ et de alijs que cum tanta solennitate fiunt in altari ⁊ in choro in festis duplicibus maioribus minoribus semiduplicibus ⁊ simplicibus: quales etiam cerimonie fiunt in choro a cãtoribus et organis q̃ honestissime inclinationes. Quid dicam de ornatu in crucibus ⁊ calicibus aureis ⁊ argenteis, ceterisq̧ vasis ⁊ reliquiarijs, in quibus reliquie sanctorum qui ꝓ xp̄o mortui sunt vel cũ fidelissime secuti sunt honorifice conseruanṫ. Mirabantur iudei vnum templũ Salomonis: sed in stuporem conuertãtur pre multitudine ⁊ magnitudine ecclesiarum xp̄i in toto orbe cõstructarum. Mirentur altitudinẽ et pulchritudinem turrium: in quibus armonia dulcissima resonat campanarum: que pro laudibus diuinis ⁊ pro conuocatione populoꝝ ⁊ pro terrore demonũ mira efficacia propulsantur. Quid dicam de cerimonijs romane curie in summi pontificis imperatorũ ⁊ regũ vnctione. Quid de consecratione episcoporum: ecclesiarum: altariũ: vasorum: ⁊ vestimentorum que omnia admirãda et stupẽdissima sunt cum xp̄o: ⁊ in admirationem conuertunt deuote aspicientes. Attendant autem miseri iudei, s. ⁊ infideles super omnia in vna ⁊ eadem fide tantã diuersitatem religionum: vbi homines a seculo fugiẽtes exponunt totum tempus vite sue in laudibus et seruitio redemptoris q̃ illic et diuersis cerimonijs ꝓ cõseruatione religionũ quasi quibusdam muris vtuntur sicut nucleum in testa conseruatur, ⁊ mel in fauo, et ciuitas in muro. In substantia tamen eiusdẽ fidei nullatenus discrepantes ad vnum beatitudinis terminũ nituntur peruenire. Sic ergo pꝫ in summa colligẽdo q̧ lex noua que euangelica dicitur perfectissima est in moralibus: quia ea implentur, addita perfectiõe quia illi precepto non occides additur non irasci. Et illi non mechaberis additur non concupiscere ex visu. Et illi non periurabis, additur nõ iurare omnino, i. sine legitima causa, ⁊ sic de alijs Matth. v. Et ab illo ꝑmisso viure aliena tollitur imperfectio, date mutuum, nihil inde sperantes. Luce. vi. Et illi de libello repudij, additur si quis dimiserit vxorem: nisi ob fornicationẽ mechatur: ⁊ qui eam duxerit similiter mechatur. Matth. v. ⁊ sic tolluntur imperfectiones talium permissorũ in lege veteri. ¶ Si queras vtrum moralia precepta possunt dici euacuata simpliciter. Respondetur q̧ moralia precepta fuerunt euacuata tñ modo ſm quid, scꝫ q̃tum ad imperfectionem: cuius ratio est q̧ sunt de dictamine recte rationis, ⁊ ideo manent quãtũ ad substantiã precepti remota tñ imperfectione sicut dictum est: quia quando ex imperfecto fit perfectũ non tollitur terminus a quo, sꝫ tñ eius imperfectio: sicut qñ ex minus albo fit magis albũ non tolliṫ albedo ꝑcedẽs sed tñ eius imperfectio. non est sic de cerimonialibꝫ veteris legis: q̧

contrariantur noue legis cultui: et quando fit mutatio de vno contrario in alterum: oportet terminū a quo totaliter euacuari: sicut quādo ex albo fit nigrū albedo tollit. Cerimonie veteris legis dicuntur cōtrarie cerimonijs noue legis: quia ille figurabant christū venturum. et iste iam de preterito aduenisse. et ideo totaliter cessare debuerunt Etiam lex noua est perfectissima in iudicialib9 ex amore ad iusticiā inducendo innocentem non condēnando. nec aliquod malum impunitum relinquendo. et impleuit christus iudicialia precepta. et in eo q iusticie addidit equitatem misericordie: vt pz in absolutōe adultere Et factuz est deinceps et iter faciebat etc. Maria q vocat magdalena de qua septem demonia exierant. et Johāna vxor chuze pcuratoris herodis: et susanna et alie multe etc. Johan. viij. Iusticia enim fm rigorem diminuta est a misericordia que supereraltat iudiciuz. ¶ Sed nunquid iudicialia precepta veteris legis totaliter euacuata sunt. Respondetur q quādo corrumpitur terminus a quo per accidēs illud quod est ei adiunctum corrumpitur. potest tamen manere cū termino ad quē si nō habeat ad ipsuz contrarietatem: non tamen manet idem numero: sed specie tm. Sic quando de aere fit ignis corrumpitur aer. et manet in igne qualitas symbola eadem specie scilicet raritas. talia sunt iudicialia veteris legis que adueniente lege gratie cessat etiam earum obligatio. posset tamen aliquis princeps ordinare q seruarent in regno suo: ita tm q nō reputaret ea esse obligatoria ex lege moysi. Ratio pdicti est: q iudicialia pcepta per se et directe nō erant ordinata ad significandū aliquid futurum sicut erāt cerimonialia: sed erāt ordinata per se et directe ad seruandū ordinē iusticie in populo iudaico: vt supradictū est. Qz tm status illius populi erat figuralis tot9 respectu xpi: vt dicit apl's. i. ad Corinth. x. oia in figura cōtingebant illis: per cōsequēs precepta iudicialia illi9 ppli erāt figuralia nō directe sed ex cōseqnti. et ideo si aliqui seruarent ea ex hoc q fuerunt tunc statuta hoc eēt dicere q stat9 ille adhuc durat qd est erroneū et illicitum si tm aliquis princeps vellet ea de nouo statuere posset licite. ¶ Considerandum tm q in lege noua transeunt quātū ad eorū rigorē: q essent magis obseruāda ex amore virtutis q ex timore: q lex noua est lex amoris ppter qd dicit. i. Joh. iiij. perfecta charitas foras mittit timorē. Adimpleuit etiā xps pcepta iudicialia rigorē eorū tēperando in aliqbus: vt dictū est p seipm: et in alijs dimisit tēperamētū suis ministris sez ecclesie: platis: et principib9 catholicis. vt de talibus ordinēt fm q viderint vtile cōitati fidelium fm temporū varietatē et locorū et personarū. et istud nō fuit destruere legem: sed adimplere. q sic ordinauit meliorē modū obseruationis iusticie. sicut nō destruit puer qn fit vir: q licet transeat pueritia: ma-

net tñ melior status eiusdẽ perso-ne etate mutata. Lex vetus habuit quasi statũ pueri respectu noue le-gis: ꝑpter qḋ vt supradictũ est. ad gal. iij. dicitur lex pedagogus no-ster fuit primo. i. regulatiuus stat⁹ puerilis: ꝑpter qḋ erat lex timoris sicut pueri sub disciplina ⁊ timore custodiũtur. Lex aũt euãgelica est lex amoris. ⁊ ideo non debet esse tã-tus rigor penarũ: q꞉ ꝑpriũ hoĩum ꝑfectorũ est magis deduci ad vir-tutẽ amore iusticie q̃ timore pene vt supradictũ est. ❡ Est etiam lex noua perfectissima in sacramenta-libus: vt dictũ est de eucharistie sa-cramento. Et impleuit xp̃s sacra-mentalia legis per exhibitionẽ ve-ritatis. venit eñ rex ⁊ impleuit fi-guras que vacue erant. Impleuit sacramentum circuncisionis qḋ se ostendebat soluз ad viros. Primo suscipiendo in seipso. Scḋo meli⁹ efficacius ⁊ generalius instruendo sacramentũ loco ipsius: scꝫ baptis-mũ in quo cõfertur maior gratia ⁊ remediũ tam viris q̃ mulieribus. Impleuit etiã sacramentũ vnctio-nis regũ ⁊ sacerdotũ. non q̃ assum-ꝑserit statũ sacerdotis legalis vel terreni regis: immo dixit coraз py-lato. Regnũ meũ nõ ẽ de h̃ mũdo. Si ex hoc mundo esset regnũ meũ ministri mei vtiq꜄ decertarẽt vt nõ traderer iudeis: nũc aũt regnũ ⁊c. Johannis. xviij. et ideo non ha-buit istã vnctionẽ corꝑalẽ regũ vl' pontificam. sed vnctionẽ spiritua-lem habuit a deo patre per pleni-tudinẽ gratie ꝭm q̃ dicitur in ꝑs. xliiij. Unxit te de⁹: de⁹ tuus oleo

leticie ⁊c. ❡ Est etiam lex noua perfectissima in cerimonialibus: vt dictum est: ⁊ christus impleuit cerimonialia: non solum que per-tinebant ad sacramenta: sed etiaз ad sacrificia: sicut immolatio ag-ni paschalis: ⁊ iuge sacrificium. ⁊ similia que erãt figuratiua vnius sacrificij perfecti. scilicet christi in cruce offerendi. Et ideo ista im-pleuit christus vno modo patien-do corporaliter in cruce. Alio mo-do efficatius sacrificium: scilicet eucharistiam instituẽdo. Quedaз etiam cerimonialia pertinebãt ad sacramenta ⁊ de talibus erant pre-ceptiua prohibitiua vsuuз aliquo-rum ciborum: ⁊ similia: et ista ad-impleuit christus: quia dixit pe-trus actuũ. xi. Immũdum ⁊ com-mune non intrauit in os meum: ⁊ multofortius christus hec ob-seruauit: ⁊ sic ista precepta adim-pleuit obseruando: et obseruatio-nem meliorem declarando: per ta-lem enim abstinentiam a corpo-ribus cibis significabatur absti-nentia a spiritualibus immundi-cijs. Hanc autem mũdiciam insti-tuit christus in lege euangelica q̃ est mũdissima dicẽs. Beati mũdo corde: quoniã ipsi deũ videbunt: ⁊ per cõsequens debuit cessare illa figura vel abstinentia: propter qḋ dicitur actuũ. iiij. q̃ deus purifica-uit. Tũc ergo dicit: q꞉ nullus cib⁹ coinquinat homines qui cum gra-tiarumactione percipitur: et hoc est quod dicit christus. Matthei xv. quod intrat in os non coinqui-nat animam. dimisit tamen deus

in ordinatione ecclesie de aliquib⁹ abstinentijs faciendis pro loco et tempore. ꝛ sic patet excellentia legis christi quantum ad totum corpus ꝛ quomodo xps legem adimpleuit quantum ad omnia genera preceptorum. ¶ Est etiam perfectissima per amotionem velaminis quod significatum est: quia tunc sacramentalia ꝛ cerimonialia mutata sunt quo ad effectum: sed non quo ad obseruantiam: quia cum honore sepelire debuit synagoga mater nostra. Legalia enim tripliciter considerantur. Primo quasi viua ante passionem et tunc iudei tenebantur conseruare ex precepto. Secundo quasi mortua scilicet a passione domini vsque ad fidei manifestam reuelationem ꝛ hoc tempore permissum erat eis seruare et petrus seruauit. Tertio consideratur tempus in quo fuerunt mortua: scilicet post fidem reuelatam: et extunc nec precepta fuerunt nec permissa: sed omnino prohibita ne cineres mortales: scilicet synagoge sepulte de tumulo proderet: quod horribile foret ꝛ fetiduz. Sic ergo lex noua in toto corpore perfectissima est sicut ex opposito lex vetus toto corpore imperfecta. Diuina etiam contenta in lege noua vt dicit doctor subtilis scotus in prologo primi sententiarum. q. ij. sunt rationabilissima: id est quod nihil tradit dissonuz rationi. ꝛ in hoc commendatur excellentia legis noue. Quid rationabilius quam deum tanquam finem ꝛ vltimum super omnia debere diligi ꝛ proximum sicut seipsum: id est ad id ad quod seipsum. secundum gregoriuz. In quibus duobus preceptis dependet vniuersa lex et prophete. Matth. xxij. Item Matth. vij. Omnia que vultis vt faciant vobis homines. ꝛ vos facite eis. Ex istis quasi ex principijs practicis alia practica in scriptura sequitur: Tradita honesta ꝛ rationi consona. sicut de eorum rationabilitate patere potest singulatim cuiuslibet pertractanti de preceptis et consilijs ꝛ sacramentis: quia in omnibus videtur esse quasi quedam explicatio legis nature: que scripta est in cordibus nostris: ꝛ hoc quo ad moralia: de quo Augusti. ij. de ciuitate dei. c. lxxviij. Nihil turpe aut flagiciosum spectandum: imitandumque proponitur vbi veri dei aut precepta insinuantur: aut miracula narrantur. aut diuina laudantur. aut beneficia postulantur. De incredibilibus etiam patet: quia nihil credimus de deo quod aliquam imperfectionem importat: immo si quid credimus esse magis attestatur perfectioni diuine quam eius oppositum. patet de trinitate personarum: de incarnatione verbi. et huiusmodi nihil eniz credimus incredibile: quia tunc incredibile esset ea mundum credere. sicut deducit Augustinus de ciuitate dei libro. xxij. ca. v. Mundum tamen ea credere non est incredibile: quia hoc videmus. ¶ Tertio ostenditur excellentia legis noue ex tertio gradu perfectionis eiusdem. scz ex miraculorum claritate. quod sic deducit predictus doctor subtilis deus non potest esse testis falsus: sed ipse in-

uocatus a p̄dicante scripturaȝ vt ostenderet doctrinam eius esse veram fecit aliquod opus sibi ꝓpriū vtpote miracula ac ꝑ hoc testificatus est hoc esse verum quod ille p̄dicauit. Confirmatur per Richardū primo de tri.c.ij. Domine si error est a te decepti sum⁹.nam tantis signis cōfirmata sunt que non nisi a te fieri possunt. ꝙ si dicas miracula non fuisse facta contra hoc dici pōt illa sniā Augusti. de ciui. dei lib.xxij.ca.v. Si ista miracula esse facta non credunt. hoc vobis vnum grande miraculū sufficit ꝙ iam orbis terrarum sine vllis credit miraculis. Si enim quod credimus dicatur incredibile esse.nō minus est incredibile homines iquit ignobiles quo ad genus. infimos quo ad reputationeȝ: paucissimos quo ad numeruȝ.quia.xij.iperitos quo ad sciam.quia piscatores rem ita incredibilem.s.xp̄m esse verum filium dei: passum pro genere hūano in cruce tertia die resurrexisse ⁊ ad celum ascendisse tam efficaciter mundo doctis ꝑsuadere potuisse vt mundus credat illud sicut iā credidisse videm⁹ nisi per illos aliqua mira fierent per q̄ mundus ad credēdum induceret. Unde subdit ibi Augu.iuxta finem capi. Et propterea mūd⁹ numero exiguo ignobilium infirmoꝝ et imperitorū hominū credit qꝛ in taȝ contēptibilibus testibus multo mirabilius diuinitas seipsaȝ persuasit. quid em̄ incredibilius q̄ꝫ ꝙ ad legem cōtrariā carni ⁊ sanguini doctores pauci et rudes et pauperes ad fidem plurimos sapientes cōuerterunt. quod specialiter patet de multis prudentissimis .primo fidei rebellibus et post conuersis. vt de paulo prius persecutore post gentium doctore. De augustino prius ꝑ manicheos seducto: post doctore catholico. De dionysio prius philosopho postea pauli discipulo. De Cypriano prius mago: post ep̄o xp̄ianissimo: et sic de alijs innumeris. Cōtra idē secūdo potest dici illud idē Aug.li.x.de ciui.dei cap.xviij. an dicet aliquis ista falsa esse miracula nec fuisse facta.sed mēdaciter scripta.quisquis hoc dicit si de his rebus negat oīno vllis litteris esse credēduȝ. pōt etiaȝ dicere nec deum creasse mortalia.⁊ ibidē si libris magicis siue quod honestius putāt theoricis credunt cur illis libris credere nolunt ista esse facta quibus tanto maior debetur fides quanto sup omnes est cui soli sacrificandū esse precipiūt. Contra idē tertio est.qꝛ quedā sunt facta q̄ nisi animis proteruiētibus negari non possunt vt sunt mirabilia fcā a siluestro coram Constantino taȝ in curatione lepre eius q̄ꝫ postea in disputatione eius cōtra iudeos q̄ facta tanq̄ꝫ celeberrima mūdū non latuerūt. ¶ Forte dices ꝙ licet miracula sunt facta non tamē sunt testificantia veritatem qꝛ antixp̄us faciet miracula. Contra si aliq̄s vocatus in testem signum consuetum testificationis permittat adduci ⁊ presens non contradicat talis taciturnitas non stat cum veritate ꝑfecta.miraculum autē est tale signuȝ

dei vt testis sibi. igitur si permit-
tat miracula fieri a demonibus nō
cōtradicens annunciens videlicet
non esse sua testimonia non videt
esse verax perfecte qđ est impossi-
bile. et p hoc dicitur ad illud de an
tichristo q2 xp̄s ꝑdixit miracula fa
cienda per eū nō esse testimonia ve
ritatis vt pʒ Math. xxiiij. ⁊ ij. ad
Thessal. ij. Unde contra falsa mira
cula ãtichristi posset sibi obijci sal
teʒ de istis duobus hoc modo si tu
es deus fac me videre nudam diui
nam essentiam ⁊ post visionē me-
moriā certā habere visionis ⁊ cer-
titudinem habere q illa fuerit vi-
sio nuda diuine essentie. ⁊ tunc cre
dam tibi. Iteʒ si tu es deus dic mi
hi quid faciam aut quid cogitabo
vel qđ appetam pro tali die vl' ho
ra. Et huius vie efficaciam ex mi-
raculis innuit saluator. Joh. v. et
opera que ego facio illa testimōiū
ꝑhibēt de me. Si mihi non vultis
credere operibus credite. ⁊ sic pʒ
excellentia noue legis miraculoꝝ
claritate. ¶ Quarto ostēditur ex-
cellentia legis noue ex quarto gra
du perfectionis eius. s. ex ecclesie
stabilitate quo ad caput. ⁊ mēbra
Et primo quo ad caput per illud
Augu. de vtilitate credendi capi.
viij. Dubitamus nos eius ecclesie
credere gremio que vsq3 ad cōsum
mationē generis humani ab apo-
stolica sede per successiōes episco
poꝝ frustra hereticis circūlatrā
tibus ⁊ partim plebis ipsius iu-
dicio et partim conciliorum graui
tate et partim ex miraculorum ma
iestate dānatis culmen auctorita-
tis obtinuit. et parum post. Quid
est q tam ingratum potest esse ori
dei q tanto labore prauitate aucto
ritati velle resistere. Unde gama-
liel. Act. v. Si est ex hoībus consi-
lium: hoc autem opus dissoluetur
si vero est ex deo nō poteritis dissol
uere ne forte deo repugnare videa
mini. etiā Luce. xxij. ait dn̄s. Ego
rogaui p te vt non deficiat fides
tua et tu aliquando conuersus con
firma fratres tuos. ¶ Secūdo pʒ
stabilitas ecclesie quo ad mēbra.
Unde Augu. contra epistolā funda
menti. Quis enim tantā multitudi
nē ad peccatum pnam ad legē cō-
trariam carni ⁊ sanguini seruādā
induceret nisi deus. Confirmat q2
iudeorum secta non manet in vigo
re sicut contra eos deducit Augu.
in sermone de aduentu. vos inq
conuenio o iudei etc. Si obijcitur
⁊ de permanentia secte machome
ti. Responsio illa incepit post legē
xp̄i plusq sexcētis ānis vt dicetur
li. iiij. ⁊ ꝑphetia dicitur esse apud
eos q secta eorum cito finienda ē.
non est sic de lege xp̄i q2 ipse dixit
Math. xxiiij. celum ⁊ terra transi-
bunt verba aūt mea non transient
quasi dicat lex mea sine fine dura-
bit. q2 verba xp̄i sunt lex eius. Itē
manēte sacrificio legis noue ma-
net ⁊ lex noua. sed vsq3 ad finē istō
sacrificiuʒ durabit. patet Math.
vlti. vbi dicit saluator. Ecce ego
vobiscū sū. s. in sacramēto altaris
vsq3 ad consummationē seculi. lex
ergo christi in qua tale sacrificium
continuabitur durabit vsq3 ad cō-
summationem seculi. Item dicit

apl's.i. Cori.xi. Quotienscūq; mā ducabitis panem hunc et calicem bibetis morte; domini annūciabitis donec veniat.s.ad iudiciū. Est ergo lex noua excellentissima propter suam ꝑpetuā stabilitatem in capite ⁊ in mēbris. ¶ Quinto ostēditur excellentia legis noue ex q̄nto gradu eiusdem.s.ex diuina bonitate que non deest toto corde querentibus salutem.multi eni͞ diligētissime querentes salutem ad hāc lege; conuersi sunt.⁊ quanto feruētiores facti sunt in querendo tāto in hac lege amplius sunt cōfirmati.subitoq; in ea penitētes de malicia in bonitatem mutati sunt.⁊ qd̄ amplius in admirationem inducit est q̄ potētes ꝑfrui honoribus mūdi diuitijs eiusdē et delitijs ad libitum vti hec velut stercora arbitrantes:humilitatem paupertatē ⁊ castitatem que eis opponuntur amplexantes sub religionis voto tēpore vite sue crucifixi mundo ⁊ mundus eis se voluntarie astrinxerunt sicut quotidie experimur. Tormenta quoq; per eam plures in magna exultatione spiritus et tristicias sunt perpessi.que nō videntur probabilia nisi deus hanc legem singulariter et irrefragabiliter approbaret ⁊ ordinaret ad salutem tanquā excellentissimam ⁊ perfectissimam legem sine qua salus esse non potest. ¶ Sexto ⁊ vltimo ostenditur excellentia legis noue ex sexto gradu perfectionis eiusdem.scilicet ex amenissima ꝓmissorum incomparabilitate.in lege enim veteri promissa imperfecta fuerunt .promittebantur enim tria.s.bona temporalia.vita tēporalis.⁊ pax temporalis. De primo Leui.xxvi. Si in preceptis meis ambulaueritis et mādata mea custodieritis ⁊ feceritis ea dabo vobis pluuiam tēporibus suis.etc. Esa.i. Si volueritis et audieritis me bona terre comedetis etc. De secundo Leui.xviij. Custodite leges meas atq; iudicia que faciens homo viuet in eis. Ro.iiij. Moyses scripsit quoniā iusticiam que ex lege est qui fecerit homo viuet in ea De tertio Leui.xxvi. dabo vobis pacem in finibus vestris dormietis ⁊ non erit qui exterreat. Item Deu.xxviij. Si audieris vocē domini tui vt facias omnia mandata eius faciet te excelsiore; omnibus gentibus etc.s.in tēporalibus. Ecce ꝓmissa legis moysi. Sed quid ꝓmittit lex machometi. Certe promittit suis credentibus pro finali beatitudie illud quod debetur porcis et asinis.s.gulam ⁊ coitū. Quā promissionem ph's despiciens qui fuit quasi istius secte.i. Auicenna. viij.metaphisice.vij.ca. Alium finē quasi profectionum et hominū magis congruētem inquit. Lex nostra quam dedit machometus ostendit infelicitatis dispositionem et miserie que sunt ſm corporis sensus. et est alia promissio:que apprehenditur ab intellectu. Sequitur ibi sapientibus multomagis cupiditas fuit ad consequendam hanc felicitatem q̄ corporis que ꝙuis daretur eis non tamen attenderūt nec appreciati sunt ea; in cōpara

tione felicitatis que est coniuncta prime veritati hec ille. Nobis aūt in lege xpi excellentiora promittū tur quia promisit bona spūalia et eterna. s. gratiam in presenti que precellit omnibus bonis tpalibus et etiam gloriā in futuro. Tria autem specialiter obseruantibus dei mandata promisit. s. regnum celorum. vitam eternam. et pacem sine fine. De primo. Math. iiij. Pniam agite appropiquabit vobis regnū celorū. De secūdo Math. xix. Ois qui relinqt domū vl' fratres aut sorores aut pře3 aut matrē vxorē aut filios aut agros ,ppter nomē meū cētuplū accipiet. Nō est sic intelligendum vt aliqui dixerunt ꝙ post aliquā reuolutionē tempoꝝ post iudicium centuplum oīm que dimittuntur hic propter deu3 reddaṫ in eadem specie vt centū agri ,p vno agro dimisso, sed est sensus ꝙ q̇ corporalia ,p xpo dimiserit bona gratie recipiet hic in pñti que intātū excedūt bona tpalia ac si cētenari⁹ numerus pue numero cōpetur et vitam eternam possidebit. s. in futuro. De tertio Joh. xv. Pacem relinquo vobis, pace3 meā do vobis s. qualis ego sum, quia eternus cu3 patre ꝛ spūsancto non qua est mūdus qui transit ꝛ eius pax. Et non est mirū si xps dat suis credentib⁹ pacem eternam quia ipe est princeps pacis. Eza. ix. Sequitur ibidem Et pacis non erit finis. hanc ,pmissionē p̄dixerat Esa. fiendam suis credentibus p regem messia3 ca. xxxij. vbi diciṫ. Sedebit populus meus in pulchritudine pacis. quia pax celestis ex nulla parte impedietur seu obscurabitur. In tabernaculis. i. in mansionib⁹ diuersis ꝑm diuersitate3 ꝛ varietatē meritoꝝ De quib⁹ Joh. xiij. In domo patris mei māsiones multe sunt fiducie quia oēs sūt ibi certi de sue beatitudinis eternitate ꝛ in requie opulenta qꝛ ibi totał'r quietabitur appetit⁹ ꝑm illud ps. xvi. Satiabor cū apparuerit gl'ia tua. Simil'r in lege veteri cōminatio erat mors tpalis. Unde Esa. i. ca. Si me ad iracundia3 prouocaueritis gladi⁹ deuorabit vos. sed in lege noua cōminatur mors eterna Math. xxv. Discedite a me maledicti in igne3 eternū: sic ergo pt3 excellētia legis noue ex precīis sex gradibus. Ex q̇bus correlatiue sequitur legē xpi esse priorem lege moysi. non quidē tpe sed perfectiōe: l3 fides xpi fuerit prior lege moysi prioritate non solū perfectiōis sed etia3 tēporis. qꝛ ante. cccc. xxx. annos vt patuit supra eadem consideratione ar. ij.

¶ Et notandū ꝙ euāgeliū xpi dicitur lex a legendo. qꝛ in eo legiṫ diuina iusticia. dicitur lex a ligando quia p ipm ligatur humana insolētia. dicitur lex a legendo. i. colligēdo qꝛ de ipsa colligitur sapida sciētia. dicitur lex a legando. qꝛ in ipsa legatur beatitudo eťna. Lex euangelica ē illa lex: de qua diciṫ Eccli. xxiiij. Hec oīa liber vite ꝛ testamētū altissimi ꝛ agnitio veritatis. Uere liber vite est qꝛ verba euangelica aīam viuificāt. vere etia3 testamentum altissimi. qꝛ verba euāgelica eterna premia obseruantibus

promittunt. Vere etiā agnitio veritatis. quia verba euangelica errorꝫ tenebras a mentibus fugant. Hec est lex q̄ in se est sincerissima ⁊ absq̧ oīni admixtiōe falsitatis ꝓpter qđ dicitur lex domini immaculata etc. ps. xviij. Hec est etiaꝫ respectu oīm virtuosissima. ideo dicitur conuertens aīas. lex euangelica aīam dulcificat cōtra mūdi multiplicem pressuram qꝛ est testimoniū domini fidele sapientiā. i. sapidā scientiam prestans puulis. i. veris humilibus. Ipsa nihilominus aīas letificat contra cordis tristiciam. ⁊ hoc est quod sequitur. Iusticie domini recte letificantes corda. letificantes quidem qꝛ ꝓmittūt penitētibus veniam et pseuerātibus gloriā. Ipsa etiam aīas illuminat cōtra ignorantiam qꝛ est preceptum dñi lucidū illuminās ocl'os. Btūs ergo hō queꝫ tu erudieris domine iesu: et de lege tua docueris eum ps. xciij.

¶ Quod verus messias debet nasci in bethleem.

QVart' thesaur' aperit de loco natiuitatis messie quē ꝑnūciauit et determinauit specifice sacra scriptura Michee. v. Et tu bethleē effrata puulus es i milib' iuda. ex te mihi egredietur qui sit dominator in israel. transiatio chaldaica habet. Ex te egredietur messias. hoc autē vt ipsi ⁊ nos concedimus impletū est in iesu nazareno qui natus est in bethleē vt patet. Math. ij. Sequitur de eius deitate. Et egressus eius ab initio a diebus eternitatis eius. per hoc autem dicunt aliqui q̇ non intelligitur deitas eius sed preuisio ⁊ ꝑdestinatio natiuitatis eius a dieb' eternitatis siue ab eterno. Sꝫ hec respōsio nihil valet. qꝛ preuisio ab eterno de rebus omnibus est cōis etiam de minimis. qꝛ omnia sunt preuisa ab eterno. et per hoc nō intelligeretur aliqua specialitas in xp̄o respectu alioꝝ prophetarum quātuncunq̧ minorum. Et ideo dicunt aliqui iudei de nomine messie q̇ fuit ab eterno ante mundū creatum Septeꝫ enim dicunt ante mūdum ⁊ ab eterno creata. s. lex. penitentia. gehāna. domus sanctuarij. thronus glorie: paradisus voluptatis. ⁊ nomē messie. Et sic exponūt illud Geñ. ij. plantauerat domin' deus paradisum voluptatis a pricipio. i. ante mundū ꝑ duo milia annorum. Et sic exponunt illud. Et egressus eius a pricipio a diebus eternitatis de nomine messie quod fuit ante mundum creatū modo ꝑdicto. Sed hec ita irrationabilia sunt q̇ non indigent reprobatione lex enī nō potuit creari nisi in aliquo intellectu nō diuino qꝛ nihil ē ibi creatū nouiter: nec in alio quia nullū tale erat ante mundū. Similiter penitētia nō est nisi de peccato ꝑterito. ideo non est ante mūdū. qꝛ peccatū non fuit ante mūdū cuꝫ peccatū haberet esse in hoīe vel angelo qui ꝯm ipsos non possunt fuisse añ mundū: ⁊ cōsimili mō possūt

alia reprobari que causa breuitatis omitto.

¶ Quod nomen messie debuit esse nouū ꝛ illud est iesus.



Uint' thesaur' aperitur de nomie messie quod ante eius aduētum incognitū erat. dixerat enī. Esa. in ca. lxij. Uocabitur tibi nomē nouum quod os domini nominauit. Istud nouū nomen ore domini per angelū fuit denūciatū Ioseph ꝛ marie virgini qd̄ eēt iesus. Istud ꝑciosū nomen ineffabile fuit dictum. Greci vero thetragramaton nominauerunt. a thetra quod est quattuor et grama littera quasi nomē quattuor litterarū. Et vt videaṫ nouitas istius benedicti nominis iesus: aperio quinq̧ mirifica secreta ꝑdicti ineffabilis nominis thetragamaton. Primuꝫ secretū est ꝙ in elemētario sicut scribitur a iudeo ab eo ꝓferri nō pōt. Scribitur enim quattuor litteris scꝫ ioth. he. vaf. he. velut si nostris vtamur litteris. ih. vh. vā ꝛ a grecis thetragramaton dicitur vt dictum est qd̄ hebrei ꝓnūciāt Adonay. aliter scribētes ꝛ aliter ꝓferētes ꝙ nō est eis datū ieffabilitatē hui' nominis penetrare vnde nec valēt proferre. ¶ Scdm̄ secretuꝫ est ꝙ istud sanctū nomē significat mysteriū trinitatis ꝛ vnitatis diuine essentie. Tres nāq̧ lr̄e sunt quibus ipm̄ sanctū nomē scribitur sꝫ vna earum bis ponitur. scꝫ he. que innuit spiritūsanctū ꝑcedere tam a filio ꝙ a patre. Ioth. idē est qd̄ principiū ꝛ cōuenit patri qui ē principiū sine principio. qꝛ pater a nullo sed alie persone ab eo procedūt. he interpretatur vita ꝛ connuenit spirituisancto qui est omniumviuificator ꝛ inspirator sicut ipse dn̄s ait Io. vi. Spiritus est qui viuificat. vaf. idē sonat quod ipe quod ē ꝓnomē demōstratiuum ꝛ significat filium q̄ visibilis et demōstrabilis fact' est in assumpta hūanitate. qꝛ in terris visus est et cū hoīb' cōuersatus est Baruth. iij. ¶ Tertium secretū est ꝙ istud sanctū nomē vt tradūt peritissimi hebreoꝝ tante virtutis est vt si distinguaṫ i tres dictiones quelibet significet nomē dei. per se idipsuꝫ significās quod ꝛ integrum nomē qd̄ ex quattuor litteris constat. Si enim primā coniūxeris ꝛ secūdam. s. Ioth. ꝛ he. erit vnum nomen. si secūdā et tertiā. s. he. ꝛ vaf. iam habebis secundum. Si tertiam ꝛ quartam. s. vaf. ꝛ he. inuenies tertiū nomē vt in numero trinus et vn' qui hoc noie designatur. ¶ Quartuꝫ secretū qd̄ his maius est quod ita secūduꝫ nomē ꝓpagatur a primo ꝛ tertiū a secundo vt aliud sine alio pronūciari nō possit. He nāq̧ lr̄a cōis ē primo nomini ꝛ secūdo. vaf cōis est secūdo. ꝛ tertio. in h̄ ꝙ secūdū nomē descēdit a p̄io ostēdiṫ filius ꝯsubstātialis patri a quo genitus ē. In hoc āo ꝙ tertium descēdit a scd̄o ostēdiṫ spūssanct' cōsubstātialis filio q̄ consubstātialis est patri vt liqueat ꝙ pater est in filio ꝛ filius sit

in patre ꝛ spiritussanctus in patre et filio. Joh.xiiij. ¶ Quintum secretum est ꝙ in hoc dei noie video ineffabili nomen iesu est insertum immo non est aliud nomen ꝙ̃ istud patet tres enim littere eius principales sunt Joth.he.vaf.que ẜz litteras nostras idẽ sunt. J.h.v.ꝛptz ꝙ iste tres littere coniuncte faciũt istud nomen iesu.titellus suprapo nitur ꝓpter titulum crucis. He vero vel h duplicatur.significat non solum spiritumsanctum procedere a patre et filio.sed etiam mysteriũ incarnationis designat.quia spiritusancto cooperante et non ex virili semine conceptus est messias iesus christus dominus noster vt primum he referatur ad productionẽ spiritussancti.secũdum vero ad cõceptionem siue incarnationem verbi diuini. Ecce ergo nomen nouuz quia nouiter ab angelo pronunciatum non potentibus iudeis illud primo pronunciare:ꝛ sicut ipse messias vocatus est nomine nouo: sic etiã serui sui sicut predixerãt Jsa. in cap̃.lxv.seruos sũos vocabit nomine alio.in quo qui benedict⁹ est super terram benedicetur in domino amen. Serui enim dei ante aduentum messie vocabãtur iudei vł israel. sed messias in suo aduentu debebat eos vocare alio nomine vt non iudei.non israel.sed christiani a christo nominentur. ¶ Sed oriũtur due difficultates q̃s forte moueret iudeus. Prima est cum pluribus aliis nominib⁹ messias nominetur in scripturis. scilz emanuel Jsa.vij.admirabilis. consiliarius deus fortis.princeps pacis: pater futuri seculi. Jsa.ix. Quare ergo non illis:sed vocari voluit iesus. Respõdet ꝙ ẜm pħm a fine denominat res.i.de aia.xp̃s igitur debuit denoiari a fine intẽto:qui finis fuit saluatio humani generis. Et ideo debuit noiari iesus quod interpretatur salus vel saluatio. Ipse eñi saluũ faciet populũ suũ a pctis eoꝝ. Mat.i. Jtẽ dicit sanctus Tho.ꝙ potius debuit noiari isto nomine: qđ est salus vel saluatio ꝙ̃ aliquo alio:qꝛ omnia alia nomina includũtur in isto ptz. Nã saluatio generis humani continet principiũ: mediũ: ꝛ finem. Jstud nomẽ emanuel qđ interpretaꝛ nobiscũ deus:est principiũ saluationis nostre.quomodo in diuino supposito vnite sunt due nature: scz diuina ꝛ humana. Jsta vero noia admirabilis cõsiliarius cõtinent mediũ. Jsta noia princeps pacis. pater futuri seculi.cõtinent finez qꝛ nostra saluatio ad pacez ꝛ ad futurũ seculũ possidendũ ordinabitur. Sed istud nomen benedictuz iesus totum processum rõne saluationis continet.scz principiuz. medium: ꝛ finem. Jdeo isto noie iesus tanꝙ magis sufficienti: qꝛ includit oĩa alia nomina debuit messias noiari. ¶ Scđa difficultas ẽ. diceret eñi iude⁹. quõ tu dicis ꝙ istud nomen iesus est nouũ cum alij tres ante aduentum iesu nazareni fuerunt vocati isto nomine.scilicet iesus syrach: Jesus naue:et iesus filius Josedech.sacerdos. Responsio ꝙ istud nomen

iesus est nomen nouũ in xp̃o propter effectũ nouũ: q2 ꝛ si in aliis qui vocati sunt hoc noie iesus nomen fuerit correspõdens ꝓprietati: q2 saluauerunt ꝛ fuerunt saluatores. Istud fuit in tẽporalibus non in sp̃ualibus. illi saluauerunt populum a multis malis: ꝛ dãnis non tñ a culpa ꝛ pctis: sicut bñdictus noster iesus dicẽte ãgelo Ioseph. Matth. i. Uocabis nomen eius iesum ipse eñi saluum faciet pplm suũ a pctis eorũ. Item illi saluauerũt in tpe: ꝛ saluatio eorꝫ transiuit cum tpe. Noster bñdictus saluauit in tẽpore: sed eius saluatio durat sine tpe in eternum. Et ideo in eo habet veram ꝓprietatem nominis nõ in aliis: q2 ſm logycos: nomẽ est vox significatiua sine tẽpore. Nomen iesus ĩ aliis fuit vox significatiua cum tẽpore: q2 soluꝫ in temporalibus ꝛ tẽporaliter nõ spiritualiter: nec eternaliter saluauerũt. Sed in christo iesu vero messia fuit ꝛ est vox significatiua sine tempore cum sua saluatio sine tempore hoc est in eternum fit: vt dictum est. O benedictũ nomen ꝑ te peccatores a peccatis saluant. Matth. i. Per te remissionẽ peccatorꝫ accipiũt oẽs qui credũt in eum cuius est nomen. Act. iiii. ꝛ i. Io. ca. ii. Sine te non est aliud nomen sub celo datũ hominibus in q̃ oporteat nos saluos fieri. Act. iiii. Tu es nomẽ honorabile in celo ꝛ in terra: ꝛ in iferno: ad Phil. scdo. In nomine iesu omne genu flectatur: celestiũ terrestriuꝫ et infernorũ. Tu in periculis: in ꝑliis in malis: in angustiis: in tribulationibus: ꝛ necessitatibus es protectio: ꝛ defensio firma. Prouer. xviii. Turris fortissima nomẽ dñi ad ipm cõfugit iustus ꝛ saluatur: ꝛ nõ soluꝫ iustus: sed ꝛ iniustus: si cũ fide ꝛ deuotiõe recurrit: per te demõia eiciũtur. Linguis nouis hoies loquũtur: ꝛ serpẽtes tolluntur: venenũ ꝛ mortiferũ non nocet ꝛ lãguores sanantur. Matth. vlt. Tu es mel in ore. melos in aure: iubilus in corde: ſm. Ber. Nõ est ergo mirum si hoc est nomen tuũ admirabile in vniuersa terra: vt finaliter qui te inuocauerit fide formata charitate saluus fit. Ioelis. ii. Quicꝫ inuocauerit nomen domini saluus erit. s. in nomine ꝙ saluatio vel salus interpretatur sicut ẽ nomẽ iesus. Si plura alia singularissima vis videre de hoc gloriosissimo noie. vide in vigintiduob9 sermonibus quos alias feci ob eius honore super themate: est nomen eius iesus.

¶ Quod vero messie in lege promisso debebant offerri munera in suo aduentu.



Extus thesaurus aperit de veneratiõe messie. Sacra eñi scriptura prenũciauit ꝛ specifice determinauit ex tẽpore abrae ꝙ reges orientis venirẽt ad adorandũ messiam regem. Et ꝙ ei ducerẽt aurum ꝛ incẽsum: qd apparet etiã manifeste ſm docto

res hebreorũ ex sequẽtibus auctoritatibus. Et primo dicit in beresith zota. i. in Genesi paruo. dixit rabi Rabosie. Si dixero tibi vnũ verbũ bonũ: dices tu nomine meo Et dixit ei qd ẽ illud ṽbũ. Respõdit scias ꝙ oĩa munera que dedit Jacob pater vester ipsi Esau. ge. xxxiij. significãt ꝙ ꝓ tẽpore debẽt gentes redire ad regẽ messiam: qꝛ scriptũ est. ps. lxxi. Reges arabũ: et saba dona adducent: et dixit ei verbũ. dixisti mihi per vitam tuã: ego dicã noĩ tuo. Item dicit thalmuth in beresit. Rabba rabi moysen darsan. Saba sunt filij abrae: qꝛ sic scriptũ est Gen. c. xxv. Abraam vero aliã duxit vxorez noĩe cethuram que peperit ei zamran et iexan ꝛ mandã: madian: ꝛ iesboth ꝛ sue. Iexan q̃z genuit saba ꝛ dadan. etiã quãdo augmẽtauit salomon regnũ suũ dixerũt. Forte iste est messias: ꝛ illa hora venerunt ad eũ sicut scriptuz est. iij. Reg. c. x. Sed ꝛ regina saba audita fama salomonis in noĩe dñi venit tentare eũ. Insuptum dicit in nomĩe dñi apparet ꝙ ꝓphetabant in nomĩe domini. sicut habebant mandatuz Abrae vt sic facerent. Et vnde ꝓbatur ꝙ debent venire tpe messie ꝛ seruire sibi. Isa. dicit. c. lx. Oẽs de saba veniẽt: aurũ ꝛ thus deferẽtes: ꝛ laudem dño annũciantes. iste est messias. Ecce quõ ex auctoritate predicta ostẽditur ꝓpositũ

¶ Ueruntamen si dicat iudeus ꝙ intentio Isa. in illa ꝓphetia erat ꝙ cũ messias erit sedens in regno suo in hirusalẽ ꝙ illa hora ꝓpter magnã famã suam oẽs reges mittent ei dona ꝛ venient ad visitandũ ꝛ glorificandũ eũ: sicut faciebant Salomoni ꝓpter magnã suã scientiã. Respõdet ꝙ hoc nõ habet locũ: qꝛ textus dicit. Et laudẽ dño annũciantes qd annũciare dꝛ in hebraico bozora: ꝛ istud nomẽ significat narrare aliquã rem quã homo scit illi qui nescit: ꝛ illo modo quo aduersarius declarat textũ non esset sic: quia iã scirent illi de iherusalem: sed tamẽ eo modo quo fuit in aduentu xp̃i: venit bene cõcorditer in vocabulo annũciare: qꝛ reges qui venerũt in natiuitate iesu xp̃i iherusalem quesierunt ab herode ꝛ ab existentibus in ciuitate. Ubi est qui natus ẽ rex iudeoꝝ. Matt. ij. sicut ipsi sciebãt ex suis ꝓphetijs sicut supra dictũ est in auctoritate. Et hierosolymite mirati sunt de hac narratione: qꝛ istud erat eis ignotum quousqꝫ petierunt a sacerdotib⁹ ꝛ a sapiẽtibus. Qui responderũt ꝙ si verũ erat ꝙ natus erat ꝙ sua natiuitas debebat esse in bethleem: sicut plenissime cõtinet Mat. ij. Et in tali casu optime verificatur verbuz ꝓphetie ſm hebraicam veritatẽ. Et laudem dño annunciantes: et non ſm expositionẽ iudeorum.

¶ Quod verus messias debuit venire pauper ꝛ mansuetus.



Septimus thesaurus aperitur de modo viuendi messie quẽ modũ sacra scriptura prenũciauit et specifice determi-

nauit. scȝ in maxima paupertate ⁊ mansuetudine. De primo zacha. ix. Ecce rex tuus venit tibi iustus ⁊ saluator: ⁊ ipse pauper. Et Isa. liij. Ascendet sicut virgultum ⁊ sicut radix de terra sitienti: qd nō habet magnos ramos nec folia aque defectu. Hoc impletum est in iesu nazareno qui natus est in paupertate. Vñ hoc fuit datū p signo pastoribus. Luce. ij. Inuenietis infantē pannis inuolutū: ⁊ positum in presepio. Vixit etiā in magna paupertate. Unde ipse dixit Matth. viij. ⁊ Luce. ix. Uulpes foueas habent: ⁊ volucres celi nidos: filius aūt hominis non habet vbi caput suū reclinet. Mortuus est etiā in magna paupertate: qꝛ nudus in cruce: suū etiā corpus fuit inuolutum in syndone aliena: fuit etiam sicut paup sepultus: qꝛ in sepulchro alieno: vt ptȝ. Matth. xxvij. Et Mar. xv. et Lu. xxiij. ⁊ Joh. xix. De secūdo scȝ q messias deberet esse mansuetus: qꝛ dicit Isa. xlij. vbi ad litterā loqtur de messia. Calamū quassatum nō conteret: ⁊ linū fumigans nō extinguet in veritate educet iudiciū. Uidemus sane q calamus quassatus leuiter potest perfringi. Linū autē fumigans. i. linū combustuȝ. Sed tamen aliquid retinens fumi. id ē ignis pfacillime potest extingui. Sed quid per calamū quassatum vel linum pene extinctum melius q peccatoris fragilitas qui conquassatus ⁊ pene in peccato est extinctus potest intelligi. Calamuȝ autē quassatū xps non cōtriuit: et linum fumigās non extinxit: quia pctōres pene mortuos in petis occidi non precepit: sed misericorditer tolerauit ⁊ ad penitentiā reuocauit qd ex cōsequētibus designauit pp̄heta cū addidit in veritate educet iudiciū. Ueritas quippe ⁊ iusticia idē est: in lege nō moysi iudicium erat ⁊ preceptum pctōres occidi. Christus aūt ad veritatem ⁊ iusticiā: adduxit iudiciū quādo pctōres non occidi, sed qd iusti⁹ est donec peniterent sustinere precepit cū dixit. Nolo mortē pctōris: sed vt cōuertat ⁊ viuat. Fuit etiā humillimus ⁊ mansuetus: qꝛ ipse dixit. Matth. xi. Discite a me qꝛ mitis sum ⁊ humilis corde: ⁊ propter suam mansuetudinē sub noīe agni fuit ostēsus populo a Johāne baptista dicente. Ecce agnus dei. Johanis. i. cap.

¶ Quod verus messias debebat mori in maxima humilitate inter sceleratos.



Eterauus thesaurus aperit de modo moriendi messie: quē modū sacra scriptura preuūciauit ⁊ specifice determinauit in maxima hūilitate. vñ Isa. liij. Sicut ouis ad occisionē ductus est: ⁊ quasi agnus corā tondente se obmutescet: ⁊ nō aperuit os suū. Qd manifestissime impletū est in iesu nazareno: qꝛ ipse āte pylatū adductus: falsoqꝫ accusatus: verberatus etiam ⁊ colaphis

cessus conticuit: ⁊ ipse pylato de pluribus eũ interrogãti verbum vix aliqđ respõdit. Ipse etiã debebat inter sceleratos reputari. sicut dicit. c. eodẽ. Et cũ sceleratis reputatus est. qđ impletũ fuit in xpo: q͛ inter latrones crucifixus.

¶ Quod debebat mori ꝓpter peccata hominum.



Onus thesaurus aperitur de causa mortis messie quã causam sacra scriptura p̃nũciauit et specifice determinauit. scʒ ꝓpter pctã hoim: generaliter patʒ. Isa. vbi supra. Oẽs nos q̃si oues errauimus vnusquisq; i viã suã declinauit. oues q̃ppe simplicia ⁊ stolidissima sunt aĩalia ⁊ vaga. ⁊ nos stulti quasi oues erraumus: q͛ ipm qualis vel quis esset nõ nouim⁹. Unusquisq; aũt in viã suã declinauit. hoc ẽ doctrine sue vix vllus credidit: sed suaʒ quisq; veterẽ retinuit: ⁊ dñs posuit in eo iniq̃tates oim nostruʒ. i. originale peccatũ q̃ irritemur oẽs. Ipe aũt vulnerat⁹ est ꝓpter iniq̃tates nostras: attrit⁹ ẽ ꝓpter scelera nr̃a: ⁊ disciplina pacis nr̃e sup eũ. i. disciplinã ⁊ correctionẽ quã vt pacẽ haberem⁹ passuri eram⁹ ꝓ nobis ipse sustinuit: vt misericors ⁊ benign⁹. Uñ sequit. ⁊ liuore ei⁹ sanati sum⁹: liuore scʒ flagellor ⁊ vulnerũ q̃ ꝓ nobis ẽ ppessus: ⁊ i fine capituli ipe pctã multorũ tulit: et ꝓ trãsgressorib⁹ orauit qđ totũ hʒ verũ ⁊ ipletũ est in iesu nazareno vt patet in euangelio.

¶ Quod tertia die resurgere debuit a mortuis.



Ecimus thesaurus aperit de resurrectione messie quã sacra scriptura prenũciauit ⁊ specifice determiauit ac etiã ei⁹ ascẽsionẽ ad dexterã dei. Primũ patʒ Osee. vi. vbi dr̃. Uenite ⁊ reuertamur ad dñʒ: q͛ ipse cepit ⁊ sanabit nos ꝑcutiet ⁊ curabit nos viuificabit nos: post duos dies: ⁊ i die tertia suscitabit nos ⁊ viuem⁹ i ꝯspectu ei⁹. Capl'ʒ istđ expoĩt a fidelib⁹ hebreis de aduẽtu messie diuersimode tñ: q͛ rabi Salomon exponit applicãdo ad tribulationẽ in qua sunt nunc iudei positi ꝑ mũdũ dispsi a qua suis oratiõib⁹ publicis ⁊ priuatis petũt liberari ꝑ messiã. cui⁹ aduẽtũ expectãt. Dicit ergo. Uiuificabit nos post duos dies. In tertia die resuscitabo vos. Per primã diẽ dicit ꝙ intelligit tẽpus primi tẽpli ꝑ Salomonem edificari cui successit nox destructionis ꝑ chaldeos. Per secũdã diem tẽpus scđi ꝑ zorobabel reedificari: cui successit nox destructiõis per romanos. Per tertiã dieʒ dicit ꝙ intelligitur tẽpus tertij tẽpli ꝑ messiaʒ edificãdi. de quo exponũt edificationẽ templi que habet in fine Ezechielis ꝯm errorem suum. hoc dictũ fundatur super falsũʒ. scilicet ꝙ christus sit venturus ꝙ iam trãsiuit in prete-

ristum sicut diffuse in apertione pri mi thesauri ꝛ in sequentibus fuit declaratum: ꝛ quo ad errorez tertij tẽpli materialis in tertio libro ple nius declarabitur. Est ergo sensus ſm veritatez viuificabit nos post duos dies. s. mortis ꝛ sepulture sue ipse messias. ꝛ in tertia die resuscitabo vos. scȝ resurgens a mortuis qđ dicit ꝙ eius resurrectio est principium resurrectionis nostre ad vitam immortalem. Unde. i. Corith. xv. Christus resurrexit a mortuis primitie dormientiũ: quõ per hominẽ mors. ꝛ ꝑ hominem resurrectio mortuorũ. ꝛ sicut in adã oẽs moriũtur: ita ꝛ in xp̃o oẽs viuificabunt. Ista expositio magis consonat littere ꝙ̃ precedens: quia accipit dies ꝓprie. Sequitur ꝛ viuemus in cõspectu eius. scȝ vita gratie in presenti. ꝛ vita glorie in futuro. Et nõ est mirũ quia ipse xp̃s messias verus est via veritas ꝛ vita. Johan. xiiij. Quod autẽ messias debebat resurgere tertia die ſm doctores hebreorũ declarat rabimosse darsan in genesi magno sup textũ capituli. xxij. Die autem tertio eleuatis oculis vidit locũ procul dicit rabi mosse multe trinitates dei habent in scriptura: ꝛ vna earum est resurrectio messie. Uerũtamẽ scd̃m. s. ꝙ messias sedeat ad dexterã dei apparet ex vna auctoritate que est in midras tulim. i. in glosa psalterij sup illud psal. xvij. Et dedisti mihi salutẽ ꝓtectionis tue: ꝛ dextera tua suscepit me. vbi dicit rabi Jodan nomine rabi Hãma. Tempore venturo deus faciet sedere regem messiam ad dexteram suam: quia sic scriptum est psal. cix. Dixit dominus dño meo: sede a dextris meis. vbi dicit trãslatio chaldaica. Dixit dñs verbo suo: ꝛ abraã erit sedẽs ad partẽ sinistram: ꝛ facies eiꝰ pallide erunt dicẽdo dñe. ꝛ filius filij mei sedet ad partem dexterã ꝛ ego ad sinistrã. sed deus consolabitur eũ dicendo filius filij tui est ad dexterã meã. ꝛ ego sum ad dexteram tuam. ꝛ illa hora abraã erit contentus. hoc est qđ dixit dauid. ꝛ dextera tua suscepit me psal. xvij. Item dicit in libro Aginga. in. c. qđ incipit est dorsin. vna scriptura dicit in daniele. c. vij. throni positi sunt qđ est plurale. Et postea dicit thronus eius flamme ignis: quod ẽ singulare videtur duo textus contrarij. Dicit rabi aquiba. non sunt contrarij: quia vnus thronus est ꝓ deo et aliꝰ ꝓ dauid. Declarat rabi Salomon. Iste dauid est messias. Itẽ dicit in beresith. raba. i. in genesi magno. Rabimosse darsan sup textuȝ Gen. c. xviij. Et abraã adhuc stabat coram domino vult dicere quod dixit psalmista psal. xvij. ꝛ dedisti mihi ꝓtectionem salutis tue. Iste est abraam cui dixit deus. Noli timere abraã: ego protector tuus suȝ. ꝛ dextera tua suscepit me. Iste est messias de quo scriptũ est. Dixit dominus domino meo: sede a dextris meis. Dicit rabi Amon hoc quod dixit textus. et abraaȝ adhuc stabat coram domino. correctio est sapientuȝ. quia primo erat scriptũ ꝛ dominꝰ adhuc stabat corã abraã et rabini mutauerunt cum multis

aliis mutationibus quefecerūt in sacra scriptura: inter quas vna est in psal.xxi. vbi dicit. Circundederunt me canes: consilium malignātium obsedit me: carni.i. foderunt manus meas et pedes meos. Sed rabini mouerunt illud carn. quod sonat foderunt. et posuerunt in loco suo caari quod sonat sicut leo. Et multe harū mutationum mirate sunt plenissime in midras tulim id est in glo. psalterij in quo dicit ꝙ de istis mutatiōibus ꝓpter eos dicit ꝓpheta. Hiere.xxiij. peruertistis verba deorum viuorum domini sabaoth dei vestri. ⁊ Hiere.in.c. ix. de eis dixit. Ueritatē non loquētur: docuerunt linguam suā loqui mendacium. Ecce ꝙ clare in suismet libris condēnantur tanꝙ falsi et mendaces illi qui mutauerunt verba dei. Nec consensit spūssanctus ꝙ omnia in thalmuth essent mendacia et falsa: vt per verba ibidem inserta confunderetur cecitas iudeorum.

¶ Quod verus messias debebat dare suis credentibus in presenti gratiam suam. in futuro gloriam sempiternam.

Undecimus thesaurus aperit de premio credentium ⁊ sequentiū messiam in presenti ⁊ in futuro quod premiū sacra scriptura prenunciauit ⁊ specifice determinauit in duobus locis. Primo Isa.lxv. vbi ad litterā loquitur de rege messia. Ecce serui mei comedent ⁊ vos esurietis. Ecce serui mei bibent et vos sitietis. Ecce serui mei letabuntur et vos confundemini. Ecce serui mei laudabunt pre exultatione cordis. et vos clamabitis pre dolore cordis. et pre contritione spiritus vlulabitis ⁊ dimittetis nomen vestrū in iuramentū electis meis: et interficiet te dn̄s deus ⁊ seruos suos vocabit nomīe alio. in quo qui benedictus est sup terrā benedicetur in deo amen. Que oīa implent in premio quod dat iesus nazarenus sequētibus eū. dicit em̄ serui mei comedent: scʒ corpus meū. vn̄ ait: nisi manducaueritis carnē filij hominis. Joh.vi. ⁊ ibidē caro mea vere est cibus: vel comedēt doctrinam spiritualem vel mysteria fidei. vel comedēt scʒ ī futuro cognitioneʒ diuinitatis. vnde ait vt edatis et bibatis super mensam meā in regno patris mei Luce.xxij. Et ps. dicit: satiabor cum apparuerit gloria tua. Sic ergo ait xp̄us serui mei comedent. ⁊ vos scʒ increduli iudei ⁊ dānati esurietis. Ecce serui mei bibent. scilʒ aquam viuam. Joh.vi. Si quis sitit veniat ad me et bibat. ⁊ iterum Joh.iiij. qui biberit ex aqua quaʒ ego dabo ei fiet in eo fons aque salientis in vitam eternam. hec aqua viua est gratia spiritussancti: quam christus dat suis fidelibus in presenti. Et ideo facit eos saltare in vitam eternaʒ quia aqua tantū ascendit naturaliter quantū descendit. Et quia illa

gratia descendit a deo qui sedet in celo vbi est vita eterna. ideo fiet in eo fons aque salientis in vitā eternam: vel sic serui mei bibent. s. sanguinem meum: quia sanguis meus vere est potus. Joh. vi. ꝛ ibidē. Nisi manducaueritis carnē filij hominis et biberitis eius sanguinē non habebitis vitam in vobis. Et vos scꝫ increduli iudei ꝛ dānati sitietis scꝫ aquam viuā ꝛ sanguinem meū. Ecce serui mei letabuntur. scꝫ in eterna beatitudine. Unde Joh. vi. xp̄s dicit. Gaudium vestrum nemo tollet a vobis ꝛ vos scꝫ increduli iudei ꝛ dānati cōfundemini scꝫ videntes alios in locum vestrū successisse. Ecce serui mei laudabunt pre exultatiōe cordis. sm illō. ps. lxxxiij. in secula seculorū laudabūt te. ꝛ vos scꝫ increduli iudei et damnati clamabitis scꝫ in inferno pre dolore cordis. s. ex conscientia peccatorum ꝛ pre contritione spiritus vlulabitis: q: ibi erit fletus ꝛ stridor dentiū. Matth. xxv. ꝛ dimittetis nomen vestrū. s. alijs in locum vestrū succedentibus. ideo sequit in iuramentum electis meis: vt scꝫ decetero nō vocemini. circūcisio sꝫ cōcisio: nec me habeatis q̄ sum via veritas ꝛ vita. sed electi mei dicentur filij abrae sicut vos olim. Seq̄tur. ꝛ interficiet te dn̄s deus. s. spirituali gladio cū dixero. Ite maledicti in ignem eternū ꝛc. Matth. xxv. et seruos suos vocabit alio nomine scꝫ xp̄iano a meipso iesu xp̄o In quo qui benedictus est sup terram credendo ꝛ sequendo benedicetur in deo amen. Cum scꝫ dicam in iudicio electis meis. Uenite benedicti patris mei ꝛc. ca. eodē. Itē secundo determinatur in sacra scriptura premiuꝫ eternum sequentiū messiam iesum christum. Isaye. li. vbi dicitur qui redempti sunt a domino reuertentur ꝛ venient in syō cum laude ꝛ leticia sempiterna super capita eorum fugiet ab eis dolor et gemitus. Ego ipse cōsolabor vos. quod sic exponitur. qui redempti sunt a domino. s. sanguine filij sui reuertentur scꝫ adviam iusticie et venient in syon. i. in presentem ecclesiam et beatitudinem eternaꝫ laudantes scꝫ ꝛ dicētes. Beati qui habitant in domo tua domine in secula seculorum laudabunt te: ꝛ leticia sempiterna que scꝫ non deficiet super capita eorum. i. super eorum mentes. gaudium et leticiam obtinebunt scꝫ in celo. fugiet dolor et gemitus: q: absterget deus oēm lachrymam ab oculis sanctorum. Ergo ego ipse. s. filius: quia alius non potest. consolabor vos quasi dicat. Inuocastis me ꝛ ego consolabor vos. ꝛ non per prophetas: sed per meipsum glorificando: q: hec est vita eterna vt cognoscāt te deū verum ꝛ quem misisti iesum xp̄m. Joh. xvij. vita enī eterna siue beatitudo cōsistit essentialiter in aspectu claro ipsius diuinitatis: vt tamen habet adiūctam fruitionem q̄ est completiua felicitatis cum firma tentione. Ex consequenti tamē consistit beatitudo in aspectu humanitatis xp̄i que est instrumentū nos inducēs ad beatitudinem principalem. beatitudo enī hoīs cōsist

ctio est ad vltimū et optimū bonū et ideo non potest consistere in coniū ctione ad aliquod bonū temporale vel corporale: vt dicunt rudes sarraceni qui expectāt in alia vita in voluptatibus carnalibus et diuitijs et alijs consimilibus premiari fm qȝ dicitur in alchorano machometi. que tñ vita fm philosophum dicitur vita pecudū. i. ethicoȝ. propter qd ipse Auicena hoc considerans dicit ꝙ propheta queȝ vocat machometū pmittit eis talem felicitatē in premiū: qm multi sapientes non attenderūt sicut patuit supra in aptione tertij thesauri in sexto gradu perfectionis legis euangelice. Similiter iudei resurrectionem futurā expectant ad vitā carnalem. et ideo felicitatē vite future credūt consistere in bonoȝ̄ temporaliū plenitudine et pacis trāquillitate. vt pȝ vbi supra. Sȝ beatitudo xpianorum est in adeptiōe summi boni per aptā visionē et fruitionem et firmā tentionē. Considerādum est etiam ꝙ cuȝ filius dicit ad patrem loquens hec est vita eterna vt cognoscant te solum deum: per hoc non habetur. ꝙ solus pater sit deus et filius creatura: vt dicebat arrius: quia hec dictio exclusiua solus non determinat ly te. ita ꝙ sit sensus ꝙ solus pater sit deus: sȝ determinat ly deum et est sensus ꝙ illa est sola deitas vera que est in patre et sic ab illa non excluditur filius sed magis includitur: qȝ vna est deitas in vtroqȝ: sed excluditur vera deitas ab hijs qui a gentilib⁹ colebantur: scilicet ioue: saturno. et similibus. Dico etiam ꝙ hec dictio solus determinet ly te vt sit sensus ꝙ solus pater sit deus non tamē p hoc excluditur filius a deitate: sed magis includitur: quia fm philosophum solus idem est ꝙ non cum alio. et ideo tñmodo excludit illud quod alietatem dicit. filius autez est non alius a patre in essentia: sed tñ in persona. Et ideo quādo hec dictio solus additur vni persone respectu termini essentialis sicut est in pposito. non excludit aliā personā: sed magis includit. et hoc patet per auctoritatem saluatoris Matth. xi. vbi dicit. nemo nouit filium nisi pater: neqȝ patrem quis nouit nisi filius. Si eñi hec dictio exclusiua addita vni persone respectu termini essentialis excluderet aliam sequeretur ꝙ pater non cognosceret: sed tantū filius. et filius non cognosceret se sed tantū pater quod est absurdum dicere. Patet ergo premium sequentium christū quia est beatitudo eterna in visione diuinitatis cum fruitione et firma tentione. et sic beatificabitur anima rationalis et in visione clara humanitatis christi. et sic beatificabitur corpus humanum vt sit perfecta beatitudo in corpore et anima. Creauit eñi deus hominem vt totū beatificaret et pascua inueniret intus et extra. fm Aug. intus in deitate saluatoris: et extra in carne redemptoris.

¶ Quod persecutores veri messie a pena in psenti nō debebāt reseruari nec i futuro a dānatiōe eterna


Uodecimus thesaur⁹ aperitur. scʒ pena persequentium messiam in presenti ꝛ in futuro. quoniā penam sacra scriptura prenunciauit. ꝛ specifice determinauit. ꝛ primo de pena in presenti vita. vnde Amos. ij. super tribus sceleribus israel: ꝛ super quattuor non conuertam quia vendiderunt iustum scʒ iesum nazarenum. Sed ad hoc respondent iudei quadrupliciter. Primo ꝙ iste text⁹ loquitur de scelere israel non iuda. ꝛ sic nihil pro nobis. quia illud scelus iesu nazareni cōmissum est in iuda: non in israel. ꝛ maxime quia ꝓpheta loquitur hic primo de sceleribus iuda: postea de israel in textu. Sed ista responsio nulla est: q2 in templo secūdo venerunt ꝛ fuerunt de captiuitate decem tribus et fuerunt omnes cōgregati simul de israel ꝛ de iuda per licentiā datam per tyrum regē persarū. ꝛ pʒ etiam Nee. vij. ꝛ. xviij. caplis. habitauerunt omnes israel in ciuitatibus suis. Item isaye. xi. quomodo desolauit dñs ligua maris egypti scʒ nilum vt transirent calciati. vide hec pulchre in lyra quomō hoc fuit. Tunc omnes venerunt ad secundum templum. ꝛ vocati sunt israel. Quod ergo premittitur in textu. primo de sceleribus iuda respicit ad destructionem primi templi quia illi de israel non erant ibi. Et cum subiungitur in textu de scelesceleribus israel. respicit destructionem secundi templi. quia omnes de israel: et de iuda erāt ibi. ꝛ oēs vocati sūt israel: pʒ h̄ p Rabi moysen de egypto qui formaliter dicit in libro sofrin mors iesu nazareni fuit causa vt destruerentur israelense. Ecce quomodo vocat oēs de secundo tēplo israel. Item peccatū qd̄ tātūmodo iuda fecit: peccatum iuda appellatur. Quod autem iuda simul fecit ꝛ israel: peccatū vocat̄ israel. Iherosolymis enim tunc erat cum iuda magna pars filioꝝ beniamin ꝛ leui. Iure igitur pars totius debet suscipere nomen. Est ꝛ alia non inferior causa q2 videlicet populus israel licet tunc monti non corpore presens fuisset. audito tamen ꝙ eorū fecerant socij. eorū culpe laudatores ꝛ cōsentanei: ꝛ participes oīno facti sunt voluntatis: volūtas itaqꝫ eis profecto est imputanda Sed quomodo predicta captiuitas accidit israeli propter venditionem iusti iesu cū israel non vēdiderit xp̄m. sed tantū a iuda scariotḣ legatur emisse. Respondet: ꝙ quia filij israel vt venderetur christus cōsensum: auxilium atqꝫ consiliū adhibuerunt: ideo nō minus ꝙ si ipsi vendidissent scelus incurrerunt. Neqꝫ enī ꝛ Salomon ydola fabricauit: sed q2 vxoribus ꝛ concubinis fabricantibus assensum prebuit eum fabricasse littera dicit. ¶ Secūdo dicunt ad hec iudei ꝙ istud scelus de venditiōe iusti pro argento fuit vēditio Ioseph per fratres suos: sed illud nihil valet: quia vbi ponitur primū secundū. tertiū: ꝛ quartū: ordo est

secundum prius et posterius. Ui dendum est ergo quod est primum scelus, quod secundum et cetera. Et sciendum est ꝙ ista tria scelera p ordinē sicut veniunt sunt ista. Pri mum venditio Joseph. propter quod fuerunt captiui in egypto. Secundum adoratio vituli. ppter quod fuerunt vno die interfecti. xxiij. milia hominū Exo. xxxij. Ter tiuz occisio pphetarum. ppter qđ ducti sunt captiui in babilonē. lxx. annis. Quartum detur ꝛ non pōt dari nisi venditio iesu nazareni. qꝛ venditio ioseph primuz in ordine fuit ppter quod postea pharaonis sunt passi durissimum iugum vt di ctum est. Sed cum pnia pacta iam sunt liberati a culpa. quare de in dulto rursū criminabūtur peccato ¶ Tertio forte dicet iudeus. qꝛ si h̄ non dicat̃ de Joseph iusto, potest tamē dici de alio quolibet iusto sꝫ hoc indignū et irrationabile eē vi det̃ vt cū tm̄ crimē sit ꝙ nulla idul gentia sequat̃. ppter quod diuina sententia in totum israel deseruiat populuꝫ illius celetur psona ī qua illud fuit cōmissum. Insup cū rea tus iste ī hebreo sermōe tali descri bat̃ vocabulo, quare īponitur illi q̄ negauerat deū. venditio aūt iudei non equatur negationi dei. sed ipi tm̄ ac talem vendiderunt hominē xp̄m videlꝫ filiū dei. ꝙ in culpa sūt pares deū negati. Et si q̄ras q̄ sūt illa peccata quattuor q̄ oia pateāt ad negare deū esse equalia. Rn̄det̃ ꝙ primum peccatum fuit cū in he remo vitulū conflatilē p deo ado rauerunt, in quo facto satis deū ne gauerunt. et quia ab omnibus ē h̄ peccatum ppetratuꝫ, ideo cōe fuit oim. Secundū in quo ꝛ deū filii ne gauerūt ꝛ oēs peccauerūt: fuit qn̄ Jheroboā vitulos similes fabrica uit: ꝛ ab omnib⁹ adorari constituit Tertium autē cum iudei pphetas vniuersi eadem voluntati occide runt. et eorum dicta contēpserunt quartū vero quod magis est oibus et grauius est quando xp̄m dei fi lium ꝛ hoiem ab omni peccati cō tagione alienū iniq̄ vendiderunt. ꝛ iniusta nece condēnauerunt: hoc peccatum ppter cecitatē iudeoruꝫ occultū est eisdem: sicut dicit Ra bi onanerari dlar. i libro vaycra ra ba. i. leuitico magna. Primi pecca uerunt ꝛ fuit discooptum suuꝫ pec catum. ꝛ fuit discoopta sua pn̄ia. Secūdi peccauerunt: ꝛ fuit disco optū suū peccatū: ꝛ fuit discoopta sua pn̄ia. Tertij peccauerūt et fuit discoopertū suū peccatū: et fuit di scoopta sua pn̄ia. Quarti peccaue runt et fuit discooptū eis peccatū suū. nō est discoopta sua pn̄ia. Un de dicit eis ppter suā cecitatē. fide lib⁹ tm̄ videtibus bene est discoop tū suū peccatū ꝛ sua pn̄ia vt dictū est ꝛ dicet̃. Itē petrus alfonsi vir eruditissimus de quo supra in api tione primi thesauri locutus sum in suo dyalogo ostendens causam captiuitatis iudeoꝝ esse venditio nem xp̄i ꝛ non venditionē Joseph sic inquit contra eos. Quod autem euidentius testimonium queritis vos propter dei mortem hanc su bijsse captiuitateꝫ ꝙ id quod apud vos scriptum legistis, quia videlꝫ

in ipso captiuitatis exordio qui-
dē terre vestre princeps decem de
melioribus totius israelitici popu
li Anaman.s.traditionis filiuz Sy
meonem gamalielis filium hysma
hel helysei filium:et Achiba cete-
rosq captos in carcerem misit.sci
scitans vt quid iustū vendidissent
Lex enim inquit decreuit:vt mor-
tis sententia mulctetur quicunq
iudeum vendiderit.Et vos igitur
ſm iudicium legis mori debetis di
cto decreto vario dat corpora leto
non enim omnes vna cohercuit pe
na.sed singulis singula sunt gene-
ra mortis proposita.Alium videli
cet ignis cremauit.alius ferrei pe
ctinis vnguibus laceratus expira
uit.alium vero mors queuis diuer
sa consumpsit quemadmoduz mor
tes illas doctrine vestre liber ex-
posuit.Doctores autem vestri hu-
ius iusti pro quo illi sunt ita puniti
nomen mutātes in hoc facto pror-
sus conticuerunt de christo dicen-
tes.ꝙ princeps ille iustuz denomi
nans ioseph filium Jacob.quem
in egyptum fratres vendiderant
intelligebat eiusq sanguinem ab
ill'is exigens propter eum talibus
illos suppliciis affecit.Sed absur
dum rationi videtur vt id ab eis
exigeret quod ad minus Mille qn
gentis annis antea factum esset
maxime cum tempore quo venun-
datus est Joseph nulla lex esset
qua eos princeps ille mortis reos
conuincere posset ꝙ si vultis vt
etiam de prophetis in medium au
ctoritatem deferam qua captiuita
tem hanc propter hominem illum
ipsum necessario xp̄m esse ostendā
Ecce profero Jsa.ca.xxiiii.A fini
bus inquit terre laudes audiuim⁹
gloriam iusti hec verba iusti hui⁹
laudes vbiq terrarum ostendunt
fuisse nec alterius iusti hominis
laudes tantas vnq̄ fuisse audiui-
mus vt peruenirent vsq ad fines
terre.Cui iusto:qꝛ tribulationes
quasi sine causa passurus erat pro-
pheta preuidebat his verbis com
patiens dicebat.Ue mihi preuari-
cantes preuaricati sunt.et preua-
ricatione transgressorum p̄uarica
ti sunt.preuidens enim propheta
quas prophetis dei aduentuz pre-
nunciantibus tribulationes illatu
ri essent ait.p̄uaricantes preuari-
cati sunt.Jntuit⁹ aūt quia nec mē
bris contēti ipsum etiam caput in
uidia pleni quibuscunq possent mo
dis essent oppressuri.et ſm corpo-
ris passibilitatem occisuri preua-
ricationis nomen ingeminans sub
iunxit et preuaricatione transgres
sorum preuaricati sunt.Qua vero
pena pro huiusmodi peccato ple-
ctendi essent dictante spiritu pre-
sciens ait ilico subiungens.Formi
do et fouea et laqueus super te qui
habitator es terre.Jnter cetera q̄
de eadem gente ait.Grauabit eum
iniquitas sua et corruet.et nō adii-
ciet vt resurgat vbi videlicet vo-
bis certum euadendi captiuitatez
terminū fūdit⁹ depressit.¶Quar
to dicunt iudei aliter ad hoc.quod
si nos dicimus ꝙ iste iustus pro ar
gento venditus fuit iesus nazare-
nus petunt ipsi.quis fuit ille pau-
per de quo subiungitur.et paupe-

rem pro calciamento. Ad quod dico ꝙ ille fuit verus messias noster iesus nazarenus quem zacharias vocat non solum iustum et saluatorem sed et pauperem. zach. ix. In maiorem quantitatem peccati sui notanter dicit textus. ⁊ pauperem pro calciamento. quia premittitur iustum pro argento. Crederet forte aliquis ꝙ pro magno precio argenti. sed hic exponitur debilitas precij ⁊ modicitas quando dicitur ꝙ vendiderunt pro calciamento. i. pro precio calciamentorū. quod p̄cium est cōmuniter. xv. morapetinorum. qui summant. xxx. albos vel denarios. Alibi vero precium sotularium est duo solidi cum dimidio qui etiam summant. xxx. denarios. quia solidus est. xij. denarij p quo precio fuit vendit⁹ xp̄s. Quicquid ergo valeant illi denarij vel illud argentum designatur modicum precium pro quo pauper xp̄s fuit venditus. quia pro precio calciamētorum. ¶ Quinto dicunt iudei ad istum textum ꝙ intelligitur sic. Iustum pro argento. i. iusticiā quia iudices ⁊ ministri iusticie pecunia corrupti vendebant pauperis hominis iusticiam pro modico precio. quia pro calciamēto. sed ista responsio nulla est. quia cum deus sit magis pronus ad miserendum q̄ ad puniendum. et deus pepercerit super tria prima scelera que grauiora sunt. vt ydolatria homicidium. fratris venditio. a fortiori etiā parceret super illud quartum quod non est ita graue. Relinquitur ergo ꝙ venditio istius iusti pro argento et pauperes pro calciamento et venditio iusti pauperis Iesu nazareni veri messie nostri super quam deus non parcit iudeis. quia non datur venia non penitenti. et in peccato continue perseueranti. Non ergo a predicta captiuitate exire poterāt donec patrum suorum in se peccatū emendent. i. quod illi non crediderunt credant. Mundata vero mente cuiusuis a culpa. confestim eum consequitur pietas diuina. quod etiam suorum quedam doctorum. scilicet Rabina subtilibus et occultis exprimi voluit verbis. si illud sue mentis duriciam penetrasset. Interrogatus enim quando Dauid filius esset venturus. hodie ait si verbis credideritis eius His enim verbis intelligi dedit. ꝙ quicunq̧ quauis hora mandatis dei obediens et credulus fuerit. ilico filius dei ad eum accedit. De hac pena irreuocabili in hac vita dicitur etiā Danielis. ix. Occidetur christus et non erit ei⁹ populus qui eum negaturus est. et ciuitatem et sanctuarium dissipabit populus cum duce venturo et finis eius vastitas. et post finē belli statuta desolatio. Ecce triplex pena occidentiū christum in presenti vita. Prima pena quia non sunt eius populus quia non christiani sed adhuc iudei appellantur. Secunda pena dissipatio ciuitatis et templi qualis facta fuit per Tytum cum romano exercitu. Tertia pena ꝙ finis eius est vastitas et statuta desolatio. i. fine

caritura que omnia impleta sunt post mortem christi quem occiderunt. ¶ Si dubitant de tertio satis debet eē eis sufficiens testimoniū q2 sunt iā mille.cccclx.āni q cōtinuatur pdicta desolatio ciuitatis ꝛ templi vt supra dictū est. ¶ Secundo sacra scriptura specifice determinauit persequētium messiaz penā in futuro vn̄ dicitur Isa.vlt. de fidelibus sequētibus xp̄m ꝯtra iudeos incredulos ꝛ impenitētes. Egredientur ꝛ videbunt cadauera virorū que preuaricati sunt in me vermis eorū non morietur. ignis eorum non extinguetur. et erūt vsq3 ad satietatē visiōis omni carni In tellectus predicte auctoritatis est iste egredientur.s.beati qui fuerūt credentes ꝛ sequētes verū messiā egredientur dico in die iudicij nō pro loci mutatiōe sed pro cōsideratiōe: ꝛ videbūt cadauera eorū q̄ p̄uaricati sunt in me quia inquit dn̄s. Preuaricantes reputaui oēs peccatores terre preuaricati sunt xp̄3 promissum nō recipiēdo: eius doctrinā nō sequēdo ꝛ ipsum crucifigendo. cadauera dicit.i.corpora dānatorū in gehēna. ꝛ dicūtur cadauera: q2 in eternam damnationem cadent. Quia et demones cadauera possunt dici s̄m q homines appellantur. Unde inimicus homo hoc fecit. hec in glosa. Et q iste sit itellectus patet per hoc quod sequitur. Uermis eorū non morietur. q2 vermes corpora mortuorum corrodentes in sepulcris cito deficiūt: quia cum eis in puluerem conuertūtur ꝛ ignis eorū nō extinguetur. Ex quo patet quod dictum est de cruciatu corporum infideliū et oim dānatorum in igne inferni q̄ est inextinguibilis extrinsecus. Et de verme cōsciē qui semper intrinsecus corrodebit eos qui nō crediderūt nec secuti sunt xp̄m verū messiā. vnde sicut tinea comedit vestimentū ꝛ vermis corrodit lignum et ignis deuorat ligna. sic meror et tristicia excruciat cor viri. Sequitur ꝛ erunt vsq3 ad satietatem visiōis oi carni.quia.s.boni videbunt eos a se iusto iudicio separatos, amissa potētia qua seuiebāt contra bonos. vt vindictā dei in illos tantā ꝛ vltra non exposcant qui dicūt modo. Usq3 quo dn̄e nō vindicas sanguine3 nostrū: satiabuntur quoq3 de beatitudine sua gratias agentes visa ipsorum ineffabili pena. hec ex ordinaria glosa. Nicolaus vero de lyra satis concorditer sic exponit. Et erūt vsq3 ad satietatē.i.repletionē ꝛ perfectionem visionis omni carni.i.oi homini beato. non sic intelligendo q beati delectentur p se in penis dānatoru3 sed q2 talis intuitus declarat eis diuine iusticie exercitiū et diuine mie beneficium quo penas illas euaserūt. ꝛ proprie glorie augmentum in q̄tum apparet maior cōparata ad suum contrariū: q2 appositis iuxta se contrarijs maiora ꝛ minora videntur.i. elencorū. et ex istis tribus beati per se letantur. s̄m q dicitur. ps.lvi. Letabitur iust9 cū viderit vindictā. Ecce primū: manus suas lauabit i sanguine peccatoris in q̄tū dei mia factus est immunis ab illis penis. Ecce scd̄m.

si vtiq3 est fructus iusto. accipitur hic si pro qr. quia per hoc apparet maior fruitio ,ppria ⁊sic totū cedit in gloriā electoꝝ ⁊ ipsius veri messie xp̄i iesu principaliter qui in die iudicij dicet existentib⁹ ad sinistrā s. incredulis ⁊ dānatis. Ite maledicti in ignē eternum qui patus est dyabolo et angelis eius. Math. xxv. Existentibus vero ad dexterā dicet Uenite benedicti patris mei possidete regnu3 quod vobis patū est ab origine mundi. c. eodē. ¶ Ex predictis. xij. thesauris colligitur vna ratio quasi quedā corona victorie incōparabilis valoris cōtra iudeos que talis est. Quādocunq3 sacra scriptura p̄nunciat aliquod futurū ⁊ specifice determinat tempus veniendi ,pgenie3 venientis. cui debet assimilari. locū natiuitatis. nomē eius. veneratione singularē. modū viuendi. modū moriendi. causa3 mortis. resurrectionem eius. premiū credentiū. et penā psequentiu3 ip̄m in vita presenti ⁊ in futuro seculo. Si ista oia cōcurrūt simul in vnum determinatū hominem. manifestum est ꝙ illud quod fuerat p illam scripturā predictu3 ⁊ denunciatū est ī illo tali homine adimpletū. Sed sacra scriptura p̄dixit ⁊ denūciauit oia predicta que oia in iesu nazareno saluatore nostro sunt impleta. nec alius inuēt⁹ est in quo omnia predicta simul cō currerent igitur concluditur ꝙ ip̄e est verus messias ī lege promissus nec alius expectandus. Maior istius rationis clara est sicut lux et ab omnibus concessa. et ideo probatione non indiget. Sed minor latissime declarata est in apertione predictorum. xij. thesaurorum qui aperti sunt ad declaratione3 aduētus messie veri in lege promissi. q̄ est christus iesus fili⁹ dei viui. Et in hoc completur liber primus qui est de armatura fidelium. ⁊ de excellentia fidei catholice domini nostri iesu christi qui est turris fortitudinis a facie inimici. Cui honor laus. b̄ndictio ⁊ gl'a sine fine. Amē

¶ Explicit liber primus fortalicij fidei.

¶ Incipit liber secundus qui est de bello hereticorum.









Ntiquorum in libris legimus gentilium. milites humanam venerantes gloriam generose diuersa monstrorum genera destruxisse. Sicut Hercules antheum. Theseus mirothaurū Jason thaurum igniuomum. inextinguibilez aprū meleager. Corcbus stigiale mōstrū. Perseus marinū monstruz. Sic etiaz generosi ecclesie milites: vt Jheronimus. Augustinus Hylarius ⁊ ceteri patres orthodoxi diuersorum hereticorum et heresis monstra spūalibus armis expugnasse legūtur. Non tn̄ sic omnino extincta sunt heresum monstra: quin repullulare conentur. ac etiā noue hereses orianꝰ in aliquib⁹ solo noīe xp̄ianis. Qui ⁊ si nō puplice. in cōuenticulis tamē suis venenū effundentes de illis cōfabulantur quasi vespertiliones et noctue lucem fugientes. qꝛ oculis egris odiosa est lux. Et non solū oculos egros habēt heretici. sꝫ ceci sunt. qd̄ ōnditur ex fidei effectu. Est eniz fides diuin⁹ radius aīaz illustrās. Disponit enim aīaz ad lumē sūme veritatis. ex eo ꝙ summe veritati eaz stabiliter inherere facit qd̄ quidē pōt ratiōe ostēdi. Constat enī ꝙ quādocunqꝫ aliqua virtus que influit in aliquo agente ⁊ quiete non infigitur in recipiēte. caret ibi sua naturali operatiōe ⁊ suo debito fine. sicut ptꝫ in radio solis sup aquā currētē ⁊ nō quiescentē: vt in flumīe in






quo quia radius quiete nō figitur actio eius caret debito fine. qui quidem finis est aquaz subtiliare ꝛ ex ea partes subtiles attrahere: et in vaporem mutare: ꝛ sursuz eleuare. Ex quo manifestum est: ꝙ quies disponit ad illuminationem rei. ſm enim philosophum. vii. phisicorū: homo fit sapiens ꝛ intelligit cum anima quiescit. Cum igitur fides aiaz in deo stabiliat. eā in ipso quietet. ipsam disponit ad eternaz illuminationē. Et hec ē ratio quare heretici sunt totaliter ceci: nec a deo merentur illuminari: quia nihil stabiliter credunt. ꝛ se ab vno opposito in aliud vertunt cū careāt fidei lumine disponente. Iuxta illō apostoli ad Ephes. iiii. tenebris obscuratum habentes intellectū: quia sicut oculus nō potest videre sine luce: sic intellectus nihil pōt capere credibiliū sine fidei lumie qua carent heretici: vt ergo bellum hereticorum presertim nostri temporis contra nostrum fidei fortaliciuz viriliter possit dissolui presertim cū sint ceci: vt dictum est de heresi et hereticis. xii. considerationes sunt pertractande. Prima quid est heresis. Secunda vnde habuit originē heresis Tertia que requiruntur ad hoc: vt quis proprie dicatur hereticus. Quarta quot sunt modi hereticorum. Quinta si est alicui⁹ vtilitatis esse hereses in ecclesia dei. Sexta exprimet hereses presertiz in nostris temporibus repullulare vel oriri sentiuntur. quarum bellum contra fidei fortalicium in nihilum computabimus cum sit turris fortitudinis: a facie inimici. Septima erit ad quos pertinet diffinire: que assertio est catholica: vel heretica. vtruz scz ad theologos: vl' canonistas. Octaua vtrz heretici sunt vitandi. Nona vtruz sit cum hereticis vel aliis infidelibus publice disputādū. Decima quis est modus inquirendi hereticos. Undecima quali pena hereticus est puniendus. Duodecima quis pōt hereticos capere ꝛ tormentis exponere.

¶ De quidditate heresis ꝛ quomodo differt ab errore.



Circa primā cōsiderationē que est scire quid est heresis. Respondetur ſm illuminatum doctorē Franciscum de maronis i tractatu suo de hereticis. ꝙ heres ē error: sz nō quicūqz error q est contra fidem catholicam: aut ecclesiaz. vt habetur in prohemio de origine heresis. Augustin⁹. vbi dicitur ꝙ non omnis error est heresis: licet heresis sine errore esse non possit. Ista autem diffinitio confirmatur per illud quod dicitur Actuum quinto. Ubi secta saduceorum fuit vocata heresis: qr non solum contra fidem veteris testamenti negabant resurrectionem et angelos: sed etiā cōtra synagogam phariseorum vtrūqz cō

sentientium. Sed nunquid heresis differt ab infidelitate dico quod sic: quia infideles errãt circa totã fidẽ: heretici autẽ circa partẽ: licet vtrunque sit contra fidem catholicam et ecclesiam. Sed contra quia iudei dicuntur infideles: et tamen confitentur vnũ deũ. Respondetur quod sicut pagani errãt circa totam fidem iudeorum. et ideo dicuntur infideles: sic iudei errãt circa totam fidem xpi que dicitur catholica sunt enim a pietate religionis christiane alieni.

¶ De origine heresum et quomodo possunt repelli.

Secunda consideratio est vnde habuit originem heresis. Pro cuius declaratione notandum quod secundum Isid. viij. ethimologiarum. c. iij. et xxiiij. q. ij. c. heresis. Heresis ab electione vocatur. quod scilicet vnusquisque id sibi eligat quod illi esse videtur vt phi: paripathetici. achademici epicurei: et stoici. vel sicut alij: qui peruersum dogma cogitantes arbitrio suo de ecclesia recesserũt. Exinde ergo heresis dicta est greca voce ex interpretatione electionis sue: quia quisque arbitrio suo ad instruenda siue ad suscipiẽda quelibet ipse sibi elegit. Nobis ergo ex nostro arbitrio nihil inducere licet nec eligere quod aliquis de arbitrio induxerit. apostolos dei habemus auctores qui nec ipsi quicquam ex suo arbitrio quod inducerent elegerunt: sed acceptã a xpo disciplinam fideliter nationibus assignauerũt: ita quod si angelus etiã de celo aliter euãgelizauerit anathema vocatur hec ille. Ex his patet quod heresis habuit ortũ ab electione proprij iudicij: quia non eligunt ea que sunt a xpo vere tradita. Sed ea que sibi suggerit mẽs propria. Volentes enim aliqui per se sacramenta scripturarum intelligere suis proprijs iudicijs inherẽdo in hereses diuersas inciderunt secundum quod dicit Augu. in libro. lxxxiij. questionũ questione. lxix. Non potest inquit oriri error qui palliatur nomine xpiano nisi de scripturis male intellectis: et hoc ideo: quia ãtecedentia et subsequentia non contulerũt. Unde ibidem solet circumstantia scripturarũ illumiare sententiã. Nec etiã alia loca scripture contulerunt vnde hereses sunt orte per se legendo que cõferendo repulse sunt: quia conferentes diuersas sententias adduxerũt que ex se inuicem mutuo inueniri potuerunt qualiter erunt intelligende. Et ideo cõtra istos dicit Aug. in libro contra epistolã fundamẽti. Nõ crederem inquit Aug. euangelio: nisi quia ecclesie catholice credo: igitur irrationabile ẽ aliquid scripture recipere et aliud non propriã electionẽ et iudiciũ sequendo cum ecclesia catholica totã equaliter recipiat: vt certã: patet ergo vnde habet ortũ heresis: quia a propria electione.

¶ Quot sex sunt modi ex quibus cõuincitur quod aliquis sit hereticus.



Ertia conside ratio est scire que re quiruntur ad hoc vt a liquis sit hereticus. Respondetur ꝙ sex. Primo ꝙ erret: quia error est gen⁹ heresis ꝫm Aug. de origie heresum circa principiũ vbi dicit. ꝙ licet heresis sine errore esse non possit: tñ nõ ois error est heresis. Superius aũt est a quo non cõuertiẜ consequẽtia. ꝫm ꝙ dicit. Aristo. in postpredicamẽtis. c. de priori. Scdo ꝙ erret i veritate: cũ sit alius error fidei ⁊ alius operatiois. dico ꝙ erret in veritate: qꝛ in ope errãtes nõ dicunẜ heretici. Un̄ Aug. in Yponosticon dicit ꝙ heresis sumitur circa falsas opiniones. Tertio ꝙ nõ solum scꝫ erret in veritate: que quidẽ est in sacra scriptura exp̄ssa. sed etiã extra scripturã ab apostolis credita: vt de symbolo apostoloꝝ aut ab ecclesia determinata. vt in symbolo ecclesie. Aut a sancts annunciata confirmante ecclesia: vt in symbolo athanasij: aut euntes cõtra determinatiõe ecclesie: oẽs eñ isti taliter errantes sunt heretici reputandi vt patet per Aug. de fide ad petꝝ. Quarto: ꝙ nõ solũ erret in hac veritate. sed ꝙ qñꝙ ipsam cõfessus fuerit: qꝛ iudei ⁊ pagani licet errent in talibus tñ nunꝙ proprie dicũtur heretici: vt patet de significatione eorum quã ponit Augusti. de vera religione circa principium: et bene dixi proprie: quia large loquendo ꝫm Godefredum. omnis qui non tenet articulos fidei potest dici hereticus et sic iudei ⁊ pagani dicentur herici. ⁊ hoc modo nõ omnis hereticus est excõicatus. Quinto requiritur ꝙ non erret circa totum: sed circa partem. qm̃ qui totaliter errant dicuntur apostate. Sexto requiritur ꝙ non solum sic erret. sed ꝙ obstinate in errore persistat. vñ ꝫm Augustinũ. Non qui falsas gignunt opiniones: sed qui eas pertinaciter defendunt sunt heretici reputandi vt iterũ Augusti. ⁊ hoc xxiiij. q. iij. dicit apostolus. Si qui sententiã suã licet peruersam nulla pertinaci animositate defẽdũt. Sequitur querũt autem canta sollicitudine veritatẽ corrigi parati cum inuenerint nequaꝙ sunt inter hereticos computandi: quia. s. non habent electionem cõtrariam doctrine ecclesie. Si quis autem pertinaciter determinationi vniuersalis eccl'ie resisteret heretic⁹ censereẜ: cuius quideꝫ auctoritas p̄cipaliter residet i petro. xxiiij. q. i. quotiens: et. cap. hec est fides. Ex his patet ꝙ non quicunꝙ deuiat a fide: sed qui pertinaciter deuiat proprie diciẜ hereticus. hoc etiam alibi dicit Augustin⁹. hereticus est qui conceptã noui erroris perfidiã pertinaciter defendit ꝫm vero alexandrũ de halis in. ij. summe sue tria concurrunt ad perfectã rõem heresis. scꝫ falsa credulitas in rationabili: peruersa volutas in cõcupiscibili: ⁊ defensionis siue impugnationis ptinacitas in irascibili. scdm primum attẽditur illud Hiero. qui scripturam aliter

intelligit ꝙ sensus spūssancti flagi tat a quo cōscripta est: lꝫ de eccle- sia non recesserit tamen hereticus appellari pōt. Item dicit Isido. viij. ethimo. ca. vi. in fine. ꝑm pri- muꝫ ⁊ secūdū attēditur descriptio Augu. li. de vtilitate credēdi. et in glo. super verbo oportet hereses esse. i. Corinth. xi. scꝫ ꝙ hereticus est qui alicuius tēporalis cōmodi ⁊ maxime glorie principatusqꝫ sui gratia falsas ac nouas opiniones vel gignit vel sequitur. ꝑm vero tertium sumptis primo ⁊ secūdo diffinitio attenditur que ponitur in glosa. super verbo audio inter vos scissuras esse. ca. eodem. Qui inquit in ecclesia dei praua sua do gmã defensare presumunt heretici sunt. Patet ergo manifeste ex p̄ dictis que requiruntur ad hoc ꝙ aliquis sit hereticus dicendus: qꝛ falsa credulitas peruersa volun- tas ⁊ defensionis siue impugnati onis pertinacitas. ¶ Notandum tamen ꝑm Tho. in. iiij. ꝙ si quis er rat ad que explicite credenda non tenet non est hereticus: vt si quis putaret iacob esse patrē abrae: et huiusmodi: ⁊ cum cognoscit hoc esse cōtra veritatē fidei ⁊ scriptu- re credit ei similiter ⁊ circa ea de q̄bus inter doctores sūt opiniōes donec per ecclesiam determinatū sit. ¶ Sed occurrunt due difficul tates. prima est si dubij in fide sint heretici reputandi. Et videtur ꝙ sic: quia scribitur extra de hereti- cis. ꝙ dubius in fide infidelis est: nec ei omnino credendum est: qui fidei virtutem ignorat. Item scri bitur iacobi. i. Postulet autem in fide nihil hesitās: qꝛ qui hesitat si milis est fluctui maris: qui a vēto mouetur ⁊ circunfertur: ⁊ subdit sibi causa dubitans vel hesitās in fide duplex ē: ⁊ vir duplex animo incōstās ē in oībus vijs suis. tales aūt sunt heretici: qꝛ nō incōstāter: sed firmiter est credendū. Sed in cōtrariū videtur ꝙ Thomas fuit dubius in fide. nō tñ ponit ꝙ fuit hereticꝰ. ¶ Pro declaratiōe huiꝰ difficultatis notandū ꝑm Aug. de anchona. i li. de potestate. q. xxviij ꝙ aliquis potest dici dubius in fi de quinqꝫ modis. Primo modo sub repticia tēptatione. Secūdo veri tatis elucidatione. Tertio imp̄fe- cta adhesione. Quarto volūtaria hesitatione. Quinto pertinaci de- fensiōe. Primo modo dubitare in fide non facit hominē hereticum: quia est humane tentationis: non enī est in potestate hominis quin superueniat homini aliquid cogi- tandū. Unde si subita subreptione vel dyabolica tentatione: quis in- cipit dubitare de aliquo articulo: vel de his que sunt fidei statim si captiuat intellectum suum in obse quium xp̄i. vt deliberet hoc crede quod ecclesia credit: non cedit si- bi talis dubitatio ad defectū sꝫ ad p̄fectuꝫ. Unde apostoli ꝓpt hmōi tentationis impulsum petebant. Adauge nobis domine fidem. Lu ce. xvij. Semper enim debemus rogare deum vt adiuuet incredu- litatem nostram. Secundo modo non facit hominē hereticum: sed est christiane professionis et per-

fectionis. Ponunt enim doctores xpiane fidei illa que sunt magis determinata in fide sub dubitatione questionū: rationes pro ꝛ contra ad illa adducendo: nō ꝙ de ipsa cōclusione dubitetur: sed vt veritas dicte cōclusionis magis elucidet̃ ſm quē modū dicit phs ꝙ dubitare de singulis non est inutile. Per tales enim dubitatiōes ꝓ ꝛ contra: rationes ad illa que sunt fidei adducēdo: veritas fidei pȳs opitulatur: ꝛ etiā contra impios defenditur: vt dicit Augustinus. Tertio modo non facit hominē hereticum: sed peccatorem ꝛ malum xpianum. Omnes enim peccantes ſm Cris. imperfecte credunt eo ipso ꝙ nō viuunt ſm ꝙ credūt: nam si perfecte adhererent quasi transituri de hoc mundo: non quasi in eternū mansuri. Quarto modo facit hominē errantem ꝛ incredulum: eo enim ipso ꝙ aliquis eligit volūtarie credere quod vult: ꝛ discredere quod nō vult nō est paratus sequi in omnibus doctrinā ecclesie: ꝛ per consequens errat et infidelis reputandus est. Sed qntum recte facit hominē hereticū: quia non credere illa que sunt fidei ꝛ que inconcusse ecclesia tenet cum pertinaci defensione directe ad hereticos spectat. ¶ Ad primū argumentum dicendum ꝙ dubius in fide varia electione: vt si quis credit quod vult ꝛ discredit quod non vult infidelis est: nō tamen hereticus: nisi pertinaciter defendat falsa que de deo credat: vel de tota: vel de parte sacre scripture a deo inspirate. Ad secundū dicitur ꝙ loquitur de fide imperfecta peccatorum. Unde dicit glosa super illo. Conscientia peccati pressus dubitat de premijs celestibus ꝛ superuenientibus vento tentatationis facile deserit fidem ꝛ statim ſm tentationis volūtatē distrahitur ad errorem ꝛ fit alienus a fide. ¶ Secūda difficultas est vtrum sequētes opinionē erroneam alicuius magistri sint heretici reputandi. videtur alicui ꝙ sic. qꝛ de falsis ꝛ errantibus magistris dicit̃ Mat. xxiij. Ue vobis q̄ circuitis mare ꝛ aridā vt faciatis vobis vnū proselitum. ꝛ cū fact9 fuerit facitis eū filiū gehēne duplo q̄ vos. ergo discipuli sequentes doctrinam erroneam alicuius magistri heretici. reputandi sunt heretici: sicut ipse. In contrariū videt̃ esse: qꝛ xps mādauit doctrinam phariseorū ꝛ scribarū seruādam esse. Matthei. xxiij. dicens. Super cathedram moysi sederūt scribe ꝛ pharisei omnia que dixerint vobis seruate ꝛ facite: ſm vero opera eorū nolite facere. Dicūt enim et nō faciūt. ꝛ cetera. ¶ Dicendum ad difficultatem ꝙ diuerse opiniones doctorum sacre scripture si non pertineant ad fidem: ꝛ ad bonos mores. Absq3 periculo auditores vtranq3 opinionem sequi possunt. In tali enim casu locum habet: illud Romanorum decimo quarto. Unusquisq3 in sensu suo abundat. In alijs ante que pertinent ad fidē ꝛ bonos mores nullus excusatur si sequatur opi-

nionem erroneã alicuius magistri no quidẽ ppter ignorantiam: quia tunc immunes haberentur a pecca to. qui secuti sunt opinionem arrii nestorii: et aliorum errantium in fide. nec etiã excusari potest ppter simplicitatem et ignorantiam. quia in rebus dubiis potissime in his q̃ sunt fidei nõ est de facili pstandus assensus. Ideo vt dicit August. iii. de doctrina xpiana. Consulere debet aliquis regulam fidei quã de scripturarũ planioribus locis et auctoritate ecclesie percipit. Similiter Richardus super illo verbo Matth. xvii. Apparuerunt illis moyses et helyas. dicit q suspecta debet haberi omnis veritas: quã non confirmat legis vel pphetie scripture auctoritas. Qui ergo assentit opinionẽ alicuius magistri contra manifestum scripture testimonium: et cõtra illud quod publice tenetur sm ecclesie auctoritatem puto q ab erroris vinculo non potest excusari. Ratio autẽ que adducitur pro ista parte concedenda est quia si tales auditores magistrorũ cecitatem imitantur eorũ errores sequentes: et mores imitantes et ptinaciter contra ecclesie mandatum defendentes. non solum errantes verũ etiã heretici reputandi sunt. Ad illud vero quod in contrarium adducebatur dicendum q signanter premittitur super cathedra: vt intelligatur q illa que pertinẽt ad cathedre doctrinã veritatis et iusticie seruanda sunt et facienda p auditores. Illa vero q̃ sunt contra fidem et bonos mores non spectant ad cathedram veritatis et iusticie. sed potius ad cathedram falsitatis et pestilentie.

¶ De quinque modis hereticorũ: et quomodo heresis se extẽdit ad tria genera credibilium. et quid pprie de hereticis est sentiendum.



Quarta cõsideratio ẽ scire quot modi sunt hereticorum. Respõdetur q quinque principaliter. Primus est eorũ qui errant circa cerimonialia. vt pz de heresi Nicholaitarũ quorũ facta se xps odisse testatur. pz apoca. ii. c. Isti Nicholaite sm Isido. viii. ethimo. ca. v. dicti sunt a Nicholao dyacono ecclesie hierosolimorũ. qui cum Stephano et ceteris cõstitutus est a petro. qui ppter pulchritudinẽ relinquens vxorẽ dixerat: vt qui vellet ea vteretur versa est in stuprum talis consuetudo: vt inuicẽ coniugia cõmutarentur. quos Iohannes in apocalipsi reprobat dicẽs. Sed hoc habes q odisti facta nicholaitarũ. Secũdus modus est eorũ qui errãt circa sacrã scripturã. sicut Faustus qui dãnauit vetus testamẽtum: vt pz per augu. cõtra faustũ. In hoc errore etiã fuerũt manichei. qui vetus testamentũ respuũt: et nouũ in parte recipiũt. Tertius modus est eorũ qui errant contra ecclesiam: sicut sunt greci contra ecclesiã tenẽtes per determinationẽ spiritũsanctum a filio non procedere. qui er-

ror dânatur de fidecatholica.i. fideli. Quartus modus est eorum q̄ errant circa articulos fidei. sicut Sabelliani cōtra articulum incarnationis. Isti eñi vnā psonam patris: ꝛ filij: ꝛ spūssancti asserunt. Quintus modus est eorū q̄ errant contra sacramentū ecclesie: vt manichei circa sacramentum eucharistie. ꝛ arriani q̄ dicūt sacrificia pro defunctis offerri non cōpetere. vt habet p Augu. de origin e heresis. ¶ Sed nūqnid ad omia credibilia heresis se extēdit. Rñdet alexāder in. ij. summe sue ꝙ heresis ad tria genera credibiliū extendit p oppositū ad fidem ſm quādā cōtinentiā analogicā. Nā ratio fidei ponit et principaliter est circa articulos fidei. ꝛ p oppositū heresis. Secūdo fides extenditur ad illa q̄ docet sacra scriptura circa mores. vt ꝙ fornicatio est peccatū mortale. ꝛ p oppositū heresis. Tertio fides extenditur ad hystorias in biblia contētas. ꝛ per oppositum heresis. Qui eñi assereret aliquā hystoriā biblie esse falsam ꝛ hoc pertinaciter hereticus censetur. Primo credibilia prius credūtur: ꝛ postea intelliguntur. Secūda simul credunt ꝛ intelliguntur. Tertia credunt et nunꝙ intelliguntur. ¶ Sed quia in pcedentibus cōsiderationibus aliquādo locuti sumus de hereticis communiter. aliquādo vo ppie. Ideo pro reali inuestigatione hereticoꝝ introduco hic octo cōclusiones: q̄s ponit Franciscus de maronis vbi supra. Prima cōclusio est ꝙ nō omnes excōicati sunt heretici. q: excōmunicatio est pena peccati: nō peccatū. heresis autē est peccatū. Itē etiā ecclesia faceret hereticos quotiens excōicaret eos. Item si excōmunicatio esset heresis frustra heretici excōicarentur: quia vnum simile non punitur per simile: q: cuꝫ iam essent heretici frustra hereticarentur per excōicationem. Iteꝫ nullus potest se absoluere ab excōmunicatione: et tñ oīs hereticus potest se ab heresi retrahere. omia ista patent per canones. Secunda cōclusio est ꝙ quidā excōicati sunt circa excōicationem ipsam. heretici qui. s. cū excōicant nō credūt vinculum excōicationis aliquā efficaciam habere. cuius oppositū determinat ecclesia. Item etiā eius oppositū determinatur in sacra scriptura. ad gal'. i. de anathemate ei⁹ qui euangelizat preter fidē catholicam. Itē idem habetur primo et secundo capitulis. de illo incestuoso: quē paulus excōicauit. Itē ista censura tradita est ab apostolis ecclesie. vt dicit. c. apl'ice. xxiiij. q. iij. Tertia ꝯclusio ꝙ nō oēs scismatici sunt heretici. quia Augu. de origine heresum distinguit inter scisma ꝛ heresim. Itē in principio de vera religiōe distinguit scismaticos cōtra hereticos. Itē scisma originatur ex inobedientia. heresis autem ex ignorantia. vt ait augusti. super Ioh. Itē donatiste prius fuerunt scismatici ꝙ heretici. vt ptꝫ p Augusti. de origine heresum. Quarta conclusio est. ꝙ quidam scismatici circa ipsum scisma fuerunt heretici. vt illi qui non credunt obedien-

in tractatu de here[redacted]

dum vni ecclesie. quia vnus articulus fidei ē de sancta ecclesia catholica: quem descripsit beatus mattheus. Item claues ecclesie fuerūt tradite petro apostolo. Math. xvi. Item claues ecclesie fuerūt ei tradite Joh. xxi. Item Augu. de fide ad petrum ponit inter fundamēta fidei obediendum ecclesie. ꝛ ibidē patet ꝙ putans non obediendum esse ecclesie militat contra articulum fidei ꝛ sacram scripturam et auctoritatem sanctorum. ꝛ talis est hereticus. sed si obediendū credat sed non velit: talis videtur eē scismaticus. Quinta conclusio ꝙ non omnes symoniaci sunt heretici. qꝛ papa Alexāder distinguit inter symoniacos et hereticos. vt habetur in. iiij. sententiarū. dist. xxv. Item aliquis potest esse symoniacus nō errando in fide: vt credens se malefacere dum spiritualia emit. Itē i. q. i. c. reperiūtur. datur alia pena symoniacis. qꝛ anathematis obprobrio condemnantur: atꝗ a participatione corporis et sanguinis xp̄i alienantur. Et si fuerit accusatus suscepti honoris gradu priuetur ꝛ in monasterio perenni penitentia traditur. ꝛ illi qui hac causa munerum acceptores extiterunt si clerici sunt honoris amissione mulctentur. Si vero laici perpetuo anathemate condemnentur. vide ibi. Itē in quinto libro distiguitur titulus hereticorum a titulo symoniacorū. Sexta conclusio est. ꝙ quidam symoniaci sunt heretici. quia Augu. de origine heresum symoniam ponit heresim primā. Item. extra de symonia. c. quotiēs. appellat symoniam heresim. Ite꞉. i. q. i. c. prel byter. vbi dicitur symoniam esse heresim: nullus fideliu꞉ ignorat. Itē iiij. sententiarum dist. xxv. dicitur ꝙ non est dubitandum de symoniacis: ꝙ heretici sunt. ¶ Sed oritur difficultas: qui symoniaci sunt heretici: ꝛ qui non. Respondetur ꝙ illi qui ementes spiritualia nō putāt se errare aut malefacere: seu ꝙ vendētes ea sunt heretici: quia cōtra auctoritatē xp̄i gratis accepistis: gratis date. et contra auctoritatem Petri in actibus. ꝛ cōtra determinationem ecclesie militantis vt patet ex causis preallegatis. Itē illi qui confitentur male facere si nolunt omittere propter superbiā aut auariciā. non sunt heretici: qꝛ habent errorem in opere: non in fide. Septima conclusio: ꝙ non oēs sortilegi sunt heretici: qꝛ pena hereticorum nō imponitur sortilegis qui diuinationem faciunt in tabulis vel codicibus. vt habetur extra de sortilegis. c. in tabulis. Itē nō est sacerdos hereticus qui vocauit infantem vt inquireret furtum ecclesie. ibidem ca. ex tuarum. Item de sorte que fuit missa in electione ep̄i que non damnatur vt heretica ibidem in. c. ecclesia. Item titulus sortilegiorū in hoc separatur a titulo hereticorum. Octaua conclusio est: ꝙ aliqui sortilegi sunt heretici: ꝛ inducuntur hic quattuor casus. Primus eorum qui dicunt sortilegia non esse illicita cu꞉ habeāt quādoꝗ speciem pietatis: vt si ꝓpter spem recuperande sanitatis

fiant. Quod autem istud sit hereticum ꝓbatur: quia oppositū est ab ecclesia determinatū. extra de hereticis. c. i. Item ibidem dicitur esse peccatū grauissimū. licet autem nō sit heresis fornicari: tamē hereticū est dicere fornicationem licere. Secundus casus est in cerimoniis ecclesie qn̄ quis abutitur eis ad sortilegia facienda: vt aqua benedicta vel cera vel incenso benedicto ꝛc. credes habere efficacia aliqua respectu talis effectus mali. quia q̄ male sentit de ecclesia est hereticꝰ contra articulū math. talis autem male sentit de ea putans malos effectus ex eius cerimoniis ꝑuenire. Tertius casus est circa articulos fidei vt cū quis abutitur verbis fidei: vt verbū caro factū est. ꝛ similibus designantibus vt sacrilegia causent credens ad malū. istud verbum efficatiam habere: quia talis male sentit de fide. et oīs talis est hereticus reputādus contra articulū iohānis in ꝓposito. Quartus casus ē i sacramētis noui testamēti: quibus abutuntur vt bruta communicātes: aut baptismū inaīatis cōferentes. tales eīn sunt heretici in duplici casu. Primo sic cōferre se credunt baptismi sacramentum rei inanimate. Secundo si putant sacramentū baptismi habere efficaciām respectu alicuius effectus mali: quia vterqꝫ ipsorum male sentiunt de sacramentis ecclesie: ꝛ tales sunt heretici: vt patuit supra. Item qui dogmatizat ꝙ sacramentū baptismi potest conferri etiam irrationabilibus etiam est hereticus reputādus: ꝛ per consequens qui credit talem errorem. Itē qui diceret ꝙ sacramentum baptismi potest habere efficaciam respectu alicuius mali esset hereticus. cum male de ipso sentiret sacramento ꝛ errorem teneret. ꝛ per consequens qui credit hunc errorem: non est catholicus. ¶ Sed oritur difficultas si talis ab heresi potest aliquo modo excusari. Dicitur autē ꝙ sic quia aliquis potest illo vti non intelligēdo cōferre sacramētum: nec putando habere efficaciam malaꝫ sed solum intendens seruire dyabolo vt habeat suum intentum. talis nō errat nisi in ꝓopere sicut faciunt ydolatre. Secūda difficultas si sortilegium est sacrilegium dicit autem ꝙ sic ꝛ maxime: quia maxime sacramēta leduntur cum quis eis abutitur ad obsequium demonum. Tertia difficultas est quare talia sortilegia dicūtur habere maximā efficaciam.. Rn̄detur ꝙ causa est quia demones quorum ministerio talia fiunt maxime delectant aut appetūt illa in quibus summe deꝰ offenditur. Quarta difficultas est si tales sortilegi. sunt heretici magis q̄ symoniaci. Dicitur ꝙ sic. qꝛ maior est error sacramenta ecclesie contēptibiliter: immo abominabiliter pertractare q̄ ipsa emere vel vendere. Et hec sufficiant de consideratione quarta. in qua ostensum est quot sunt modi hereticorum ad quos scꝫ omnes alii reducuntur vt cōiter. ꝛ ad que se extendit heresis q̄uecūqꝫ. ꝛ q̄d sentiēdū est quo ad rem. ꝛ ꝓprie loquēdo de hereticis.

vti circũcisione spũali. Primaȝ sic deduco. Qui vere xpianus ē fact⁹ est noua creatura per baptismũ pa tet. ad gallath. vltimo. Si ergo re deat ad circũcisionem carnalē effi citur vetus creatura. cũ accipiat sa cramentũ inueteratum qđ iã cessa uit sicut ostēsum est supra libro pri mo. cōsideratione. iij. art. vi. in pri mo puncto de cessatiōe legis moy si. Sed accipere sacramentum qđ iã cessauit est erroneũ ergo vti cir cũcisione carnali in viro xpiano ē erroneũ. ¶ Itē qui vtitur sacramē to qđ nihil valet errat. sȝ xpianus qui vtitur circũcisione carnali vti tur sacramento qđ nihil valet. ergo valde errat. maior est nota. minor ē apostoli vbi supra dicētis. in xpo enĩ iesu neq; circũcisio aliquid va let neq; preputiũ: quasi dicat equa lia sunt deo circũcisio et pputium nec vnũ nec alterũ valet ad salutē Sed noua creatura. i. regeneratio ⁊ noua vita. Nouã enim creaturaȝ dicit nouã vitã per fidē xpi vt di cit glo. Et iterũ ad Gal. v. In xpo iesu neq; circuncisio aliquid valet neq; preputiũ sed fides que per di lectioneȝ opatur. sup quo dicit gl. Fides nō vtiq; ociosa qȝ fides sine operibus non saluat. Jaco. ij. Sȝ que o peratur per charitatē dicitur et pprius opus fidei ipsa dilectio est sine dilectione fides inanis est. fides cũ dilectione xpiani est. Alia i. fides sine dilectione demonis est Nam et demones credũt et contre miscunt. qui autem non credũt tar diores sunt ⁊ peiores ꝙ demones. Sed multũ interest vtrũ quis cre dat ipsum esse xpm an credat i xpȝ Nam ipm esse xpm demones credi derunt. nec tñ in xpm crediderunt Ille eniȝ credit in xpm qui sperat in xpȝ et diligit xpȝ. hec ibi. Mul tũ ergo errat quicũq; xpianus qui vtitur circũcisione carnali cum in xpo nihil sibi valeat et cũ ostendat se fidē ociosã habere. ¶ Item ter tio arguit sic. quicunq; de libero se facit seruum multum errat. sȝ xpia nus qui vtitur circuncisione carna li de libero se facit seruũ ergo mul tum errat. maior patet qȝ efficitur crudelis sibipsi. minor est apostoli ad Galath. v. vbi vtrunq; ostendit dicens. Itaq; fratres mei nō sum⁹ filij ancille sȝ libere qua libertate xps nos liberauit. Super quo di cit glo. nō sumus filij ãcille qȝ non sumus serui peccati vel legis sed libere. s. iherusalem celestis qui est populus nouus regni celoꝝ ⁊ non alio modo sum⁹ filij libere sed per eã libertateȝ qua libertate. i. p quã libertatē xps nos liberauit. q imu nis a peccato ex dilectiōe obediēs fuerit. libertas ergo qua liberati sumus a xpo est peccatoꝝ remissio et fidei p operantis dilectionē iu stificatio. hec ibi. Secũdũ ostēdit c. eodē dicens. State ergo ⁊ nolite iterũ seruitutis iugo cōtineri. Ec ce ego paulus dico vobis qm̃ si cir cuncidimini xps nihil vobis pde rit. Super quo gl. dicit Galathas hortatur ne se iugo legis velint su bijcere ⁊ terret periculi cōminatio ne. et qȝ per xpm liberi estis ergo state ⁊ firma fide. firo pede pmane te i libertate ⁊ nolite cōtineri iugo

seruitutis.i. legis q̄ in seruitutem generat. Et addit iterū nō q2 galathe prius legē custodierint s3 duz circūcisionis et legaliū obseruationū iugo se subijciebāt quasi ad eos dē reuertebant cultus quib9 i ydolatria ante seruiebāt. q2 nō ē leuior hec legis seruitus q̄ ydolatrie. Nota terribile verbū gloriosi Iheronimi. sequitur Iheronimus autez ista legalia post xp̄i passionē siue i eis spes ponatur siue nō obseruantibus. dixit noxia esse nisi dispēsatorie custodiantur et s̄m hoc locus hic ita exponitur. si circūcidamini nihil vobis xp̄s ꝓderit q2 circūcisio iam non solum prodest s3 obest Anteq̄ noua inciperet predicatio oportuit circuncidi nunc aūt lege xp̄i succedente nihil proderit fideli addita circuncisio s3 oberit. mai9 enim malum est ex libero seruū fieri q̄ nasci. hec in glosa. Et hoc habetur manifeste q̄ magis peccat xp̄ianus circūcidens seip̄m vel filium suum q̄ iudeus eodem genere peccati ꝛ ceteris paribus circūstātijs. Patet etiam ex prehabitis q̄ xp̄ianus vtens circuncisione nimis errat cum se faciat veterē creaturam nouam deserendo vt patuit argumento primo. Et quia circumcisio nihil ei valet vt patet argumento primo et secundo. ꝛ de libero se facit seruum vt patet argumēto. iij. ¶ Item quarto arguitur sic. Quicunq3 de amico dei se constituit inimicum eius et ei odiosum valde errat. Sed christianus vtēs circūcisione est talis. ergo valde errat. maior est nota. minor probatur per locum a minori. quia si iudeus vtens circūcisione est blasphem9 ꝛ in cōtinua ira ꝛ odio dei vt declaratum fuit superi9 libro primo consideratione tertia ar. vi. in scd̄o pūcto. ergo multo fortius erunt blasphemi et in cōtinua ira et odio dei quicūq3 xp̄iani vtentes circūcisiōe ꝛ tāto grauius peccāt q̄ iudei q̄to ipsi confitētur iesuz xp̄m esse filiū dei ꝛ virginis marie verum messiā venisse in mūdū et cōplesse p mortē suam quod fuit per deū ꝓmissū. ¶ Ex quo elicit correlariū dn̄s cesariensis in tractatu cōtra sarracenos dicens. Quicūq3 manifeste intelligere pōt q̄ grauissimū peccatum cōmittūt et in q̄ ꝓfundissimā heresim incurrunt neophiti de iudeis facti xp̄iani. Si postq̄ recesserūt baptismū cōfitētes fidē xp̄i q̄ fuit natus de virgine q̄ mortu9 fuit ꝛ resurrexit et ascendit ad celos ipsi redeunt sicut prius ad obseruandū sabbatū ꝛ volendo sicut prius seruare legē moysi nō comedere ea que in illa prohibentur. ꝛ si circūcidūt filios suos postq̄ baptizati sunt in hoc non debēt habere aliquā patientiā xp̄iani q̄ non corrigat qn̄ talis actus venerit ad noticiā suam cū sit ex toto ꝛ totaliter actus fidei xp̄iane cōtrarius. q2 ex quo mysteriū circūcisionis et spes aduent9 messie et illud quod quis expectat nō habet ipso facto intelligitur q̄ tales circuncidentes faciunt professionez iesum xp̄m non eē natū ex v̄gine nec crucifixū nec mortuū nec resuscitatū nec ascendisse ad celos. hec ille. Manifeste

iste doctor ostendit i predictis omnes xpianos vtentes circūcisione esse hereticos. ¶ Sed nūquid sūt aliqui tales isto tempore certe nō sum testis de visu. sed illi qui viderunt filios xpianorū circūcisos ꝓ proprijs oculis testimoniū perhibuerunt et phibent et scimus ꝙ verū est testimonium eorum. Et vt cooperiret istud grauissimum crimē et peruersam heresim vnus xpianus habēs duos filios circūcisos quorū vnus est apud nos dixit hos sic natos cum circūcisione quod dictum quante irrationabilitatis et falsitatis satis notum est. Si enim istud esset possibile ꝙ circuncisio fieret in ventre matris in abraham primo circunciso ostendisset miraculo deus: et frustra fuisset culter lapideus ad circuncidendū in lege. Et iterum quia non diceretur circuncisio ex quo per nihil preputium scissum est circuncurca. sed diceretur illō tale si sic accideret mōstrū in natura propter defectū materie. sicut ille qui nascitur cū aliquo defectuoso membro. Item quia cum natura intendit generationē nunꝙ deficit in membris generationis. in aliquo preputium autē est de complemento membri generationis: et propter hoc mouet dubium franciscus de maronis i materia de generali resurrectione si omnes resurgent cum circuncisione. et dicit ꝙ non quia preputium videtur pertinere ad integritatē hominis: ideo cum ea erit futura resurrectio: cum sic fuerint creati primi parentes. ¶ Sed tūc est dubium si christus cum preputio resurrexit dicitur ꝙ sic. ꝙ dicit apostolus ꝙ in virum perfectum. hec ille. Patet ergo irrationabilitas et falsitas illius dicti. ꝙ nati sunt et filij circuncisi. Mulier etiam quedam in ciuitate zamorēsi. habens duos filios paruulos circuncisos timens ꝙ hoc veniat ad noticiam cuiusdam ibidem: verbum dei predicantis et reprehendentis dure peccata malorum christianorū die quadam cum transitum faceret ante domum dicte mulieris gardianus conuentus dicte ciuitatis exiuit ad eū mulier illa et hylari vultu ipsum recipiens inter cetera dixit sibi. Nescitis domine quid accidit his duobus filijs meis. Cū enim edificaretur hec domus noua et eēt hic multum de calce iste paruulus ludens de calce intra preputiū posuit propter quod calefacta virgula necesse fuit ꝙ vocaremus cirurgicum qui abscidit preputiū eiusdem vt curaretur. Similiter iste alius paruulus ponens paleas intra preputium infirmatus fuit in virga. propter quod a cirurgico ēt abcisum est preputium: et sic videntur circuncisi. Et tamē nō fuit aliud nisi quod dictum est. Gardianus vero ille miratus est de verbo cum non quereret de materia illa et dissimulauit cognoscens fictionē satis coloratam. ¶ Sed quid amplius dolendum est nec sine amaritudine cordis exprimere queo. ꝙ adulti eorum qui iā longo tempore citra nomine xpiano gaudebāt alij circūcisi sunt. Cum enim predi

carem anno dñi. Millesimo.cccc. lix.in villa metine de campis ꝛ relatum fuisset mihi per virum religiosuz eiusdem gentis ꝙ essent ibi plures heretici occulti qui asserebant iesu christi euangelium esse falsum vt dicetur infra:zelo fidei succensus predicaui ibi plures sermones de excellentia nostre fidei damnando errores predictos vt dominus mihi dedit. Certificatus sũ deinde quasi sex mensibus elapsis per illũ qui bene nouerat eorum secreta.nihil occultum qđ non sciat ꝙ eo tempore quo ibi predicabatur fuerunt in quadam domo dicte ville secretissime occulti fere.xxx. eorum noniter circũcisi pro vulneribus circũcisionis sanandis. Alij vero conuersi sunt ad iudaismũ sicut de eadem villa:et credo ꝙ vn⁹ magistrorum qui dicebatur magister Franciscus medicus vendit3 secrete que possidebat in iherusalem profectus factus est iudeus. sicut mihi rex retulit pñte quodã iudeo medico qui idẽ asseruit fore verum. De pluribus alijs dicitur ꝙ preparant se secrete vt similiter faciant illusi dyabolico consilio deo pmittente.qui ꝓpter eorum peccata dat eos i reprobũ sensũ. ¶ Isti tales xpiani vtentes circũcisione inimici dei et magis heretici sunt illi de quibus paulus ad Tytuz in primo ca. enumerat.xv. cõditiões pessimas.s. ꝙ sunt inobedientes. vaniloqui : seductores: vniuersas domos subuertentes:docẽtes que non oportet. mendaces. crudeles. gulosi.non sani in fide.intẽdentes iudaicis fabulis. auertentes se a veritate.confitentes se nosse deuz factis negantes. abominabiles incredibiles.ad oẽ opus bonum reprobi:cuius verba ad litteraz sunt hec.Sunt enim multi inobedientes vaniloqui et seductores maxie qui de circũcisioue sunt quos oportet redargui qui vniuersas domos docentes que non oport3 lucri gratia.Dixit quidã ex illis ꝓprius eorum propheta. Cretenses semper mendaces.male bestie ventris pigri:testimonium hoc verũ est.quã ob causam increpa illos dure vt sani sint in fide non intendentes iudaicis fabulis et mandatis hominum aduersantiũ se a veritate:omnia eñi munda mundis. Coinquinatis autem et infidelibus nihil mũdum sed inquinate sunt eorum et mens et conscientia.Cõfitentur enim se nosse deum. factis autem negant cum sint abhominabiles ꝛ incredibiles et ad omne opus reprobi:super quo glosa ordiaria sic dicit. Inobedientes in se.vaniloqui ad alios ꝛ seductores circũuẽtionibus et cuiuscũq3 generis fraudibus maxime qui de circũcisione sunt.i.de iudeis qui sub nomie xpi iudaizare docebant. Renati enim in xpo non puri erant xpiani:quia partim legem partim christum venerari volebant.de quibus subdit quos oportet redargui.ideo q2 ipsi sunt qui subuertunt vniuersas domos id est totam familiam docentes que non oportet et hoc faciunt gratia turpis lucri.s.terrene rei ꝓ terrenis acquirendis. dixit quasi

tales vere sunt sicut dixit quidam ex illis qui eos noverat. Iste sunt epigmides cretensis. In cuius libris hoc invenitur nomen eius nō commemorauit apostolus. quia inter prophetas dei non invenitur. ppheta quia verū dixit. & si pphe ta esset illorum non dei & proprius illorum quia eorum naturam bene aperuit quod vtiq ad hoc dictum est ne dei ppheta videretur sʒ illorum. Cretenses semper sunt mendaces: exptus sum et longo tempore hanc mendacij pprietatem non dico iocosam sed perniciosam in viris religiosis eiusdeʒ gentis qs sanctos primitus reputabam. nūc vero angelos sathane in lucis angelos transformatos potius reputaui. Cum secundum veram conscientiam nihil in eis nisi simulatā equitatem senserim que duplex est iniquitas. male bestie. s. sanguineʒ sitientis: & ventris pigri. id est gulosi. & ideo pigri. Et ne minus credas ei quia gentilis erat. eius verba commendat apostolus dicens. Testimonium hoc verum est quia vanis atq superfluis gentiliū superstitionum et poeticarum sentērijs abrasis atq decisis. quod purum repertum fuerit ad ministeriū domus dei assumendum est. Quaʒ ob causam quasi doceret quod nō oportet quaʒ ob cām increpa illos non vt soles molliter sed dure vt sani sint in fide. i. vt recte credāt quasi dicat non recte credunt. ¶ Ego enim vidi quandam pesquipiam que casu venit ad manus meas. Et que facta fuit cōtra hanc gentē in ciuitate toleti. & inter multa que ibi legi. vnde notatur φ aliqui eoꝝ nō sint sani in fide sicut ea q̄ sequūtur. Primo φ filios suos circūcidunt. Secundo φ sacramentū altaris nihil aliud est nisi quedam cerimonia vt sacerdotes trahant gentes ad deuotionem. Tertio φ mittunt etiam oleum et habent lāpades in synagogis iudeoruʒ. Quarto φ obseruant sabbatuʒ sicut iudei & operantur occulte die dominica. Quinto φ faciunt iuramēta. sicut iudei in cōtractibus suis dicētes φ per nomē creatoris viuiveri qui fecit mare et arenas & celuʒ et stellas: & dederit tabulas legis moysi φ ipse daret & solueret etc. Sexto φ fides catholica erat quedā truffa & φ nihil aliud erat i hac vita nisi nasci & mori et φ totū aliud vanitas erat. Septimo φ cū in periculis se videbāt nūq nominabāt xp̄m nec beatam virginē sed dicebāt adiuuant te Adonay. Octauo φ virgo maria nō erat nominanda φ fuerat quedā peccatrix que stat sub cauda iuda. Nono φ in die iouis sancto occidebant agnū et comedebant. Decimo φ cū sunt in ecclesia non attēdūt cū eleuatur corpus xp̄i nec signāt se nisi cum dimidia cruce. Undecimo φ fingunt paruulos in periculo cuʒ nascuntur et dicūt φ pp̄ter periculū baptizant eos & nō est sic sicut de duab⁹ filiabus alfandari cursoris domorū inuenitur ibidē φ cū eēnt. xviij. ānorū fuerūt baptizate. Duodecimo φ faciūt circa defūctos oēs cerimonias iudeoꝝ. Tredecio φ cōtrahūt

matrimonia in gradu ꝓhibito sine dispēsatione ecclesie. Decimoquarto ꝙ mittunt paruulos ad synagogas: vt doceantur in eisdē. Decimo quinto ꝙ deridēt de sacramēto baptismi: ⁊ de cerimoniis que fiunt a sacerdote. Decimosexto ꝙ dant publice ad vsuras antiquis xp̄ianis in lege xp̄i dicēdo: ꝙ dicti xp̄iani sunt sui inimici ⁊ legis. Et ideo nō peccant dando ad vsurā eis: immo ꝙ cū hoc faciant lucrantur indulgentias. Decimoseptimo ꝙ non curant de excōicationibus: nec de absolutione accipienda. nec credunt nec intelligunt si sunt excōicati: ꝙ sunt excōicati ꝓpter debita ad que tenētur. cum ꝓpter illa soluenda excōicantur. ⁊ si soluunt hoc faciūt vt non capiātur: vel vt non euitentur. sed non timore dei: nec vt euitent periculū animarū suarū. ⁊ cuȝ hac incredulitate non curant de absolutione dicētes. ꝙ soluto debito amotū est peccatū. ⁊ ꝙ nō indigēt absolutione. ⁊ sic dimittunt se stare excōicatos toto tp̄e vite sue. Decimooctauo ꝙ raro audiūt missam ⁊ diuina officia raro ⁊ confitentur ⁊ si veniunt ad confessionē. hoc faciunt ꝓpter verecundiā. ⁊ vt non expellantur ab ecclesiis. et nunꝙ confitentur aliquod peccatum: sed opera virtutis ⁊ sanctitatis: licet sciant publici pctōres. Decimonono ꝙ sacr̄m ꝯfessiōis ordinauerūt xij. ebrij q̄ fuerūt cā ꝙ occiderētur ꝑ mūdū plures ꝙ̄. xx. mille ꝑsone. Uicesimo ꝙ sunt ydolatre. qꝛ inuenit in eadē pesquisa ꝑ illū testē q̄ vidit iuramēto ꝑstito ꝙ Alfonsius gundisalui de faro predicte ciuitatis ciues ⁊ p̄dicte gētis cū Mēcia alfonci vxore sua habebāt ī eadem domo vnū retabulū de petra tabulis coopertū cū ianuis suis: ī quo erant. iiij. imagines lignee firmiter coniuncte lapidi illi. figura vnius illaꝝ erat hoīs lōgi magne q̄titatis habētis coronā aureā ⁊ a sona infra erat ymago illa nigra sicut carbo. Tres vero ille imagines habebāt figurā domicellarū. erant tñ nigre sicut carbones habētes capillos protensos: sed nigros. Et dixit testis ille iuratus q̄ vidit ꝙ predicti tenebant dictum retabulum in quodaȝ loco occulto scȝ ī tecto camere quadrate in qua dormiebant. ⁊ claudebatur tabulis cū clauis. Cum vero erat pulsata campana pro aue maria precipiebant predicto testi cum eis cōmoranti vt ascenderet ad predictum locū cum quadam scala qui amouebat clauos ⁊ tabulas illas. ⁊ extrahebat predictum retabulum: et ligato fune vsqꝫ ad eorum manus suspēdebat. Qui recipientes illud faciebāt ꝙ predictus testis adoraret imagīes illas ⁊ deoscularetur ora ipōꝝ dicēdo ꝙ erāt sancti ⁊ statim extinguebant cādelas: ⁊ crucibula que incensa tenebant ⁊ orabāt magno spacio ante ydola illa ī arabico vsqꝫ ad galli cantum. In qua hora vocabāt iterum predictum testem ⁊ faciebāt ꝙ verum eleuaret retabuluȝ illud ad predictum locum claudēdo sicut prius diligenter. Dixit etiā ꝙ qualibet die hora meridiana illud

faciebant ꝛ ꝙ hunc laborē habuit ꝙdiu vixit cū eis. Dixit etiā de illis ꝙ comedebant carnes per totam quadragesimā: sextisqȝ ferijs ac in diebus sabbatoꝝ. Vicesimo primo ꝙ sunt peiores heretici ꝙ̄ arriani ꝛ quicunqȝ aliȳ qui contra legē xp̄i errauerunt: sicut patet in predicta pesquisia de errore didaci gomes baccalarij filij de mosen iohā. eiusdē gentis sicut affirmauit iuramēto interposito. Aluarus fernandi medicus predicte ciuitatis côuicin⁹ presentatus in testem in forma iuris. dicit eū ꝙ loquendo de lege xp̄i ꝛ lege iudeorū cū eo ꝙ dixit ei predictus baccalari⁹ ambulate: q2 nihil scitis: q2 si sciretis scripturas quas nos habemus vos miraremini. Qui dixit sibi. Que scripture sunt ille: q2 ego sepe pertrāsiui testamētū vetus ꝛ nouū: ꝛ cum hoc etiā signaui plura loca predicte scripture. Respōdit predictus didacus gomes baccalarius tota ipsa scriptura est ꝑ populo: sed nostri litterati alias scripturas habēt maioris certitudinis: et maioris auctoritatis. Cumqȝ predictus testis cogitaret ꝙ illa essent aliqua magna mysteria sctissime trinitatis: vel incarnationis vel verbi diuini. seu natiuitatis xp̄i mortis vel resurrectionis: vel sanctissimi sacramēti altaris: dixit sibi ꝙ ostenderet eidē. Et ipse respōdit ꝙ totū erat scriptum in hebraico. Et iterum dixit ei. Quid ē illud quod est ibi scriptū vltra illud quod tenet in biblia. Respondit ei ꝙ hec erant secreta rerum preteritarū. scilicet quis fuit Abraam: et adhuc xp̄s: ꝛ quis Machometus: ꝛ quos spiritus habuerūt quilibet eorū ꝛ ꝙ mirabantur de gentibus qui credunt tot insipiētias sicut dicunt: quia abraam querebat spiritū qui respōderet suis petitionib⁹ ꝛ non inueniebat. Quadā vero die abraam existente nudo in quodā circulo côuocādo spiritū qui ei responderet nihil vidit de quo possit sanguinē extrahere nisi de virga virili sua: ꝛ circūcidit se: ꝛ cū cecidit sanguis statim respōdit sibi spūs saturni ꝛ ꝙ totū aliud erat derisio quedam. Et dixit ei spiritus ꝙ in annis saturni sunt octoginta puncta: ꝛ ꝙcquid diceret sic erit: ꝛ ꝙ illa puncta reuelauit spūs abrae ꝛ Abraam filijs suis. ꝛ sic ꝑ illa ꝓphetabāt ꝓphete. Dicit etiā ei ꝙ iesus xp̄s habuerat spiritū mercurij. ꝛ ꝙ addiscebāt cū vno magno rabino ipe iesus ꝛ iudas scarioth ac atrȳ iudei: ꝛ ꝙ iesus fuit filocaptus de quadā iuuēcula iudea. qd̄ cum cognouit ille rabinus posuit excōicationē sup iesum xp̄m per x. dies: ꝛ in octauo die dilatauit ex cōmunicationem. per. xx. ꝛ deinde dilatauit. per. xxx. dies. Et cū hoc vidit iesus xp̄s recessit ꝛ separauit se ab illo rabino. ꝛ ꝙ incepit p̄dicare contra magistrum suū: ꝛ ꝙ sic ambulādo appropīquauit vn⁹ predictorum octoginta punctorū saturni: et dixit ꝙ posuit se iesus xp̄s ad seruandum punctum illu3 per partem suam: et rabinus ille per suam ꝛ iudas similiter. Et di

Fit q̄ rabinus ille ⁊ iudas dormie runt: ⁊ q̄ iesus christus vigilauit optime: et cum venit ille punctus dixit q̄ dixi iesus xp̄s. Dn̄e deus miserere omniū qui me audierint ⁊ in me credēt. ⁊ in hoc excitatus est rabinus. Tace mala morte mo riaris tu ⁊ tui credentes. Excitatus etiā iudas dixit. Male finiaʒ ego si de te non dedero malum finē: ⁊ dixit q̄ sic totū impletuʒ fuit ⁊ q̄ iudei maledicūt illum rabinū quia excōicauit iesum xp̄m dicentes. q̄ si non excōicauerat eum totū mundū conuerterat ad iudaismū. Et ideo vtrūq; maledicūt: sʒ plus iesum xp̄m: q2 maledixit eos Dixit etiam vlterius q̄ machometus habuit spiritū martis. Et tot ⁊ tanta dicebat iste testis q̄ habebat in scriptis q̄ plus videbātur stulta figmenta cōposita maliciose ⁊ ex inuidia ⁊ peiora q̄ dixerāt Arriani ⁊ manichei. Dicebāt etiā q̄ per malam artem iesus xp̄s fecerat in morte sua terremotum: et q̄ propter talia prophete fuerant occisi. quia vtebantur malis artibus: ⁊ q̄ sic etiam a simili fuerant mortui sicut mali ⁊ falsi per iusticiam. ⁊ taliter mortui sunt qualiter opera fecerunt. Dicebat enim q̄ sct̄m sacramētū altaris ordinatum fuerat in formā hostie rotūde sicut sol: quia erat sacrificiū solis ⁊ q̄ iupiter sol ⁊ mercurius ordinauerant legem xp̄ianorum: sic q̄ iupiter accepit habitum: mercurius sermoneʒ: sol vero sacrificiū. Et cum predicta ⁊ multa alia abhominabilia audiuit predictus testis ab illo didacogomecii non solum contra legem iudeorum: sed etiam christianorum: dicit q̄ separauit se ab eo. Uidit enim q̄ sic expediebat ei: quia peiora videbantur predicta q̄ ydolatrare. Dicebat enim si in isto qui est graduatus in scientia ⁊ filius doctoris talia inueniuntur: quid erit in aliis Dixit etiam predictus testis q̄ tātum cognoscebat de predicta gente q̄ plus crederet vni sarraceno qui iuraret sibi in lege sua q̄ vni cōuerso q̄ iuraret sup sctā dei sibi euangelia. ⁊ q̄ boni inter eos sunt pauci. Et p maiori parte sunt augures sortientes: creditores malarum rerum: somniatores: intromissi in oibus aliis artibus. Uicesimo secūdo q̄ sacerdos quidam eiusdē gentis consecrauit die quadam quinq; hostias: quarum vnā sumpsit ⁊ alias tradidit fratrib⁹ suis ⁊ nescitur quid factū est de illis. Hec ⁊ plura alia continentur in predicta pesquisia que breuitatis causa obmitto. ¶ Itē me existēte in ciuitate Segobiens̄ anno milesimo. cccclix. cum iudei celebrarent festum tabernaculorum: ⁊ vnus iudeus timeret puniri ab alio in synagoga propter aliquod peccatum commissum recommendauit se cuidam christiano algazelo iudeorum vt veniens in synagogaʒ presens nō permitteret punitionem eiusdem. Qui veniens vidit synagogam plenam hominibus orantibus ac illustratam luminarium multitudine. Et cuʒ ad ianuam synagoge permaneret exi

nit vnus capite cooperto: qui cuz quesiuisset ab eo quis esset: agnouit eũ esse vnum de conuersis predicte ciuitatis. Qui miratus ⁊ volens videre amplius inuenit plures alios ibidẽ cuz iudeis habitu ⁊ oratione cõformes: que oia predictus algazelus oibus volẽtib⁹ audire publice affirmabat. ¶ Itẽ in villa de formesta hui⁹ regni castelle: quidam barbitonsor eiusdẽ gentis. Cuius nomen Fernãdus sauciũ publice dixit: et sepe idem affirmauit. scilz ꝙ iesus xp̃s non erat verus deus: nec credebat in eũ: ⁊ ꝙ deus nũꝙ habuerat filiũ: sz ꝙ solũ credebat ĩ illo vno deo q̃ fecit celũ ⁊ stellas: mare ⁊ arenas ¶ Itez peruersus hereticus fuit accusatus coram dño petro palẽtino qui facta inquisitione inuentũ est testimonijs septẽ testiũ eadem dixisse: vt ego vidi in pesquisia q̃ ad manus meas deuenit ꝑ mãdatum dicti epĩ qui cepit predictuz malũ xp̃ianũ. ⁊ timore mortis potius ꝙ amore veritatis abiurauit heresim ibi publice vbi peccauit. Deinde fuit absolutus ab excõicatione in forma iuris per me ex cõmissione mihi facta per predictuz diocesanum ⁊ demũ positus in carcere a quo exire ſm ius non debebat. Rogaminib⁹ tñ multorũ liberatus a carceribus: relegatus est exilio a predicto loco decẽ annis. hec acciderũt anno dñi. M.cccc. lviij. In predicta villa notarius publicus pesquisie fuit petr⁹ martini calderon. testes vero Rodericus garsie de Alna: ⁊ alfonsus lupitonsor. ⁊ Alfonsus de villa regali faber. ⁊ Alfonsus sauciũ: ⁊ aguilar. ⁊ Fernãdus sauciũ pretor. ⁊ alfonsus fernãdi Romo. ⁊ Gundisaluus pancho macellarius. Fert etiã ꝙ est liber quidem apud eos quẽ cõposuit magister Martinus toletanus astrologus cõtra fidem catholicã qui liber ne cognosceretur ꝙ ab ipso factus esset verso nomie suo ipm intitulauit: qꝛ ipse lingua nostra vocat Martin. ⁊ ex hoc verso noie intitulauit illum libruz nitram. Ex quibus omnibus manifeste patet ꝙ nõ sunt sani in fide plures eorũ: vt dicit paulus. Increpa ergo illos dure: vt sani sint in fide. i. vt recte credãt sicut dictũ est. ¶ Sequit textus cũ glo. nõ intẽdẽtes iudaicis fabulis litteralis obseruantie. In qua nemo iustificatur apud deũ ⁊ mandatis hoim. qꝛ mãdata legis post manifestã veritatez iam hoim ⁊ nõ dei mandata sunt: hominũ dico auertentiũ se a veritate spũalis intelligentie. Quicq̃d eñ aduersus veritatẽ opponitur humana inuẽtio est. Ideo mãdata hoim ⁊ fabulas appellat que narrãt: quia nescientes vim scripturarũ interiora verborum legis colorẽ sequuntur: nõ saporem. Putant enim nunꝙ recedendum esse ab his que moyses tradidit: vtputa de escarum differentia. Omnia enim quasi se auertunt vere a veritate: quia omnia humanis vsibus concessa munda sunt mũdis. scilicet illis qui fide bona sumunt ⁊ iusti sunt. quod ipi negant. ideo quia in lege quedam

Moyses prohibuit: et ab immundis mundandis creuit. hoc autem non secundum naturas quas deus creauit intelligi voluit: sed secundum significationes. Omnia ergo munda sunt mundis secundum naturam in qua creata sunt. Unde in genesi. Uidit deus cuncta que fecerat: et erant valde bona. Secundum significationes tamen quedam immunda sunt iudeis: nec nobis omnia apta sunt: vel propter salutem corporum: vel propter consuetudinem humane societatis. Cum ergo cuique sua redduntur et naturalem ordinem seruant omnia munda sunt mundis. Contaminatis autem per peccata et infidelibus. scilicet qui non credunt in deum vel deo nihil mundum est: quia non sunt dignis donis dei: sed et mens. id est intellectus et conscientia eorum inquinate sunt quasi non ex cibo est inquinatio eorum: sed ex malo intellectu et conscientia peccatorum. Et vere mens et conscientia eorum coinquinate sunt. quia confitentur quidem verbis se nosse deum factis autem negant. vnde. i. Jo. ij. dicitur. Qui dicit se nosse deum: et mandata eius non custodit mendax est: si negatio non tantum lingua fit: sed et factis certe multos inuenimus antichristos qui ore confitentur christum: et moribus dissentiunt ab eo Quisquis factis negat christum antichristus est. Tales enim sunt omnes mali catholici qui non verbis: sed factis negant. Nolite ergo esse de fide securi. adiungite fidei recte vitam rectam vt christum confiteamur verbis vera dicendo et factis bene viuendo. Nam si confitemini verbis et non factis. fides talium morum proprie est fides demoniorum. Cum sint quasi se confitentes nosse deum cum tamen sint abhominabiles. id est deo odibiles et incredibiles. i. nec abiles credere: et ad omne opus bonum reprobi. i. a deo reprobati. vt non habeant gratiam ad bene operandum. hec in glosa. ¶ Patet ergo ex predictis quales sunt illi christiani qui vtuntur circuncisione carnali: et quomodo incidunt in crimen heresis. et propterea sunt dure reprehendendi et digne castigandi ab illis quorum officium est errores contra fidem catholicam inquirere. Et sic patet prima conclusio huius primi erroris. s. quod erroneum est immo hereticum est christiano vti circuncisione carnali. ¶ Ad argumenta super que fundari videbatur predicta heresis. licet ex precedentibus satis pateat eorum solutio dicitur tamen quod lex illa Ge. xvij. masculus cuius preputij caro circuncisa etc. Durauit vsque verus messias christus eam in seipso impleuit. et premissa fuit vsque post euangelij publicationem. ¶ Ad secundum in quo dicitur quod christus fuit circuncisus. ergo et nos debemus circuncidi. Respondeo quod istud argumentum peccat ex defectu imaginationis. Cogitant enim heretici quod causa quare christus fuit circuncisus in carne fuit: vt et nos taliter circuncideremur: sed non est sic. Et licet multe assignentur a doctoribus rationes quare voluit circuncidi dominus

iesus: in presenti tamen sufficiunt tres. Prima est vt ipse se ostenderet filium Abrae: cui preceptū circuncisionis erat factum: ⁊ promissio nascituri seminis. et sic dei promissionem assignaret impletā. Secunda ratio: vt circuncisionem sicut ⁊ alia legalia suscipiēs ab onere legis nos liberaret dando finē legi scripte. Tertia ratio vt fratrē iudeorum se ostenderet ne haberēt iustam occasionem ipsum repellendi. Sic ergo impleuit preceptū domini. Infans octo dierum circuncidetur Gen. xvij. Et sic manet lex illa vacua iure quo erat plena ante xp̄i circūcisionem: ex quo facta est plenitudo promissi. ⁊ plene fuit declaratum supra libro primo consideratione tertia articulo. vi. Et q2 inter ceteras hereses hec feruet ꝓ presenti intantū: vt plurimi etiam adulti circūcidantur ⁊ vendit᷑ omnibus exeunt regnum: iudei efficiātur: vt dictū est. Ideo cum hec pestis rabida conetur ex toto subuertere legem xp̄i. Ideo viriliter resistendum est. precipue a diocesanis et inquisitoribus heretice prauitatis. ac etiam a predicatoribus euāgelicis. Necnon a principibus brachij secularis. ⁊ ab omnibus militibus ⁊ veris catholicis. quia non est minus quin hec massa sit multū corrupta in occultis. ⁊ iō multū periculosa. q2 s̄m Bern̄. super cātica plus nocet falsus catholic᷒ ꝙ si vere appareret heretic᷒. ⁊ nulla efficacior pestis ad nocēdū ꝙ familiaris inimic᷒: q̄les sunt isti iter nos. vnde dn̄s Ezech. xiij. c. illos q̄ non resistunt hereticis acriter reprehēdit dicens. Non ascendistis ex aduerso: nec opposuistis vos murum ꝓ domo israel: vt staretis in prelio Ex aduerso em̄ ascendere ⁊ ꝓ domo israel sē opponere murum est ꝓ defensione catholice veritatis cuicunq3 heretico domū israel que est ecclesia cupiēti destruere totis viribus obuiare. ꝙ Urbanus videtur innuere. i. q. iij. c. saluator predicit in euangelio circa finem seculi pseudo christi ⁊ pseudo ꝓphetas surgere ⁊ multos seducere. ⁊ fideles suos in mundo multas habituras pressuras. sed tamen portas inferi nō preualituras ꝓinde: vt ait apostolus. i. Corinth. x. oportet eē hereses: vt qui ꝓbati sunt manifesti fiant oportet nos cum ꝓpheta ex aduerso fugere ⁊ murum opponere pro domo israel. ⁊ cum apostolo: vt dicitur Act. xiiij. per multas tribulationes intrare in regnū dei qm̄ non sunt condigne passiones huius temporis ad futurā3 gloriā que reuelabitur in nobis. Ro. viij. Ex quibus datur intelligi ꝙ cōtra quascunq3 hereses insurgētes op3 catholicos ex aduersos cōsurgere ⁊ se murum opponere ꝓ defensione fidei catholice intantū etiam si papa fuit hereticus ⁊ fidem molitus fuerit destruere orthodoxam oportet catholicos omnes animose obuiare. ⁊ ideo non immerito ꝓhibentur neophiti ordinati. distin. xlviij. c. quoniam. §. i. Et assignat᷑ in textu cū glosa duplex causa. Prima ne incidant in superbiam. putātes ꝙ fides xp̄iana multū indiget

illis. Secundo quia nondum sunt experti statum ecclesie vel religionis. nec sciunt modos personaruz. Item non ieiunauerunt. non steterunt. nec fleuerũt. nec probati sunt Unde tales nec ad minores debent ꝓmoueri nec tõsurari. ar. xix. q. iij. monasterijs. ¶ Secũda conclusio est ꝙ necessariuz est christianis vti circuncisione spirituali. De qua loquitur Berñ. in sermone circuncisionis dicens. Fratres nos circuncidi necesse est. non littera: sed spiritu et veritate. circuncidi non in vno membro tantũ: sed in toto corpore simul. licet enim magis in ea parte: in qua mãdata est iudeis circuncisio regnet concupiscẽtia: vniuersam tamen occupat carnem. a planta pedis vsq ad verticem capitis non est in nobis sanitas. nec est pars aliqua que tabida non sit hoc veneno. hec ille. Ex quibus pz ꝙ nos xp̃iani debemus nos circuncidere: nõ in vno mẽbro tm̃: sed in omnibus. Sicut enim ridiculũ eẽt si quis in partem barbaz suã raderet. sic qui in parte circuncisionem spũalem facit ⁊ in parte se circuncisum reliquit. Debemus ergo nos circuncidere interius ⁊ exteriꝰ. Interius q̃tum ad cognitiones ⁊ desideria. ⁊ exterius q̃tum ad singula membra ⁊ opera. hec est circuncisio viciorum quã necesse est ꝙ faciamus. quia hec est que facit christianum iustum ⁊ sanctũ. ¶ Sz notanduz vlterius ꝙ potest predicta conclusio deduci ex quadruplici similitudine qua solet aliqua res circũcidi. Primo ad euitandum corruptionem. Secundo ad ꝓcurranduz fructificationem. Tertio ad demõstrandum distinctionẽ. Quarto ad attingẽdum congruam situationẽ. ¶ Primo ergo aliqua res debz circuncidi ad euitandũ corruptionez solet em̃ res aliqua circuncidi ne alia corrumpatur per ipsam. Uidemus em̃ ꝙ quando in pomo est aliqua pars putrida et corrupta nisi circuncidatur: pars sana per aliaz corrumpitur: dens etiam putridus ab ore expellitur: ne per eius fetorem totum os corrumpatur: et ita de membro putrido respectu corporis. Sic debemus nos circuncidere a peccatis: ne per vnum peccatum anima corrumpatur. et sic amittat vitam gratie. ⁊ per consequens vitam glorie. Et ideo scribitur Deutro. xxx. Circuncidet dñs deus cor tuum ⁊ cor seminis tui: vt diligas dñm deum tuuz ex toto corde tuo: vt possis viuere. Et nota ꝙ dicit circũcidet dñs deus cor tuũ. Ista em̃ mẽbra in quibus sunt iste turpes infirmitates corrodẽtes solent circuncidi: ne per morbũ membra aliqua corrumpantur. Et certe peccatuz in corde est infirmitas corrodẽs omnia bona gratie. vnde sicut vinum corruptum corrumpit dolium. ⁊ nimius calor cibũ ita cũ peccatum sit corruptio. ⁊ sit quasi quidam morbus infernalis qui qñ incipit oportet membrum circuncidi. Est em̃ ignis vsq ad consumptionem deuorans: animam corrũpit et comburit. ideo dicitur cor circuncidi: ne aĩa corrumpatur. Ideo dr̃ Deutro. x. Circuncidite ꝓputia

Nos sumus circuncisio qui spiritu seruimus deo. et gloriamur in xpo iesu. et non in carne fiduciã habẽtes. Et nota ꝙ dicit nos sumus circuncisio. i. circuncisi. et vide ꝙ isti armigeri qui seruiũt istis magnis dominis solent esse in noua tunica stricte cincti. stricte calciati. cum alba cucufa. cum serto pulchro. Ita illi qui seruiunt deo debent habere tunicam nouam pulchre ꝯscientie. stricte cincti cingulo castitatis et sancte affectionis. bene calciati exemplis sanctorum. cum alba cucufa intentionis recte que facit eleuare capillos. i. cognitiões ad deũ habentes in capite sertum de pulchris floribus. i. deuotis orationibus. talis sic circuncisus est de familia dei. vñ sicut miles cognoscitur ꝑm arma. sic ad signum peccati vel gratie cognoscitur filij dyaboli vel dei. vnde Iere. iiij. Circũcidimini domino. et auferte preputia cordium vestrorum. quasi dicat sitis circuncisi sicut decet famulos dei Gen. xvij. Circuncideritis carnẽ preputij vestri. i. a vobis omnẽ immundiciam auferetis. vt sit signũ federis inter me et vos. i. vt sit signum ꝙ estis de familia mea. necessariũ est ergo xp̄ianis vti circũcisione spũali. vt distinguatur a filijs dyaboli. ¶ Quarto ostenditur predicta ꝯclusio ex quarta similitudine qua solet aliqua res circuncidi. s. ad attingendum congruam situationem. Uidemus enim ꝙ lapides anteꝙ in edificio collocentur diligenter circunciduntur: vt melius in edificio valeant ordinari. Sic si volumus in edificio paradisi situari. oportet nos circuncidi ab omni peccato et poliri virtutibus et bonis operibus. Unde sicut lapides melius sculpti et politi et decorati solent poni in locis nobilioribus: ita magis boni et magis purgati et ornati ponentur in loco superiori et nobiliori. Nam ꝑm excellentiam meritorum recipient anime distributionẽ premiorũ: et ideo dicit beatus Gregori9. Urbs beata iherusalem dicta pacis visio que construitur in celis viuis ex lapidibus: et angelis coornata: vt sponsata comite. platee et muri eius ex auro purissimo. Porte nitent margaritis abditis patentibus et virtute meritorũ illuc introducitur ois qui ob xp̄i nomen hic in mundo premitur. Tonsionibus pressuris expoliti lapides suis cooperantur locis per manum artificis disponunt permãsuri sacris edificijs. Igitur dicit Exod. xij. Si quis peregrinorũ in vestrã voluerit transire coloniam. id est agriculturã vel cultũ religionis: a colo colis: et facere phase circũcidetur prius: patet quo modo necessarium est xp̄ianis vti circũcisione spirituali peccatorũ si volũt tanꝙ viui lapides collocari i gloria beatorum.

¶ De heresi eorum qui dicũt euãgelium esse falsum.


Secunda heresis est eorum qui dicũt euangeliũ esse falsum. quorũ motiuum est: q₂

quotienscunq; in aliqua doctrina inuenitur aliquid falsum tota illa doctrina iudicatur falsa. q2 ꝑm apostolū ad galath.v. modicū fermentū totā massam corrūpit. Sed sic est de euangelio xp̄i vt dicūt: ergo etc. Istud probāt q2 i euāgelio Mat.in.c.ij.inuenitur allegatum. vt impleretur qd̄ dictū est per prophetam. Ex egypto vocaui filium meū.dicunt isti q͡ in nullo inuenit̄ ꝓphetarum. Itē dicunt de illo qd̄ scribitur infra eodē ca.vt adimpleretur quod dictū est p̄ prophetas. quoniam nazareus vocabitur.quia hoc etiā in nullo prophetarum inuenitur vt ipsi dicunt. Cōcludunt ergo totum euangelium esse falsu3 ¶ Hunc errorem deprehendi cum predicarem in conuētu metine de cāpis.q2 in predicta villa multi de eodē genere erant eodem vulnere vulnerati.vt mihi per fide dignos ⁊ etiam de eodem genere fuit intimatū. Cōtra quos p̄dicaui eos eē non solum pessimos hereticos totum euangelium dānātes. sed etiā insipientes et ignorantes scripturas ꝓphetarum nō legentes in quibus expresse continetur quod euāgeliste affirmāt. Primum inuenit̄ expresse in primo.xij.ꝓphetarū minorū.s.in Osee in.c.xi. in p̄cipio vbi dicitur. Puer israel ⁊ dilexi eū et ex egypto vocaui filium meum. Ista auctoritas habet duplicē sensum vnum litteralem q2 verificata est ad litteram de populo israel vocato a domino de egypto.ꝑfectius tamen de domino iesu xp̄o qui est filius dei naturalis. Alij aūt sunt filij tm̄ per adoptionem sicut ⁊ illa auctoritas que habet̄.i. paral'.xxi. Ego ero illi in patrem: ⁊ ipse erit mihi in filium.ad litteram intelligitur de Salomone: tamen minus ꝓprie de domino autem nostro iesu xp̄o proprijssime vt dicit apostolus ad Hebr.i.dicens. Cui eni3 aliquando dixit angelorum fili⁹ me⁹ es tu etc. Et iterū ⁊ ego ero illi in patrem.⁊ ipse erit mihi in filium. ⁊ hoc modo intelligit euāgelista h' quod dicitur Osee.xi.vt dictu3 est Item possumus sicut dicit Hiero. in omel.aliter consolari hunc locū propter contentiosos quoꝝ cōsuetudinem Paulus apostolus se habere denegat: ⁊ ecclesiam xp̄i.et testimonium ꝓferimus ex minimis dicente Balaā.in.c.xxiiij. De⁹ eduxit illum de egypto cuius fortitudo similis est rinocerōtis.i. vnicornis quod est animal fortissimū. sed capitur in sinu virginis adolescentule prouocatus ad eius canticum dulcissimum. Sic et filius dei fortissimus cuius fortitudini nemo resistere poterat in sinu adolescentule virginis Marie ad eius dulcissimū canticum Ecce ancilla domini: prouocatus incarnatus est ⁊ māsuetissimus factus. Et sicut in morte vnicornis vt legitur in eius venatione due domicille concurrunt. quarum vna portat gladium.⁊ altera vrceū quarum cantu inebriatus que portat gladium eum occidit percutiēdo eum in corde.⁊ que vrceū portat recipit sanguinē quo purpura tingitur imperator. Sic in morte christi accidit domicella

portans gladium fuit synagoga q̄ ipsum occidit. Sed domicella portans vrceum fuit ecclesia catholica que sanguinez eius recipit qua purpura imperatorum. i. eorūz aīe rubricate sunt cum fidem xp̄i receperunt. et non solum illi. sed ⁊ oēs fideles eodem sanguine lauantur ⁊ mundissimi efficiuntur. Apoc. i. Dilexit nos ⁊ lauit nos a peccatis nostris in sanguine suo. licet ergo predicta auctoritas non inueniat ab hereticis p̄dictis insipientibus in lxx. interpretibus. querant vbi dictum est et inuenient. Secūda auctoritas inuenitur in primo maiorū ꝓphetarum. i. mosayca. c. xi. vbi dicitur. Egredietur virga de radice iesse: et flos de radice eius ascēdet vbi hebraica veritas sic habet. et nazareus de radice eius cōsurget. Nazareus interpretatur flos vel floridus. Ihero. autem transferēs secutus est interpretationem vocabuli dicēs. ⁊ flos de radice ⁊c. Euāgelista vero scribēs secutus est veritatem habraicam. qꝛ cum p̄dicta prophetia exponeretur de messia ad litteram. virga de radice iesse ē beata virgo que descendit de genere Dauid ⁊ sic de radice iesse q̄ fuit pater dauid: alio nomine dictus Ysai. et fuit virga rectissima sine aliqua obliquitate peccati. xp̄s vero fuit ex ea consurgens velut flos pulcerrimus. qꝛ speciosus forma pre filiis hoīm. psal. xliiij. Ipse est ergo nazareus: quia tot⁹ floridus et pulcerrimus. Ipse nazareus qꝛ in nazareth conceptus sicut patet Luce. ij. et qꝛ in nazareth nutritus sicut patet Math. ij. Predicte prophetie que vacue erant ante aduētum xp̄i in eius aduentu implete fuerunt. sicut patet Mathei. ij. qꝛ monitus Joseph per angelum vt fugeret in egyptum cū puero ⁊ matre eius propter Herodē. ⁊ ꝙ esset ibi vsqꝫ dum vocaretur iteruz per angelum defuncto Herode. sic factum est vt patet ibidem. Et sic de egypto dei filius fuit vocatus ⁊ veniens habitauit in ciuitate nazareth. vt patet ibidem et sic est impleta secunda ꝓphetia non solū qꝛ ibi conceptus sed etiam qꝛ ibi habitauit ⁊ fuit nutritus licet in bethleem natus et in iherusalem occisus. ¶ Itē dicūt euangeliū Marci esse falsum: ex eo ꝙ in eius principio dicitur vnum falsum. Scribitur enim ibi. Initium euangelij iesu xp̄i filij dei sicut scriptum est in Ysaia ꝓpheta. ecce ego mitto angelum meum ante faciez tuā qui preparabit viam tuam ante te vox clamantis in deserto. preparate viaz domini recte facite semitas eius. Modo dicunt isti. patet ꝙ primuz est falsum. s. ego mitto angelū meū ante faciē tuam cum nullibi reperiatur in Ysaia sed in malachia. Dicendū est ad hunc errorem secūdum ꝙ notat Nicolaus de lyra ꝙ Marcus ante eius conuersionem ad fidem fuit instructus in lege: ⁊ prophetis. ⁊ ideo incepit suū euangeliū. in vno contextu prophetias coniungens: quaruz prima scribit Malachie. iij. ⁊ secūda Ysa. xl. Verūtamē Marc⁹ hic solū exprimit Ysaiā prophetam dicens. sicut di-

cuz est in Jsaia pphetá. qr lz ābo pphete vno spiritu pphetauerint. Jsaias tamē principalior est altero. ꝛ ideo solus nominat et quia auctoritas vltima ē ipsius Jsaie. res autem denominatur a fine. Jdeo nō falsum dixit Marcus sed verū nominando Jsaiam: ꝛ subticendo malachiā. Jtem Beꝛn. ꝛ ponit in glo.l'ali. Nota ꝙ hoc testimonium Ecce ego mitto angelum meuz. est Malachie. vtrunqꝫ tamē dicit esse Jsa. qr ꝛ si non verba sensus tamē inuenitur in Jsa. et manifesti⁹ inuenitur in hoc versu. vox clamātis in deserto. Angelus enim qui mittitur ante faciem est vox clamātis in deserto. preparauit autem viam dicens. Parate viam domini. facite rectas semitas. potuit enim pro malachia. Jsaie nomen diuinitus occurrere. nec voluit marcus emēdare. qr omnes prophete vno spiritu locuti sunt quasi vno ore. Utraqꝫ solutio satisfaciat cuicunqꝫ intelligenti. ꝛ satis concorditer ad ppositum veritatis ꝛ ad cōfusionem malicie opponentis crimen falsitatis euangelio christi qui non solum verum dixit per euangelistas suos. sꝫ etiā est ipsa veritas. vt patet Joh. xiiij. ¶ Supradicti inciderunt in hanc peruersam heresim edocti a quodam religioso hispano eiusdez gentis in flandria qui eis legit aliqua capitula biblie. vt fertur in occulto damnando legem euangelicā cum essent ibi mercatores. et taliter impressit errorem predictum ꝛ alios in eis ꝙ venientes in hispaniaz multos alios peruerterunt in occultis. Et isti sunt illi de quibus supra dixi i prima heresi. ꝙ fuerint absconditi quasi per mensem p sanando vulnere circuncisionis. ꝛ ꝙ expectant in breui facere transituz in berberiam cuz illo Nōso nequā qui eos expectant secrete in ciuitate hispalensi. vt facto transitu ibi libere efficiantur iudei. Qui hoc nouit testimonium perhibuit. ꝛ scim⁹ qr verū est testimoniū eius.

¶ De heresi coꝝ qui negāt cōfessionē valere ad remissionē peccatoꝝ.



Ertia heresis ē coꝝ q̄ negant cōfessionez valere ad remissionē peccatoꝝ. Sunt enim nōnulli xp̄iane religionis inimici q̄ asserunt ꝙ cōfessio non valet ad remissionē peccatoꝝ. qđ pbare nitunt auctoritatibus ꝛ rōib⁹. Prio sic de⁹ gratis remittit peccatū nō merito hominis ergo nec p ꝯfessionē. si enim p confessionez remittit peccatū merito remittitur confitētis. ¶ Scđo sic. apostolus ait ad Tytū. iij. nō ex opib⁹ iusticie q̄ fecimus nos sed ꝑm suaz miaz saluos nos fecit: ergo non per confessionē ¶ Tertio sic ꝑm apostoluz ad Ro. ix. non est volentis neqꝫ currentis sed miserentis est dei. Prima eniꝫ gratia quam deus in nobis operatur est peccatorum remissio. ergo non mediante cōfessione sꝫ dei miseratiōe remittitur culpa. nō ergo cōfessio est necessaria ad salutem. ¶ Secūdo hoc pbare nituntur auctoritatibus sanctorū. Primo auc

toritate Ambro. super Lucã dicẽtis. Ideo fleuit petrus. quia culpa suppressit ei: non inuenio quid dixerit. inuenio ꝙ fleuit. lachrimas eius lego. satisfactionem nõ inuenio. ¶ Contra hanc heresiꝫ multe clamant auctoritates sanctoꝝ. Ait enim augu. Confitere quecũqꝫ fecisti que in verbo. que in ope. que in nocte. que in die. cõfitere in tẽpore oportuno. ⁊ in die salutis recipies celestẽ thesauruꝫ. ¶ Scḋo ait grego. Nõ vult de⁹ vicisci maliciã qui confiteri delicta ꝑsuadet optat dissolui confitẽtes ne cõtumaces punire cogatur quotidie xp̄i euangelium clemẽter vocat: confessionem tyrãni ex puro corde desiderat. et cuncta que delinquimus relaxat. ¶ Ad primam rationeꝫ qua dicũt heretici ꝙ de⁹ gratis remittit peccatum non merito hominis. Dicendum ꝙ sola dei gratia peccatuꝫ remittitur. nec confessio est causa efficiens remissiõis peccati: sed sola gratuita voluntas dei. Est tamẽ cõfessio causa sine qua non quia nisi homo peniteat a deo peccatum nõ remittetur. sicut sol domum illuminat: quia fenestra aperitur. non tamẽ aperitio fenestre est causa illuminationis sed causa occasionalis. causa vero efficiens illuminationis est ipse sol. ¶ Ad secundam rationeꝫ in qua dicitur ꝙ nõ ex opibus iusticie que fecimus nos: sic intelligendũ est ꝙ opa nõ excludunt gratiam nec gratia opera. quia ex gratia opera ⁊ ipsa gratia est cã efficiẽs nostre salutis. Similr̃ gratia non excludit penitentiam. nec penitentia gratiã. quia ⁊ penitẽtia quedam gratia est. ¶ Eodem modo respondendum est ad tertiaꝫ rationem non est volentis nec currẽtis. quia ꝗuis cursus id est opatio vel bona voluntas sit salutis occasio tamen efficiens cã salutis existit penes gratiam dei miserentis. deus enim primam gratiam operatur i nobis. id est peccati remissionem non meritis nostris exigentibus. sed misericordia sua tantum. ¶ Ad auctoritatẽ ambrosiĳ q̇ dicit se lacrimas petri legisse nõ satisfactionem vel confessionem. per hoc non excludit: qui multa facta sunt que scripta nõ sunt. vel dicitur ꝙ nondum facta erat institutio confessionis.

¶ De heresi eoꝝ qui negant cõfessionem fieri homini.



Quarta heresis est eorum qui concedũt confessionem fiendam sed negãt eam fiendaꝫ homini: dicunt enim isti heretici. Quid oporꝫ ꝙ ista publicatio peccatoruꝫ fiat modo in noua lege homini per ꝯfessioneꝫ ex quo in lege veteri non fiebat nisi deo per solã contritionẽ quid ergo oportet modo addere cõfessionem. ¶ Secũdo sic. Cris. sup epistolã ad hebreos dicit nõ dico tibi ꝙ te prodas i publicũ nec apud alios te accuses. sꝫ obedire te volo ꝓphete dicẽti psal. cxxxvi. Reuela viaꝫ tuã ante deũ. ergo ꝯfitere peccata tua añ verus

lior aere minus subtilis igne quo mediante fit sensus τ imaginatio: et iste perit cuz corpore talis spūs est in corpore bruti animantis et illud vegetat τ corpore pereūte perit τ ꝫm hoc ait Salomō: ꝙ vnus est interitus hois τ iumēti q̄tū ad corpus τ spiritū phisicū. ¶ Illius etiā predicte dānate opiniois fuerunt illi ex quorū persona dicitur. Sapiē.ij. ex nihilo nati sumus et post hoc erimus tanꝙ si non fuerimus. Huius ꝑuerse τ dānante opinionis fuerūt saducei: qui q: credebant ꝙ aīe nō erāt immortales negauerūt resurrectionē. sicut patet Act.xxiij. Hec etiā dānata opinio istis tēporibus etiā in multis malis xp̄ianis inuenit regnare: quia ad hoc vigilāter intēdit dyabolus Unde dicit albinus in sua dicta ꝙ dyabolus querendo omnes alios modos quibus possit hominez ad dānationez deducere. Inuenit specialiter vnum subtilissimū ꝑ quem si potest homini nocere paucū vel multū per hoc ipsum prosternit et leuiter ad dānationem deducit. et est iste ꝙ vulnerat hominem in occulto vere credulitatis τ facit euz dubitare in veritate fidei catholice et specialiter iuxta posse suum laborat ꝙ faciat eum dubitare ꝙ non sit altera vita: nisi hec. τ ꝙ debeat fieri resurrectio mortuorum: quia si hoc facit eum credere vel in hoc dubitare: statim homo sic deceptus dimittit se cadere ī oīe peccatum. et elongatur ab omni virtute et perdit omnez timorem τ amorem dei τ viuit desperatus qui perdidit totā fidē τ spem dei: τ singulariter anhelat dyabolus viribus suis ad decipiendū: per hanc viā oēs hoīes qui sunt magis pctōres: τ specialiter supbos: τ pōposos: τ nimiū amatores diuitiarum mūdi. τ deliciarū carnaliū: τ tenet hunc modū: q: primo ponit ante oculos eorum magna crimina que fecerunt τ magnas penas que ꝫm sanctas scripturas ꝓpter illa sunt eis preparate: et cum illi miseri: hoc considerant ponit eos in desperationem dicens eis ꝙ ꝫm hoc damnati erunt quādo morientur: τ tenendo eos in tali cognitione. dicit eis postmodum quasi dās aliquam consolationem ꝙ non timeant: immo ꝙ fortificentur τ letentur τ habeāt bonū cor: τ dent sibi bonū tempus: τ ꝙ faciāt quicquid eis placuerit: quia nunꝙ deus resuscitabit eos nec iudicabit: quia nō est altera vita nisi hec presens Et hinc inoleuit illud erroneū ꝓuerbium qd̄ in nostra lingua dicitur En esto munde non me veas malpasar. e en el otro non me veras penar. Et adhuc dicit eis ꝙ non est aliquis deus: τ ꝙ nostra mors τ natiuitas est sicut bestiarum: quia sicut bestie nascuntur et moriūtur: ita erit de nobis τ dicit predict⁹ doctor ꝙ specialiter dyabolus mouet τ auget hanc tentationem tempore mortis: quia videt ꝙ ille passus est valde strict⁹: et periculosus: τ ꝙ ducit secuz magnuz pauorē: τ propterea poterit citius prosternere τ decipere hominē nisi iuuet a deo ꝓpter bona

merita q̃ ante fecit: quia illa procu curant homini tẽpore illo succur- sum ⁊ ppter hoc dicit ꝙ ordina- uit sancta mater eccl'ia ꝙ xp̃ianis in hora mortis dicatur. Credo in deum qđ est fundamentũ nostre fi dei catholice: ⁊ qđ faciãt cũ omni deuotione confessionem fidei: ⁊ ꝙ reducatur eis ad memoriaꝫ passio ⁊ mors saluatoris iesu xp̃i et qua prouenit electis perseuerantia in fide ⁊ deinde in fine vite preciosa ⁊ sancta mors ante eum. hec ille. ¶ Ex p̃dictis patet vnde habue- runt predicti heretici occasionem errãdi: ⁊ q̃uo dyabol⁹ inter cetera vigilãter laborat vt miseros hoies deducat ad credendũ ꝙ non est al tera vita. ¶ Improbatur aũt pre dictus error quadrupliciter. Pri- mo per dicta gentiliũ philosopho rũ. Secũdo rationibus doctorum catholicorum. Tertio auctoritati- bus sacre scripture. Quarto splẽ- dore miraculorũ. ¶ Circa primuꝫ notandũ ꝙ post illud genus philo sophoruꝫ de quibus dictum est in principio huius capituli fuerunt duo genera aliorũ philosophoruꝫ quorũ primi vocati fuerũt paripa tetici quorum dux ⁊ magister fuit Aristoteles qui. xvi. de animabus ca. iiij. dicit sic. intellectus solus ẽ ab extrinsceco ⁊ solus habet esse di uinũ. Item in secũdo de anima di cit. ꝙ anima intellectiua est alterũ gen⁹ ab aia vegetatiua: ⁊ sensiti- ua ⁊ ꝙ ipsam solam contingit se- parari a corpore tanꝙ perpetuuꝫ a corruptibili. Iteꝫ in libro de po mo dicit ve anime peccatrici que non habet locum redeundi ad suũ creatorẽ: quia turpia eius opera impediũt ascensum eius ad deuꝫ. ¶ Aliĳ philosophi fuerunt vocati stoyci. quoruꝫ dux ⁊ magister fuit plato qui plus ꝙ aliquis ali⁹ phs affirmauit immortalitatẽ aie. Vñ in li. tymei. c. iiij. ⁊. v. inter multa erronea que de aia dicit hoc v[...] verum infert ꝙ anima est immo[...] talis: ꝙ si vincit passiones: vel si ab eis vincat̃ premiabitur: vel pu nietur post mortẽ. Unde ponit ꝙ si anima existens in corpore viri vincatur a passionibus corporis post separationem a corpore viri in corpus muliebre mittetur: ⁊ si se ibidẽ male habuerit in corpus pecoris post mortem in penã. Et sm ꝙ male vel deterius se habue- rit in deterius pecus vertetur. Fi naliter tñ omnes redibũt ad gene ralẽ innocentiã ⁊ dignitatẽ cũ fue rit p penas satꝫ expiate. Affirma- uit etiã immortalitatem anime: et ꝙ aie virtuosoruꝫ ⁊ bonorum de- bebãt premiari alio mundo: ⁊ aie malorũ puniri: vt patet in dispu- tatione socratis ⁊ suorũ discipulo rum quam introducit in phedro- ne vbi per modum dyalogi mul- tis coniecturis probat anime ho- minis imortalitatem: ⁊ dato ꝙ ta liter non accedat ad veritatem no stre fidei: est tamen mirabile ꝙ ho mo philosophus sine fide solũmo do per rationẽ ⁊ lumen naturalis intelligentie veniret in tam altam cognitionem: ⁊ forte causa huius potuit esse: quia sicut dicit Hiero. in epistola ad paulinuꝫ que ponit

in prologo biblie. Plato descēdit in egyptū vt videret libros legis et pphetarū: quos vidit et potuit esse ꝙ informatus in sacra scriptura per hieremiā pphetā cum. s. in egyptū descendit: vt ponit leonardus Arctinus in prologo libri platonis qui ītitulatur phedron fuit inductus ad loquendū de aīa magis vere et catholice ꝙ aliquis alius phus. ¶ Item pitagoras hoc idez asserit vt ponit Ouidius. xv. methamorphoseos. vbi dicit morte carent aīe semperqꝫ priora relicta: sic de nouis domibus viuunt: habitantqꝫ recepte: sed melius dicit ī versibus aureis: sicut allegat calsidius in cōmentum super thymeum platonis: vbi dicit. corpore disposito: tamen libet ad ethera pergens: euadēs hominē fact⁹ deus ethereis alter. ¶ Item mercurius trimegistus ad exclepā ppe principiū dicit. O exclepa oīs aīa humana immortalis ē: sed nō vniformiter cuncte: sed alio et alio modo: et infra post mediū libri cū fuerit aīe a corpore facta discessio: tunc examen meritiqꝫ eius arbitrium transiet in summam detinens potestatem. Isqꝫ cū eam piā iusticiamqꝫ peruiderit in sibi competentibus locis manere permittit. Si delictorum ipsam maculis vicūsqꝫ obligatam viderit: desup ad yma deturbās ꝓ telis aeris: ignis: et aque sepe discordātibus tradit: et sic inter celum et terram mūdanis fructibus in diuersis semp eterni penis agitata reptabitur: vt in hoc aīe obsit eternitas ꝙ sit in mortali sententia eterno supplitio subiugata: hec ille ¶ Aliq etiā dicunt quorū opinionē introducit macrobius sup somnuz scipionis ꝙ vnus qui vocabatur feres pauphilus: de quo loquitur Ualerius libro primo in titulo miraculoꝝ: q̄ dicit ꝙ fuit mortuus in quodā ꝓlio et ꝙ stetit mortuus p decē dies sepata aīa a corpore: et ꝙ postmodū resurrexit et reuelauit multa alterius mundi specialiter de īmortalitate aīarū: et ꝙ ab isto hoīe resuscitato habuit plato fundamentū et doctrinā quam introduxit in phedrone. Item in secundo libro sup somniū scipionis macrobius dicit. aīa autem qui verus homo ē ab omni conditione mortalitatis aliena est a deo: vt ad mutationez dei mundum regētis regat: et ipsa corpus dū a se animatur etiā in eodem dicit: et hec fit presentis temporis consummatio: vt anima nō solum immortalem: sed deum esse clarescat. ¶ Huius etiam opinionis fuit Tullius qui fm ꝙ dicit dictus Macrobius vltimum opus scripsit predictum somnium scipionis vbi introducit scipionem afianum et alios magnos et virtuosos viros iungendo. ꝙ apparuerunt post mortē et dixerunt de premiis animarum hominum virtuosorum que habent in celo et de penis quas mali patiuntur. Item in rethoricis Tullius ait: probabile quidem videtur sapientibus penas esse paratas apud inferos: ergo anime post mortem sunt superstites. In amphorismis etiam de

essentia summe bonitatis legitur: quia anima est in orizonte eterni-tatis.i.in termino perpetuitatis: quod est perpetuitas in aia:ita q finitur in aia.i.non ptendit vltra animā:sed est supra tps:tēpus vocatur hic mora habēs principiū & finē & si aia habebat principiū nō habebit finē. Hāc etiā opinionē introducit Virgilius in.vi. libro eneydorum vbi scribit quō eneas venit ad cāpos elysius qui sūt cāpi paradisi q inuenit ibi anchisen patrem suū & alios maiores & antecessores. Item etiam de aia turni loquēs ait in.xij. vitaq; cum gemitu fugit indignata sub vmbras id est anima turni recedens a corpore: cūm indignatione descendit ad inferos: hinc insinuauit virgilius animā esse superstitē post mortē. Huius etiā opinionis fuit Seneca in epl'is vbi dicit mors quā pertimescimus & recusamus intromittit vitā non eripit veniet iterū qui nos in lucē reparet dies Huius opinionis fuerunt omnes philosophi qui dicti sunt stoyci que opinio est in magnam confirmationem nostre sacre fidei et in maximam confusionem non credentium & hereticorum: q2 si dicti philosophi ducti solum ratione & lumine naturali crediderunt & cognouerunt anime immortalitatē: & q post mortem hominum anime bonorum premiantur in gloria: & anime malorum affliguntur in pena sine fine: multomagis hoc credere & affirmare debent christiani qui vltra rationem & lumen naturalis intelligentie sunt informati lege dei quā dedit & publicauit p moysen & alios sctōs pphetas et p doctrinā noue legis quā nostre saluator de9 & homo per seipm p sonaliter predicauit et ostendit. ¶ Sed quia auctoritas in diuersum potest flecti sensum. Ideo secūdo improbatur predictus error rationibus doctorū catholicorū. Primo sic omnis corruptio causatur ex contrarietate: sed nihil est q substantie anime contrarietur. ergo non potest aia corrumpi. Cōfirmat primo sic qcquid corrūpit aut corrūpit ex dissonātia ptiū vt corpus: aut ex fluxu materie: vt p prietas. Omnis enim proprietas in se immutabilis est: quod aūt desint eē ex fluxu materie in q ē hz. Vñ boeti9 i plogo sup arismetricā ait. Sapientia est speculatio eorū q sm sui imutabilitatē sortiuntur substantiam & proprietatem: aīa autē non est substātia corporalis: ergo ex dissonantia partium corrumpi non potest: quia simplex est proprietas autem non est sine forma: quia substantia est: & ita ex fluxu materiei corrumpi non potest: quia in materia nō est: ergo incorruptibilis est. q autē incorporea sit patet: quia hoc genus subalternū spiritus sub se cōtinet has species animam & angelum. ergo aut angelus incorporeus non est: vel anima incorporea est. Secūdo cōfirmatur: quia corruptio non fit in entibus nisi ratione appetitus. ergo vbi appetitus est q etatus vltra nihil appetit. Sed materia p

animā rationalem vltimate quie‑tatur: quia nullam nobiliorē habere potest. ¶ Secundo arguitur ex diuina bonitate sic. Cum deus sit omnibus bonus: maxime tamen bonus est amicis suis: sed amico proprium est conuiuere. viij. Ethicorum. Et amicus saluet amici vitam si potest: ergo faciet ꝙ anima viuat post separationem a corpore. ¶ Tertio arguit̄ ex diuina causalitate. Omnis causa quāto plus intēdit ad esse alicuius: tāto plus intendit ad eius conseruationem: sed esse anime rationalis plus intenditur quātum ad esse ꝙ̄ forma solis: quia nobilius ē esse eius cū sit spiritualis: ꝛ spiritualia corporalibus preferuntur: vt dicit Augustinus nono de trinitate: cum ergo sol sit incorruptibilis multo ergo fortius anima erit incorruptibilis ꝛ immortalis. ¶ Quarto arguitur ex magnitudine diuine potentie probando necessitatem alterius vite per resurrectionem sic. Uidemus enim ꝙ natura reducit per vnum granum seminis arborem vel herbam sui generis verū tamen non reducit eandem herbā vel arborem numero: sed alteram similem. Et similiter in generatione naturali hominum bestiarum: ꝛ auium: quia naturaliter exīt homo ab homine. ꝛ femina per generationem: ꝛ sic de auibus ꝛ bestijs sed non redit idem homo numero nec eadem bestia: sed alter homo: et altera bestia. Unde si natura haberet tam magnum posse ꝙ illum eundem hominem numero: ꝛ eandem numero bestiam ꝛ arborem que deficit ꝛ moritur posset reducere viuum: maiorem potestatem haberet ꝙ̄ habet. Et ideo si deus non resuscitaret illum eundem hominē numero qui moritur nō ostēderet ꝙ suum posse esset maius ꝙ̄ posse nature. Cum ergo posse suū incomparabiliter maius sit ꝙ̄ posse nature. Si nō faceret illud per quod suum posse ostēdatur maius ꝙ̄ posse nature cōtrariatur sue potestati ꝛ perfectioni: quod est incōueniens. Ex quo manifeste patet ꝙ erit resurrectio ꝛ altera vita: et ꝙ idem corpus numero resurget ad manifestandū ꝙ maius est posse dei ꝙ̄ nature. ¶ Quīto arguit̄ ex diuina sapientia: quia perfectus opus arguit maiorē sapientiam in magistro qui illud fecit. Unde si deus creauit hominem ea intētione vt resurgat ꝛ duret sine fine hoc videtur nobilius ꝙ̄ si illū creasset ea intētione: vt nō resurgeret ꝛ nō duraret sine fine. et vbi est nobilior intentio et nobilior respectus ostenditur excellentius opus: ꝛ ex operis excellentia maioritate ꝛ nobilitate ostenditur excellentior: ꝛ nobilior sapientia in magistro. Necesse est ergo resurrectionem fieri: ꝛ aliam vitam dare: vt diuina sapientia excellentissima cognoscatur. ¶ Sexto arguitur ex amabilitate eternitatis dei necesse est homini charitatem habere: hoc est deum amare: quia deus est eternaliter amabilis. Unde si homo resurgat ꝛ ex diuine eternitatis influētia hō sit ꝑpetuo du

rabilis in gl'ia amabilior erit eter- nitas diuina q si homo non resur- geret: sed finiret in morte. Ad ostē- dendum ergo concordiā inter du- rationem dei et hominis et amoris excellentiam fiet resurrectio que si non fieret non ostenderetur. ¶ Se- ptimo arguitur ex diuine iusticie equitate. Iusticia enim dei requi- rit q omnibus reddatur s'm meri- ta et demerita: al's non esset iustus. Cum ergo hoc non fiat in vita pre- senti cum mali videantur florere. Job. xxi. ducūt in bonis dies suos. boni vero tribulantur. ergo fiet in vita alia quod esse non potest: nisi anima sit immortalis et nisi fiat re- surrectio. tunc enim illa res que bo- num vel malum fecit in hoc mūdo per diuinam iusticiam premiabit' vel punietur. ¶ Octauo arguit' ex eternitate diuine iusticie: sic pote- rit deus eternaliter iudicare homi- nem. si homo posset esse sine initio sicut poterat eum iudicare eterna- liter: si homo esset sine fine. vnde si resurrectio nō esset significaretur q si creatura posset esse sine initio. q deus non posset sua iusticia eter- naliter homine vti. vt ergo detur intelligi q deus poterat eternali- ter vti sine initio in homie si homo posset esse eternaliter sine initio. Sapiētia diuina ordinauit q fiat resurrectio: et q iusticia diuina sit potens conseruare humanum cor- pus sine fine dato q semper sit in tormentis: vt iusticia vtatur in eo. ¶ Nono arguitur ex naturali ap- petitu hominis sic. Impossibile est appetitum naturalem esse frustra sed homo naturaliter appetit per- petuo manere: qd ptz ex eo q esse est quod ab omnib' appetitur. ho- mo enim per intellectum appetit esse non solum vt nunc sicut bruta animalia: sed simpliciter conseque- tur. ergo homo perpetuitatem s'm aīam qua esse simpliciter: et s'm om- ne tempus apprehēdit. ¶ Decimo arguit' ex capacitate anime: quia anima capax est beatitudinis. De' autē. vt ait Augu. ingenti liberta- te implet omnes creaturas s'm ca- pacitatem earū. ergo cōfert anime beatitudinem. ad beatitudinē autē spectat vita perpetua. ergo neces- se est alteram vitam ponere et aīaz esse immortalem. ¶ Undecimo ar- guitur ex hominis timore. quia si anima moreretur cum corpore. ho- mo nō plus timeretur mortuus q lupus vel canis mortuus. cum er- go experiamur singularem timorē in hoīe mortuo: quē nō experimur in ceteris animalibus mortuis. er- go necesse est dicere. q relinquitur aliquid viuens post mortem hois qd timetur. ¶ Duodecimo arguit' sic: deus fecit aīam ad ymaginē et similitudinē suā: sed deus est imor- talis. ergo et aīa. Et licet nō posset forsitan ratione naturali demōstra- tiue probari. sicut satis ptz per de- bilitatē rationū. quo ad hoc tam a sanctis q a p'bis adductarū. Sum- me tn̄ conuenit hoc credere sicut multa alia sunt vera: que ꝓbare de- monstratiue nescimus sicut alterū istorū procerto est verum. mundus incepit esse: vel mundus non ince- pit esse: tamen nullum istorum de-

mõstratiue probari potest ſm Ariſtotelem.iiij.topicorũ. Unde cõmuniter dicitur de quodam religioſo ꝙ redarguit quẽdam phm ex eo ꝙ negauit aĩam eſſe immortalẽ. Quero inqt a te phe ait ille religioſus. aut anima eſt mortalis aut immortalis. ſi eſt mortalis nullũ incõmodum infligeretur credentibus eaꝫ eſſe immortalem. ſi vero eſt immortalis. tunc credere eam mortalem. quid incõmodum in te ſequitur. ergo melius eſt credere eam eſſe immortalem: ꝙ mortalem. ¶ Tertio improbatur predictus error auctoritatibꝰ. quadrupliciter. primo auctoritatibus noui teſtamẽti ex euãgelio. Secũdo auctoritatibus eiuſdem ex epiſtolis et actibus. Tertio auctoritatibus veteris teſtamenti. Quarto auctoritatibus doctorum eccleſie que omnia expreſſe ſonant aliam vitam. ¶ De primo inducuntur. xij. auctoritates. Prima auctoritas habetur Joh. vi. hec eſt autẽ voluntas patris mei qui miſit me. vt omnis qui videt filium. per fidẽ formatã charitate. ideo ſequitur et credit in eum habeat vitam eternã quod infallibiliter eſt veruꝫ in predeſtinatis. et ibidem. Qui manducat meã carnẽ et bibit meũ ſanguinem habet vitam eternã et ego reſuſcitabo euꝫ in nouiſſimo die. Secunda auctoritas habetur Johan. iiij. cum xps loqueretur ſamaritane. Qui biberit ex aqua quam ego dabo ei fiet in eo fons aque viue ſalientis in vitam ternam. Tertia auctoritas eſt Joh. vi. Qui mãducat hunc panem viuet ineternũ. Quarta auctoritas ẽ Matth. xix. ꝛ Marci. x. Cũ quereret iuuenis ille magiſter quid boni faciam: vt vitam eternam poſſideam. Reſpondit ei xps ſi vis ad vitam ſcꝫ eternam ingredi ſerua mandata. Quinta auctoritas Marci. ix. bonum eſt tibi claudum introire in vitam eternaꝫ ꝙ duos pedes habentẽ mitti in gehennã ignis inextinguibilis. Sexta auctoritas eſt Mar. x. Nemo ẽ qui relinquerit domũ aut fratres aut ſorores aut patrem aut matreꝫ aut vxorem aut filios ꝓpter me et propter euangelium qui non accipiat centies tm̃ nunc in tempore hoc. domos ꝛ frates ꝛ ſorores ꝛ matres et filios ꝛ agros cum perſecutionibus et in futuro ſeculo vitam eternam. Dicit ꝙ in preſenti accipiet centies tm̃: quia pro temporalibus accipit in preſenti bona ſpiritualia que tantũ excedunt bona temporalia quãtũ centenarius vnitatem. aliter autẽ poteſt exponi de religioſis qui pro vno patre carnali vel fratre dimiſſo habent ſpũales fratres ꝛ matres ꝛ patres multos et etiam poſſeſſiones multas ꝛ agros inquãtũ ex poſſeſſionibꝰ omnium fidelium ſufficienter ſuſtentantur. ſm illud apoſtoli. ij. ad Corinth. vi. quaſi nihil habẽtes ꝛ omnia poſſidentes. Unde Augu. Contẽne omnia et habebis omnia. Septima auctoritas eſt Joh. iij. Qui credit in filium habet vitam eternam qui auteꝫ incredulus eſt filio non habet vitam eternam. ſed ira dei manet ſuper eum. Et ibideꝫ ſic deus dilexit mundum: vt filiũ ſuũ

vnigenitū daret: vt omnis qui credit in illum non pereat: sed habeat vitam eternā. Octaua auctoritas est Joh. v. Scrutamini scripturas in quibus putatis vitam eternam habere. et ille sunt que testimoniū perhibent de me ⁊ non vultis venire ad me: vt vitam habeatis. Nona auctoritas est Joh. vi. vbi dicitur ꝙ cum multi ex discipulis iesu abirent retro. dixit iesus ad duodecim. Nunquid ⁊ vos vultis abire. Respondit ei symon petrus. Dn̄e ad quē ibimus verba vite eterne habes ⁊ nos cognouimus et credimus. quia tu es xp̄s filius dei. Decima auctoritas est Joh. x. Oues mee vocē meā audiunt ⁊ cognosco eas ⁊ sequūtur me. ⁊ ego vitā eternam do eis. Undecima auctoritas est Joh. xij. Qui odit animā suam in hoc mundo in vitā eternam custodit eam. Duodecima auctoritas est Matth. x. Nolite timere eos q̇ occidunt corpus. animam autē nō possunt occidere. sed potius eū timete qui pōt animā ⁊ corpus perdere in gehennam. Hee duodecim auctoritates ex euāgeliis deducte sunt quasi. xij. colūne auree nostri inexpugnabilis fortalicij. ¶ Predictis adiungūtur alie. xij. auctoritates apostolorum xp̄i. Prima est cum iudei contradicerent paulo et blasphemarēt: tunc constāter paulus ⁊ barnabas dixerūt Actuū. xiij. vobis oportebat primū loqui verbum dei: sed qm̄ repulistis illud et indignos vos iudicastis vite eterne. ecce cōuertimur ad gētes. Sic em̄ precepit nobis deus. Scd̄a est eiusdem. ad Gal. vlti. Qui seminat in carne sua. de carne ⁊ metet corruptionem. qui autē seminat in spiritu. de spiritu metet vitam eternā. Tertia est eiusdem prima Thimo. i. Ideo misericordiam consecutus sum: vt in me primo ostenderet iesus xp̄s omniū patientiā ad informationē eorum qui credituri sunt illi in vitam eternam. Quarta est eiusdem prima Thimo. vi. Certa bonum certamen fidei apprehēde vitam eternam in qua vocatus es et confessus confessionem bonam. Quinta est eiusdem Thimo. i. paulus dei seruus apostolus iesu xp̄i ꝫm fidem electorum dei ⁊ agnitionem veritatis que ꝫm pietatem est in spem vite eterne quā promisit q̇ nō mētitur de⁹ ante tp̄a secula. Sexta est eiusdem. ad Thimo. iij. dicēs. Justificati gratia ipsius heredes sumus ꝫm spem vite eterne fidelis sermo est. Septima auctoritas est eiusdem prima Corinth. xv. Si in hac vita tm̄ in xp̄o sperantes sumus. miserabiliores sumus omnibus hominibus quasi dicat. Si speramus in hac vita remunerari a xp̄o miserabiliores sum⁹ ⁊c. q͛ alij ad minus pfruunt̄ bonis huius vite: nos aūt patimur mala. In primitiua em̄ ecclesia fideles erāt multa sustinētes aduersa. Sz contra hoc posset argui de multis phis q̇ voluptates ⁊ diuitias hui⁹ seculi contēpserāt: ⁊ cū hoc negabāt resurrectionē mortuorū: nec tn̄ dicunt̄ miserabiliores aliis hoib⁹: sed meliores. Dicēdū ꝙ nō est simile de ipsis ⁊ xp̄ianis: q͛ phi hoc fe

cerũt ppter maiora bona cõsequẽda. sc3 vtutes intellectuales τ morales: in quibus consistit cognitio veritatis τ consecutio politice bonitatis: hoc autem non põt dici de xpianis qui confitẽtur xpm resurrexisse a mortuis quod falsu3 esset si resurrectio esset impossibilis fal sitas autẽ malum est intellectus sicut veritas eius bonũ. Octaua est apostoli petri prima. Pe. iij. Saluos baptisma facit non carnis depositio sordium: sed consciẽtie bone interrogatio in deum per resurrectionem iesu christi qui est in dextera dei patris. deglutiens mortẽ vt vite eterne coheredes efficeremur pfectus in celum subiectis sibi angelis et potestatibus τ virtutibus. Nona est Joh. apl'i. i. Joh. i. vidimus τ testamur τ annunciamus vobis vitam eternam. Decima est eiusdẽ in. c. ij. hec est repromissio quã ipse pollicit⁹ est nobis vita eterna. Undecima est eiusde3 in. c. v. hoc est testimonium quoniã vitam eternam dedit nobis deus. et hec vita in filio eius est. Duodecima est eiusdem in. c. eodẽ assumpsit nos et dedit nobis sensum: vt cognoscamus verum deu3 τ simus in filio eius vero. hic est verus de⁹ τ vita eterna. Ecce habem⁹. xij. ppugnacula nostri fortaliciẏ apl'orũ xpi. ¶ Nunc videamus auctoritates veteris testamenti. τ inueniuntur tres. Prima est Thobie. xij. elemosyna a morte liberat τ facit inuenire vitam eternam. Secũda est Eccl'. xxiiij. Qui elucidant me vitã eternã habebũt. Ecce premium qd promittit diuina sapiẽtia suis elucidatoribus. Tertia est Daniel'. xij. Multi de his qui i puluere terre dormiunt euigilabunt. Aliẏ invitam eternã. Aliẏ in obprobrium: vt videant semper. Premissis autem oibus articulis fidei vltimus concordat qui est carnis resurrectionẽ τ vitam eterna3 Amen. ¶ Hec est etiam sententia verissima catholice fidei et doctorũ. dicitur enĩ in libro de ecclesiasticis dogmatib⁹ solum hoiem credimus habere aiam substantiuam que τ exuta a corpore viuit: τ sensus suos atq3 ingenia viuaciter tenet: nec cũ corpore moritur sicut Arabs asserit: nec post modicum interuallum sicut zenon quia substãtialiter viuit. Et Aug. O anima mea illã patriam petere debuisti. in qua est quies sine labore. gaudiũ sine dolore. pax sine tribulatione. lux sine tenebris. vita sine morte. Jsdẽ si simul aia cũ corpore interieret pro nihilo dei fili⁹ deo patri spiritũ cõmendaret: sed moritur et deo patri spiritũ cõmendat: vt mortem corporis τ immortalitatem anime designaret. ¶ Cõfirmãtur finaliter omnia predicta auctoritate beati greg. in. iiij. libro dyalogorũ vbi loquens de vita aie post obitum. sic ait. Carnales quiq3: quia illa inuisibilia scire non valent per experimentũ. dubitãt vtrũne sit qd corporalib⁹ oculis non vident que nimirũ dubietas prio parenti nostro esse non potuit. qr τ exclusus a paradisi gaudiẏs. hoc qd amiserat quomõ viderat recolebat Hi aũt sẽtire vl' recolere audita nõ

possunt: quia eorum nullum sicut illi saltem de preterito experimentū tenent. Ac si enī pregnans mulier mittatur in carcerem ibiqꝫ puerū pariat: qui natus in carcere nutriatur et crescat. Cui si fortasse mater que hunc genuit solem. lunam. stellas. montes. et campos. volantes aues. currentes equos nominet. Ille vero qui est in carcere natus et nutritꝰ: nihil aliud ꝙ tenebras carceris sciat ⁊ hec quidem esse audiat. sed quia ea per experimentum non nouit veraciter esse diffidat. Ita in hac exilij sui cecitate nati homines dum esse summa atqꝫ inuisibilia audiunt. diffidunt an vera sint: qꝛ sola hec infima in quibꝰ nati sunt visibilia nouerunt. Unde factum est: vt ipse inuisibilium ⁊ visibilium creator ad humani generis redemptionem vnigenitus patris veniret: ⁊ spiritūsanctū ad corde nostra mitteret. quatinus per eum viuificati crederemus. que adhuc scire ꝑ experimentum non possumus. quotquot ergo hunc spiritū hereditatis nostre pignus accepimus de vita inuisibilium non dubitamus. Nam quia post mortem carnis viuat aīa. ptꝫ ratio: sed fidei admixta. Nunquid ⁊ sancti apostoli ac martyres xp̄i presentem vitam despicerent. in morte carnis aīas ponerent. nisi certiorē animarū vitam subsequi scirent. Et ecce hi q̄ animas in morte posuerunt atqꝫ animarū vitam post mortem carnis esse crediderunt quotidianis miraculis choruscant. Ad extincta eorū nāqꝫ corpora viuentes egri veniūt et sanantur: pluri veniunt ⁊ demonio vexantur. demoniaci veniunt et liberātur: leprosi veniunt ⁊ mūdantur. deferuntur mortui ⁊ suscitantur. Si igitur vitam anime manentis in corpore deprehendis ex motu membrorum cur non perpēdis vitam anime post corpus etiā per ossa miraculorum: Nam ⁊ multi nostrorū mentis oculū fide pura ⁊ vberi oratione mūdātes egredientes ex carne aīas frequenter viderunt. hec ille. De hoc ponunt plura miracula in libro dyalogorum vide ibi.

¶ De heresi eorum qui dicunt ꝙ non possunt euitare peccata. quia fuerunt nati in tali constellatione vel signo.



Quartadecima heresis est eorum qui dicunt se non posse euitare peccata: quia sunt nati in tali signo. Hic notandū est ꝙ ſm Greg. in omelia. ⁊ ſm Aug. in. v. de ciui. dei. ca. i. ⁊. xxiiij. q. iij. quidā heretici. ⁊ etiam ysido. viij. Ethi. c. v. fuerunt quidaꝫ heretici dicti priscillaniste qui fundamentis astrologorum adherentes dicunt vnūquēqꝫ hoīem sub constellationibus stellarum nasci. earūqꝫ influentijs regi. dicūt etiam tales stellas dictorū hominū esse fatum quod quidem fatū ſm August. nō dicunt dispositionē ac causarum ordinē siue cōnexionē in ipsis rebus ſm diuinā voluntatē: sicut dicit Boetius. iiij. de consolatione

psa. vi. Sed dicũt fatũ vim positionis syderũ qualis ẽ qñ quis nascitur vel cõcipit quaȝ vitare non possent: dicũt et habere ptãtẽ stellas super hoim vitã mortem act⁹ ⁊ officia. dicunt enĩ ꝙ mars facit hominẽ homicidã et preliatorem. Aquarius piscatorẽ. Libra trapezetã cãpsorẽ et mercatorẽ. Hui⁹ opinionis fuerunt thalmudiste dicentes de thalmuth. talia verba. filij ⁊ puisiones rerũ nõ dependẽt ex meritis sed dependẽt ex cõstellatione signi. Sic attribuerũt malũ regis saul et bonũ regis dauid planetis ⁊ signis dicẽtes in eodeȝ libro. Si natus fuisset saul in signo dauid ꝙ cecidisset corã eo Item dicunt in dei i libro thamuth. in. c. qđ icipit ceder thahemer ꝙ vnus doctor cui nomẽ erat rabi Alazar vempeda dicebat ꝙ stringebatur ei fortiter mũdus. vult dicere ꝙ habebat magnã paupertatem ⁊ faciebat orationẽ deo ꝙ releuaret ipsum ab illa magna paupertate. ⁊ dicitur ibi ꝙ de⁹ respondit sibi vis ꝙ propter amorẽ tuũ destruã mundũ ⁊ iterũ creem illum ⁊ forte eris in signo in quo efficieris diues. Ex quib⁹ apparet manifeste ꝙ isti intelligebãt deũ nõ habere ptãtem auferendo ab illo miseriam nisi mediantibus signis. Ex isto fundamẽto supradicti heretici posuerunt ꝙ stella que nato dño orta fuit ad hoc nouiter facta et creata fuit vt xpo influeret sup eius vitã mortem. actus et officia ptãtẽ haberet et sibi in omnib⁹ fatũ eẽt. Pro tãto dicit gre. vbi supra ꝙ p̄dicti heretici hoc in adiutoriũ sui erroris assumũt ꝙ noua stella exijt cum dñs in carne apparuit cuius fuisse fatũ eandẽ stellam putãt. ¶ Predictus error siue heresis improbat per tres doctores pbatissimos. s. p augu. Cris. et Greg. Et primo per aug. qui in qnto libro. de ciui dei in. c. i. dicit istã opinionẽ esse offensiuã ⁊ iniuriosã quattuor rebus isignib⁹ et irreprobabilibus. Pro cõi lege ⁊ secte in generali. Secundo celo in speciali. Tertio iudicio diuinali. Quarto pbatiõi expimẽtali. ¶ Pro Aug. dicit ꝙ ista opinio est offensiua et iniuriosa omni legi ⁊c. fm enĩ tullium de natura deorũ omnis lex et secta posuit deum esse. Nõ est tam fera tã rudibusqȝ moribus cui⁹ mẽtem opinio deoꝝ nõ habuerit inqt tullius. Itẽ omnis secta et lex ponit ꝙ deus in necessitatibus dȝ inuocari et rogari. Unde secundum pħm in ethicis latera et cult⁹ deorũ sunt de lege nature: ⁊ fm tulliũ vbi supra. Omnis lex ⁊ secta sacrificia quedã habȝ quib⁹ deos suos reuerent. Si ergo ista opinio veritatẽ cõtineat que dicit stellas hr̄e hanc potestateȝ ꝙ ex suis influentijs. moribus ⁊ actibus hominum imponant necessitatem quã euitare non possint. ad quid deus in necessitatibus inuocabitur aut rogabitur quasi dicat frustra. Unde contra ponentes istam opinionem dicit in textu. Hi ab auribus hominuȝ repellendi sunt: non solum eorum qui veram religionem tenẽt. sed qui deorum qualiumcunqȝ licet falsorum volunt esse cultores.

Hec opinio quid aliud agit nisi vt null⁹ oino colatur aut rogetur de⁹ hec aug. ¶ Item secūdo hᵉ opinio est offensiua ⁊ iiuriosa celo: spālit magna diffamatio isti⁹ ciuitatis esset si diceret ꝙ in aula sui cōsiliarii ciues ⁊ rectores cōcluderēt ⁊ determinarent latrocinia ꝑpetrādo homicidia ⁊ certa mala cōmittēda. ꝑ istā ymaginationē Aug. dicit ꝙ celū quedā curia vel ciuitas ē. ciues sunt stelle et si isti insinuunt ⁊ necessitāt ad latrocinia homicidia ⁊ cetera mala: celo est vituperiū ⁊ iiuria. ¶ Tertio hec opinio ē offensiua ⁊ iniuriosa diuino iudicio. Vñ aug. in textu. Quale inqt iudicium de factis hominū relinqꝉ deo qb⁹ celestis adhibeꝉ necessitas. ad idē xxiii. q. iiii. vasis ire. ¶ Quarto et vltio est offensiua hec opinio ꝓbationi experimētali. sepe videm⁹ ꝙ duo gemi nati ⁊ cōcepti sub eodez signo ⁊ cōstellatione stellaruz sunt ita diuersi in oibus et dissimiles ꝙ magis sūt similes illi qui in diuersis cōstellationibus sūt nati ⁊ cōcepti. ⁊ istā rōnē dicit aug. fortissimā Unde in textu contra istos. Quid inquit est ꝙ nūqᵉ dicere potuerunt cur in vita geminorū in actionib⁹ in honoribus ceterisqꝫ reb⁹ ad humanā vitā ptinētibus atqꝫ in ipsa morte fit plerūqꝫ tāta qꝫ diuersitas vt similiores eis sint quantuz ad hᵉ attinet multi extranei ꝙ̄ ipsi inter se gemini qui exiguo tpis interuallo in nascendi separato in cōceptu autem per vnū concubitū vno etiā momēto seminati. Dat exēpluz. in iiii. c. et idē habeꝉ Gen. xxv. Malach. i. ⁊. xlvii. d. ꝙ trāsibet. iacob dilexi. esau odio habui. Nati sūt duo gemini antiq patrū memoria sic alter post alterū vt posterior plātaz prioris teneret tāta fuit i eoꝝ vita moꝝ diuersitas tāta i actib⁹ dispa ritas tāta i parentū amore dissimilitudo vt ēt inimicos eos iter se faceret ista distantia. Nunqd hᵉ dr ꝙ vno ābulāte ali⁹ sedebat. vno dormiente ali⁹ vigilabat. vno loquēte ali⁹ tacebat: vnus duxit mercēnariā suitutē ali⁹ non seruiuit: vn⁹ a mr̄e diligebaꝉ. ali⁹ a mr̄e nō diligebaꝉ: vn⁹ honorē q apud eos magn⁹ habebaꝉ amisit alter adept⁹ ē. hec aug. ¶ Scdo iprobaꝉ ista heresis ꝑ Cris. qui dicit ꝙ hec opinio facit triplicē blasphemiā i deū. pria est ꝙ de⁹ est et fuit malus in stellas creādo. vnde super Mat. dicit sic. Si aliquis adulter et homicida fiat per stellas magna est iniquitas stellaꝝ. maior illius qui creauit stellas. Nā cum sit presci⁹ futuroꝝ de⁹ ex quo tanta iniqtas futura erat ꝑ stellas si noluerit emēdare nō ē bonus. si voluit ⁊ nō potuit impotēs est. Scda blasphemia est ꝙ de⁹ est crudelis in talib⁹ ꝓ delictis pēas dare. vñ Cris. vt quid mali penaz suscipiāt. qd non volūtate sꝫ necessitate cōmisi. Tertia blasphemia ē ꝙ de⁹ est incipiēs in ꝑcipiēdo. Vñ Cris. Quis eni iubet aliquē ne faciat malū qd si ꝑt declinare aut vt faciat bonū ad quod nō potest peruenire. hec ille. vñ merito dicitꝉ. Mat. xi. Iugū enim meū suaue est. et. i. Io. v. mādata eius grauia nō sunt ¶ Tertio ⁊ vltio improbatur hec

opinio heretica p gre. sicut p aug. Sed dat spaliter vnu exemplu de honorib9 et dignitatibus hominu. Vn in omelia epiphanie dicit sic. absit a fideliu cordibus vt fatu ali quid dicamus. vita quippe hoium solus hanc conditor qui creauit ad ministrat. Neq3 eni ppter stellas homo. sed stelle ppter hominez fa cte sunt. Seqtur in persaru quoq3 francoruq3 terra reges ex genere prodeut quibus profecto nascenti bus quis estimet quati eisdem mo mentis horaru et temporuz ex ser uili conditione nascantur. et tamen regu filij vno eodeq3 sidere cu ser uis nati ad regnu pficiut cu serui qui secu fuerant geniti in seruitu te moriantur. Hec greg. Patet igi tur per istos tres doctores venera biles q predicta opinio est falsa et heretica. Unde determinando ve ritatem cocludit aug. de stella no uiter xpo nascente creata q ipa no est xpo in fatuz. Unde sermoe. viij. super Jo. non est sub fato syderuz dominus syderum cu ipse sit codi tor syderu. et cotra faustu no ideo xps nat9 est vt si dici oportet non stella xpo sed xpm stelle fatu dice remus fuisse. Ipse quippe illi no illa huic nascendi contulit causaz. ¶ Sed quereret aliquis diligens scire vtrum ex impressione lumina rium celestiuz causetur aliquo mo do in hominibus diuersitas moru Respondetur q mores hominum et euentus futurorum a syderibus causari dupliciter potest intelligi aut necessario et sufficienter: aut di spositiue et contingenter. Si dica tur primo modo sic non tantum est falsum sed etiam hereticum quia repugnat xpiane religioni. tum qr veritas fidei in hoc errore saluari non posset dum enim omnia ponit a syderibus necessario euenire tol lit meritum et per consequens glo riam: tum qr honestas morum per hunc errore preiudicium patit du culpa peccantis in sydera refundi tur vt supradictum est: qr sic licen tia malefaciendi sine reprehensio ne creditur vt ho ad orandum et co lendu sydera incurruetur. ¶ Si au tem dicatur mores hominum a di spositionib9 syderu variari dispo sitiue et contingenter sic pot habe re veritate quia nec roni nec fidei repugnat: planu est enim q dispo sitio corporis varia multu facit ad variationem affectionuz et morum anime: vt pluriuz eni anima corpo ris coplexiones imitat vt dicit sex principiator. Unde colerici sut ira cudi: et sanguinei sunt benigni. me lacolici sunt inuidi: et flegmatici pigri: hoc autem no est necessariu quia anima dominatur suo corpo ri maxime quado est adiuta p gra tiam. multos enim videmus cole ricos mansuetos: et melancolicos benignos. quoniam ergo virt9 cor porum celestium operatur admi xtionem et qualitate complexionu Hinc est q per consequens operat quodammodo ad qualitatem mor valde tamen de longinquo. plus enim facit ad qualitatem comple xionis virtus nature inferioris q virtus syderum. Unde augu. in. v. de ciui. dei. ca. ij. In solutione cu

cuidā questionis de duobus fratribus qui simul infirmabantur ꝛ curabantur cū quereret vnde h' esset. magis cōmendat rationē ypocratis ꝙ astronomi. ypocras ei rn̄dit ꝙ h' erat ꝓpter similitudinē ꝯplexionis. Et astronom⁹ rn̄dit ꝙ hoc erat ꝓpter idēptitatem cōstellationis. melius enī respondit phisicus qꝛ cām dedit magis ꝓpriā ꝛ ꝓpinquam. Est sic ergo dicēdū ꝙ impressiones syderū aliquo modo disponunt ad varietatē morū. nō quidē dispositiōe necessaria ꝛ ꝓpria ꝛ sufficiente sed remota ꝛ contingente ¶ Sed obijcitur ꝙ phus libro de ꝓprietatibus elementorum dicit ꝙ regna vacua facta sūt ꝛ terre depopulate apud cōiūctionē Jouis ꝛ saturni: sed talia nō depēdent ex libero arbitrio ergo ꝛc. Respōdet ꝙ hoc dicit phus nō qꝛ hoīes non potuerunt resistere influētie illius cōstellationis. sed qꝛ noluerunt qꝛ dicit Ptolomeus in almagesti. sapiēs homo dominabitur astris: ꝙ uis autē cōiunctio iouis ꝛ saturni eo ꝙ saturnus habꝫ influentiā melācolicā ꝛ malaꝫ. Jupiter aūt immittit valde bonā influentiaꝫ pōt ad rixā vel discordiaꝫ homines inclinare: cui tamē inclinatiōi hoīes ꝑ libertatem arbitrij pn̄t resistere ꝛ satis faciliter cū adiutorio gratie dei. ¶ Obijcitur iterū quia damascen⁹ li. iij. c. vi. dicit cōstituunt multotiens ꝛ comete signa quedaꝫ mortis regū. etc. Responsio quidā dicunt ꝙ cometa nec naturaliter generat nec est vna de stellis ī firmamento positis. Unde nec eius significatō ē naturalis. Un̄ damascenus li. ij. c. vi. dicit ꝙ comete nō sunt ex his q̄ a principio genite sunt sꝫ diuina iussione ſm ipm tempus cōstituunt ꝛ rursus dissoluunt hec damascenus. ꝛ per tale signū de⁹ prenūciat mortē regum magis ꝙ aliorū: tum qꝛ rex est ꝑsona cōis. tum qꝛ ex hoc pōt oriri turbatio regni de cuius custodia magis sollicitāt angeli ꝓpter cōe bonum. ¶ Et si q̄ras qd est illud regnū in quo debꝫ tale accidere. hic respōdet catholicus dicēs ꝙ qn̄cunqꝫ apparet semper significat mortē vel imutationem alicuius principis vel destructionis alicui⁹ patrie. et semꝑ dirigit radios suos ad illā patriaꝫ cui minatur. Alij aūt qui viā phisicaꝫ sequūt videtur ꝙ stella cometa sit ipressio calida et sicca generata ex inferiore parte aeris ꝓpe ignē de vapore calido ꝛ sicco et glob⁹ illi⁹ vaporis adunatus apparet corp⁹ stelle. Partes autē illius corporis discōtinuate circa illum globū ꝛ in longū protēse in suis extremitatibus illi globo coniūcte sunt quasi eius come sicut loq̄tur albert⁹ magnus dicēs ꝙ comete sūt stelle habentes comas qd fit ꝑ aerem inflāmatū contentū a stellis siue planetis quibꝫ scꝫ saturno Joue. mercurio et venere. Isti enī planete propter velocē motū ipsoꝝ igniūt aerem in circuitu eorū: et sic propter aerē inflāmatū contentuꝫ a stellis predictis coniūcto lumine eoꝝ cuꝫ eo videntur stelle ille comete: ꝛ secundū hanc positionē signat ꝛ causat nō ꝑ se sed per accidēs mortali

tatē ꝯuenientē ex infirmitatib⁹ ca lidis ꝛ siccis qꝛ vehemēs distēpata siccitas consueta est ꝯuenire et cōtinuari generationi comete: ꝛ qꝛ vt in pluribus diuites nutriunt calidis ꝛ siccis. ideo illo tpe multi diuites moriunt: inter quos mors regnū ꝛ principum est magis notabilis. Huius opinionis videt eē ysodorus l.iiij. ethymologiarū. Dicit enī ꝙ hoc genus syderis qñ apparet signat pestilentiā. aut famez aut bellū. Item videtur sentire beda. Dicit enī ꝙ signat pestilētiam aut bella aut vent⁹ aut est⁹. ¶ Et si queras vtrū illa stella que apparuit ī natiuitate xpi fuit cōeta. Respondet beda. ꝙ nō qꝛ ex qbuscūqꝫ causis nascat cometa siue ex planetis siue ex fixis semꝑ apparet ī ꝑte septētrionali. Stella aūt que apparuit in ortu xpi mouebat ab oriēte ad meridiē versus occasum qḋ non solet facere mot⁹ cometarū. vt dicit Aris. ꝛ sic pꝫ ꝙ qualibꝫ istarū opinionū nullū penit⁹ astra habere dominiuz super liberum arbitriuz. licet inclinent dispositos ad aliquas passiones.

¶ Quod diffinire q̄ assertio est catholica vel heretica ꝑtinet ad theologos.



Septima cōsideratio est scire ad quos ꝑtinet diffinire q̄ assertio ē catholica vel heretica vtrū. s. ad theologos vl' canonistas. Et rn̄det venerabilis Guillermus ochan in suo dyalogo ꝙ istud verbū diffinire hꝫ plures significatiōes de qb⁹ due ad ꝓpositum vident ꝑtinere. Cōtingit enim aliqḋ diffinire auctoritate officij. ꝛ sic diffinire q̄ assertio catholica et que heretica sit cēsenda ad summū pontificē ꝑtinet ꝛ concilīū generale. Aliter cōtigit diffinire ꝑ modū doctrine quō magistri in scolis diffiniūt questiones ꝛ determināt ꝛ sic accepto vbo diffiniēdi circa ꝓpositā questionē diuersimode sentiunt lr̄ati. Est enim vna opinio ꝙ ad canonistas principalr̄ spectat que assertio est catholica q̄ heretica iudicare: ad qḋ mouētur triplici ratiōe. Prima est hec. Ad illam sciētiā principaliter spectat diffinire vel discernere que assertio est catholica et que heretica cēsenda. que pn̄cipalr̄ tractat de assertione veritatū theologicarū ꝛ reprobatiōe heresuꝫ dampnatorū huiusmodi est sciētia canonistarū et nō theologoꝝ ergo. Secunda ratio h̄ est. Ad illā scientiā pertinet diffinire que assertio ē catholica et que heretica est cēsenda cui fides ꝙtum ad credibilia principalibus adhibet. Sed ꝙtū ad ea que sunt fidei magis credēdū ē canonistarū sciētie ꝙ theologoruꝫ qꝛ magis credēdū ē eccl'ie ꝑ quā edita est scia canonistarū ꝙ euāgelio teste augustio q̄ videt asserere maiorē esse auctoritatē eccl'ie ꝙ euangelij. qꝛ nec euangelio ināt credere nisi auctoritas eccl'ie cōpulisset ergo ad sciētiā canonistaꝝ magis ꝑtinet diffinire que assertio est catholica que heretica ē censenda ꝙ ad theologiā. Tertia rō est hec. Ad illā scientiā principalr̄ spectat di-

scernere que assertio est catholica que heretica est cēsenda cuius auctoritas h₃ symbolum fidei ꝛ articulos ordinare ꝛ articulos fidei recte ꝛ rite distinguere sed hoc spectat ad summū pontificē q actor ē scientie canonistarū ergo ꝑ consequens ad ipsos principalius ꝙ ad theologicos pertinet diffinire que assertio catholica q̄ hr̄tica debeat reputari. ¶ Alij indubitanter tenēt ꝙ ad theologiā spectat nō per modū diffinitiōis auctoritatiue s₃ per modū doctrine principal'r diffinire que assertio catholica q̄ heretica cēsenda ē. ꝛ ꝙ ad canonistas nō ꝑtinet nisi inquātū eorū sciētia aliqua ad fidem spectātia dinoscitur mendicare a theologia qđ nitūtur rationibus affirmare. Quarū₃ prima est hec. Ad illius sciētie doctores propter quam solūmodo dicitur assertio catholica vel heretica pricipaliter spectat diffinire ꝑ modū doctrine que assertio est catholica reputanda. Sed per theologiā solummodo scitur que cunq₃ assertio catholica reputanda q₂ illa assertio sola que ē cōsona theologie ē vere catholica. Illa vero que theologie noscitur aduersari eē dinoscitur heretica. Si enī aliqua assertio quibuscūq₃ de causis sūmorū pontificū vel etiam generaliu₃ consiliorū aut etiam iperatoꝝ legibus inueniref aduersa si theologie nullatenus obuiare ꝯuis ꝑ falsa ꝛ erronea posset hr̄i. non tn̄ deberet iter hereses ꝯputari: ergo ad theologie tractatores pricipal'r ꝑtinet diffinire ꝑ modū doctrine q̄ assertio catholica ꝛ q̄ heretica cēsenda est. Secunda ratio est hec. Ad illi⁹ scientie tractatores in qua explicite ꝛ cōplete traditur regula fidei orthodoxe principal'r spectat diffinire ꝑ modū doctrine que assertio catholica que heretica ē cēsenda. Hmōi aūt ē sciētia theologica nō canonistaꝝ. multa enī ad fidē nr̄a₃ spectantia in theologia reperiunf explicite de quib⁹ in sciētia canonistarū mētio nō habef. nihil autē pertinēs ad regulā fidei i alia sciētia poterit repiri nisi ꝙ a theologia recipiūt. ergo ad theologos nō scif talis diffinitio principalit ꝑtinere: ad canonistas nō spectat nisi inquantū aliqua theologica a theologia noscunf mēdicare. Tertia rō est hec de assertionib⁹ quas scientia superior ꝛ inferior tractare noscunf h₃ superior sciētia principali⁹ iudicare. S₃ de quibusdā assertiōib⁹ catholicis ꝛ hr̄ticalib⁹ theologia que est supior ꝛ sciētia canonistarū q̄ est iferior aliquo mō per tractāt ergo ad theologiā pertinet pricipali⁹ talis diffinitio. ꝛ ꝑ cōsequēs ad theologos pricipal'r spectat diffinire per modū doctrine q̄ assertio catholica q̄ heretica ē censenda. Plures alias solēnes rōnes facit vbi supra venerabilis ocħā s₃ hee sufficiant ꝑ p̄nti. ¶ Restat aūt r̄ndere ad rōnes canonistarū. Ad primā nōnulli r̄ndent theologi dicētes ꝙ ad theologiam nō ad sciētiā cāonistaꝝ spectat pricipal'r de approbatiōe veritatū catholicarū ꝛ reprobatiōe heresiu₃ dānataꝝ tractare cui⁹ rōe₃ assignāt dicētes

q assertio veritatis est approbatio veritatis qui em aliqd dictu asserit esse veru approbat illd dictu tanq veru assertio veritatis est approbatio veritatis. Approbatio autez veritatis est reprobatio contrarie falsitatis. qz qui aliqua approbat veritate p ꝯseques ꝯtraria reprobat falsitate: sicut qui pcipit vnuz ꝯtrariorum: p cosequens phibet aliud. vt notat glo. in decreto di. pria humanu supverbo phibetur. assertio ergo veritatu theologicaru p qua da ꝯsequetia est reprobatio oiz heresum cotrariaru. Cu ergo p theologia principaliter veritates theologice asserant. sequit q approbatio veritatu theologicaru ꝛ danatio heresum principaliter ad theologia ptinet. ¶ Sed dices ex quo talis approbatio ꝛ reprobatio principaliter ad theologia ptinet. ergo no tm ad ea pertinet. respodent pdicti dicetes. q ad scientia canonistaru ptinent libri decretoru et decretaliu: ꝛ alie questiones summoru pontificu ꝛ episcopale: in quib quedā veritates theologice asseruntur: ꝛ nonulle hereses reprobatur. licet tm ille veritates ꝛ hereses sint pauce respectu illaru q in theologia habent. ꝛ ideo no tm ad theologia. sed etia ad scientia canonistaru spectat aliquas veritates catholicas approbare ꝛ aliquas hereses licet paucas reprobare. Ad theologia aute spectant oes veritates catholicas approbare: ꝛ oes hereses reprobare. quare licet principaliter talis approbatio ꝛ reprobatio ad theologiaz pertineat. ptinet tm scdario nihilomin ad scietia canonistarum. Alia ratione adducut dicetes theologia veritates catholicas approbado: ꝛ hereses reprobado a canonistaru scientia: nihil oino recipit vel medicat. Canonistaru tm scientia veritates catholicas approbando ꝛ hereses reprobado ad theologia oia medicado procedit: quare ad theologia hec principalius ꝛ vniuersaliter pertinere noscut ad canonistaru scietia secudario ꝛ pticlariter. ¶ Ad scdaz ratione canonistarum respodetur q qtum ad ea q fidei sunt magis credēdu e theologie q cuicuq alie scientie. nullisq scriptoribus quarucunq scientiarum: ita oportet credere sicut scriptorib sacre theologie. Auctoritas bti Augustini: que adducitur: vt nonulli dicut frequenter a multis contra intellectu beati Augustini pessime allegatur. Ad cuius intellectu dicut esse sciendu q nomen ecclesie equiuoce in locis varijs scripturarum accipitur: aliquado pro loco corporali diuinis officijs deputato. Aliquado p aliquo speciali collegio clericorum. Aliquando pro toto collegio omnium clericorum. Aliquando pro aliqua multitudine speciali cleri et populi. Aliquando pro tota congregatione omnium fidelium simul in hac vita mortali degentium. Aliquando vero nomen ecclesie: non solum totam congregationem viuentiu: sed etiam fideles mortuos comprehendit: ꝛ isto vltimo modo accipit ecclesiam btus Augu. in li. cotra ma

nicheos et recitatur di. xi. c. palā. qui ait palā est q̄ in re dubia ad fidem valeat catholico ecclesie auctoritas q̄ ab ipsis fundatissimis sedibus apl'oꝝ vsq ad hodiernū diem succedentiū sibimet epoꝝum serie et tot populoꝝ ꝯsentanee firmatur vbi ecclesia catholica epos et populos a tpe apostoloꝝ vsq ad ordies sibimet succedētes importat: et sic accipit nomē ecclesie. Augusti. cū asserit q̄ nō crederet euāgelio nisi eū auctoritas ecclesie cōpelleret. Ista eīn ecclesia scriptores euāgeliū. et oēs populos cōprehendit sicut ꝓbatum est. Quare ex auctoritate Aug. Sane intellecta inferri nō pōt q̄ magis sit credendū summo pōtifici canonū conditori q̄ euāgelio. Et per cōsequēs per eā ꝓbari non pōt q̄ maior fides sit exhibenda sacris canonib' q̄ euāgelio xpi. Concedunt tñ q̄ magis credendū est ecclesie que ē multitudo catholicoꝝ oīm qui fuerūt a tēporib' ꝓphetarū et apl'orū vsq modo q̄ euangelio. non q2 de euāgelio sit aliqualiter dubitādū: sed q2 totum est maius sua parte. Ecclesia igitur q̄ maioris auctoritatis est q̄ euāglista est illa ecclesia cuius auctor euangeliū ps esse dinoscit. Nō ē aūt mirū si maior ē auctoritas toti' ꝯgregatōis: q̄ pt; ideo maior ē auctoritas totius cōprehendētis euāgelistas et oēs alios orthodoxos vsq ad hec tempora q̄ vnius vel etiam plurium personarū congregatiōis eiusdē. Quod autē cōditor canonū nō sit maioris auctoritatis q̄ euangeliū sed multominoris: ipimet canonū conditores testatur apte. Urbanus eīn papa. vt habet. xxv. q. i. c. sunt quidē: ait. sciendū vero sūmopere est q̄ inde nouas leges potest cōdere pontifex supple Romanus: vnde euāgeliste. Nequaq̄ aliquid dixerunt vbi vero aperte dñs vel eius apostoli: vel eoꝝ sequaces: sancti patres sentētialiter aliquid diffinierūt ibi romani pontifices non nouā legem dare possunt: sed poti' qd̄ predicatū ē vsq ad aīaz et sanguinē confirmari dz: si eīn q̄ docuerūt apl'i et ꝓꝓhe qd̄ absit destruere niteref nō sentētiā dare: sz magis errare cōuincereꝟ. Ex his igitur colligiꝟ euidēter q̄ cōditor canonū minoris est auctoritatis q̄ euāgeliū sacrosanctū: ꝯtra qd̄ nouā legē nequaq̄ condere pōt: sed euāgeliū defendere vsq ad aīam et sanguinē obligaꝟ. Contra qd̄ si nouā legē dare ꝓsumeret esset de errore p catholicos cōuincēdus. His fabianus papa cōcordat q̄ vt habeꝟ. xxiiij. q. iij. c. q̄ oipotētē deū metuit nec cōtra euāgeliū: nec cōtra apl'os: nec cōtra ꝓphetas: nec sanctoꝝ patrū instituta agere aliquid vllo mō cōsentit. Ex quibus verbis patēter habeꝟ q̄ conditor canonū si oipotentē metuit nihil cōtra euangeliū cōponere ꝓsumit statuere. et ita nō maioris sz minoꝝ auctoritat' q̄ euāgeliū eē dinoscitur qd̄ i pl'rib' capitl'is i libro decretoꝝ insertis luce clari' cōstat sicut ex di. ix. c. noli. et c. ego solis. et ca. q̄s nesciat. et c. noli. et c. neq: et ex. xiiij. di. c. sicut. et ex cā. ij. q. iij. c.

olum resurgẽt filij israel. Alij dicũt solũ illi qui fuerunt iusti de israel resurgẽt. Alij credũt etiã iusti aliarũ gentiũ resurgent. Alij eorũ credũt post resurrectionez sint iterũ morituri. Alij credunt post resurrectionẽ nũ amplius morientur. Alij eorum credũt post resurrectionẽ erũt in paradiso terrestri. Alij credũt erũt i padiso celesti. Alij credũt nũ deus reuelauit pphis nec angelis tps aduẽtus messie: sed solũ nomẽ suũ. Alij eorũ credũt reuelauit pphis: sz adhuc nõ accessit tẽpus eius. Alij eorum credũt iam tps suũ trãsiuit sed nõ venit pter pctm suũ. Alij credũt iã venit et fuit natus tpe signato: sed nõ venit ad saluandũ eos. Alij credũt venit ad saluandũ eos: sed non saluauit eos ppter pctã eorum: et sicut non saluauit eos: sic nec saluauit alios. Alij eorum credũt et dicũt nun adhuc nat⁹ ẽ. Alij eorum se reputãt pphas et nõ credũt vnũ nec alterũ. Alij eorũ credũt opiniões cõpositas ex pdictis q diuersimode sunt mixte. Et pter has oẽs cõtradictiones opinionũ inter eos appet manifeste sunt facti ceci et deuij a via veritatis. Circa illud tẽpus in q apparuerũt in vestimẽtis iudeorum signacula crucis i regno Castelle sicut infra dicet sm qd scripsit rabi abraã benesdra i libro suo quo legẽ glosauit. Oẽs iudei pdicti regni et p maiori pte in tota hyspania signanter in ciuitate burgensi erãt saducei et heretici. sicut etiaz scripsit rabi mosse legionensis in libro quẽ fecit p reprehẽsiõe saduceorum: et dicit ab anno creationis mundi. iiij. miliũ. dcccc. et. xxxvij. annorum cõuersi sunt oẽs pdicti iudei ad credendũ hãc fidẽ quã nũc credũt pharisei in thalmud nõ voluntarie. sed violẽter ppt regis castelle preceptũ: q i illa carrionensi. pdicti regni erãt pharisei et saducei: sed saducei habebãt maiorem potestatẽ et nõ incẽdebãt cãdelas in nocte dic sabbati in aliq loco totius iudaismi et inter phariseos erant tres fratres honorabiles. et maior horum vocabat rabi nehamias qui semp tristabat et eis displicebat: q lex phariseorum nõ implebat inter eos quous vn⁹ eorũ pter honorẽ sue legis exposuit se periculo mortis incendens candelam die sabbati publice: propter quod commota fuit tota villa: et fuerũt magne contẽtiones inter eos: intantum qd vtra pars habet venire coram rege Alfonso: et venit in auxilium phariseorum iudeus quidam predicti regis medicus q dicebatur rabi hyu. castri. benalfacar granatẽsis: pter quẽ fecit rex quicquid voluit: et precepit oibus saduceis conuerterẽt se ad legẽ phariseorum lz eis nimiũ displicuerit. et extũc vs nunc credunt isti iudei in lege phariseorum: et pter talia accidentia voluuntur semp de vna fide in alterã et currũt deuij et mutabiles sicut oues sine pastore ab illo tunc qñ dimiserũt verũ pastorẽ quẽ habebãt elõgãtes se ab ei⁹ via et doctria q fuit ver⁹ messias iesus xps dominus

noster qui venit ad ostendendū eis viam rectam ne perirent cum sit via veritas et vita Joh.xiiij.

¶ De bello iudeorum per argumēta sumpta ex lege mosayca.



Quarta consideratio est de bello iudeorū per argumēta sumpta ex lege mosayca quibus putāt nostrū fidei fortalicium expugnare: et reducuntur omnia argumēta principalia ex lege sumpta. ad Nume.xxiiij. seruabitur autē talis ordo q ad quodlibet argumentū statī dabitur sua solutio: quia hoc requirit certamen militantiū. vt confusio euitetur. ¶ Primū argumentum iudeorū est quo probant legē moysi perpetuo duraturam: cuius oppositum fuit declaratum supra li.i.ar.vi. Arguunt ergo sic primo. Omnia opera dei sunt perfecta. sz lex ātiqua fuit data a deo. ergo impossibile est in ea dare imperfectionem ꝓpter quam debuerit cessare maior ptz Deut.xxij. vbi dicit. dei perfecta sunt opera. minorem concedunt xpiani. ergo sequitur cōclusio. Confirmatur etiā illa lex est perfectior: quā deus pluribus miraculis confirmauit q illa quā paucioribus vel nullis. sed legem antiquā pluribus miraculis cōfirmauit q nouā. ergo etc. maior est manifesta. qr sapiēs artifex firmius fundat et magis conat stabilire pfectū opus q imperfectū. quēadmodū enī plura remedia sunt adhibēda vbi maius periculū iminet. ita plura opa vel facta sunt expendenda vbi perfectius opus impleri debet. minor etiā ptz: qr nusq legūt ita magna miracula sicut sunt q habent in exodo et in toto pētateuco. et si aliqua miracula legunt in euangelio. ista sunt dubia apud iudeos: nec apparet causa quare eis sit fides adhibenda. ¶ Sed quia super oia vincit veritas. vt dicitur.ij. Esdre.c. iiij. ideo non est difficile argumenta cecorū soluere. Dico autē ad argumentū cū dicitur omnia opera dei esse perfecta: q deus fecit legē antiquā ita esse perfectam sicut fieri potuit fm ꝯditionē populi recipientis legē. Nā ppls ille ita erat imperfectus. q dicentibus exploratoribus ciuitates terre ꝓmissionis esse fortes et munitas et bene muratas statim desperauerunt. et dimisso dño et moyse voluerunt reuerti in egyptum. sicut legitur Nume.xiiij. Sic etiā quando moyses stetit in monte syna quadraginta diebus. obliti omniū mirabiliū q viderant in egypto. Declinauerūt ad ydolatriā. vt habet Exo.xxxij. si ergo moyses ꝓmisisset eis ꝓ hereditate regnū celorū vtiq desperassent si precepisset eis non odire inimicum. et dimisso eo ꝓculdubio ydolatrassent. Illa ergo lex perfecta fuit fm q populus exigebat. Sed adueniente maiori dispositione in populo perfectior lex dari debuit. sicut anima pueri non est ita pfecta sicut anima viri. ita lex data populo rudi tempore moysi non fuit ita pfecta: sicut lex data tēpore xpi. et sic nec ppetuo durabilis. ¶ Ad cōfirmationē cū dicebat q

plura miracula arguunt perfectio
nem legis. Dicendū ꝙ vno modo
non est verū. miracula enī fiunt in
legis datione ad confirmandū cor
da populi: ne vacillent in lege. qñ
ergo populus legē recepturus ma
gis est indispositus. plura miracu-
la sunt necessaria ad confirmandā
illam legē. non ergo miracula plu-
ra arguunt legē perfectiorem: sed
ostendunt populū recipientē illaz
legē minus esse perfectū ⁊ disposi
tum ad percipiendū diuina. quem-
admodū enī rudis homo: etiam cū
multis pricipijs nescit elicere vnā
conclusionem. Ille tñ qui est subti
lis per pauciora media scit conclu
dere veritatē scientificā sicut po-
pulus iudeoꝝ rudis cū omnibus
miraculis in lege antiqua factis
nesciebat veritatem cognoscere. sꝫ
populus effectus perfectior nō in
diguit multitudine miraculoꝝ: sed
paucis miraculis perfecte adhesit
veritati diuine. concessa tñ maiori
propositione. minor est falsa. Nam
maius miraculū fuit liberare totū
genus humanū a potestate dyabo
lica. qḋ fecit xp̄s in lege noua ꝙ li-
berare populū iudaicum a seruitu
te egyptiaca. Ibi enīꝫ interfectus
est pharao cum curribus et equiti-
bus eius. hic vero vict⁹ est dyabo
lus cum suis virtutibus: nec fuit
maius miraculum diuidere mare.
Exo. xiiij. ꝙ siccis pedibus ambu-
lare super mare. quod fecit christ⁹
Matth. xiiij. ⁊ Joh. vi. Sicut nō
fuit mirabilius quādo helyas diui
sit aquas iordanis. iiij. Regū. ij. ꝙ
quando helyseus fecit natare fer-
rum. iiij. Reg. vi. Sed hoc non ca-
ret mysterio. Nam aque multe sunt
populi multi. vt dicit Apoca. xvij.
In lege ergo diuidente populū ab
alijs populis debuit fieri diuisio
aquarū: sed vbi lex quantū in se est
oēm populum subijcit diuine volū
tati debuit ipse dn̄s super omnes
aquas integras ambulare: nec est
maius miraculū aquā amarā red-
dere dulcem. Exod. xv. ꝙ mutare
aquā in vinū. Joh. ij. aquam enim
amarā conuertit in dulcē. lex anti-
qua qñ ea que offerebantur ydolis
vel adorabātur ab ydolatris iussa
sunt offerri deo in sacrificijs. sed
quia vinū letificat cor hominis. lex
euangelica aquā in vinū cōuertit
quia ad summū ⁊ perfectū gaudiū
perducit. miracula etiā q̄ in euāge
lio ⁊ in actibus apostoloꝝ leguntur
multa plura sunt numero ꝙ que fa
cta sunt in veteri testamēto. Fecit
etiā multa alia miracula iesus q̄ si
scripta essent per singula libros in
de scriptos totus mundus capere
nō posset. vt dicitur Joh. vlti. ca.
Si autē ista miracula iudei recipe
re nolunt teneant sibi dānum. Di-
xerat enī eis Esayas propheta in
caplo. vij. si non credideritis non
permanebitis. ptꝫ ergo ꝙ lex moy
si: nec est perfectior lege noua: nec
consequenter perpetuo duratura.
¶ Notandū tñ est hic circa xp̄i mi
racula sicut scribit in pugione. pte
scđa. ca. viij. ꝙ iudei xp̄i miraculis
inuidentes beelzebub principi de
monioꝝ ea primitus ascripserunt
porro quia tot fecit miracula ⁊ ta-
lia q̄ ⁊ qualia nemo vnꝙ aliquis fe

cit. Joh. xv. Nunq̄ quippe ali⁹ aliquis: vt ipse ⁊ sui in eius noie illuminauit cecos. fecit audire surdos ambulare claudos atq̄ cōtractos: et loqui mutos queadmodū predixerat. Esa. pphēta. c. xxxv. deus ipse veniet ⁊ saluabit nos. tunc aperientur oculi cecorū: ⁊ aures surdorum patebunt. tunc saliet sicut ceruus claudus et decantabit lingua mutorū ⁊c. His quoq̄ miraculorū generibus alia q̄plurima addidit sicut fuit resurrectio mortuorū ⁊ subita curatio leprosorum ⁊ diuersorum infirmorū. ¶ Quia ista inq̄ ⁊ plura alia innumera fecit dn̄s noster iesus xp̄us miracula soli deo possibilia conata est ei iudaica prauitas cui nūq̄ deest: nec defuit vulpina calliditas alia oturpare blasphemia. Cōposuerunt igitur libellum: in quo cōtra xp̄m talē mentiti sunt fabulam. Tēpore inquiunt helam regine. i. helene que vniuerse terre israel dominabatur iesus nocri. i. iesus nazarenus venit hierusalem inuenitq̄ in tēplo dn̄i lapidē in quo sedebat olim archa dn̄i. ⁊ erat in eo scriptū sembāmesoras id est nomē dei expositū. quicunq̄ vero illius nominis litteras addiscebat ⁊ sciebat. poterat facere q̄cquid volebat. Sapientes vero isrl' timētes ne viri israel addiscerent illud nomē ⁊ virtute illius destruerent seculū fecerūt duos canes ereos ⁊ posuerūt eos sup duas columnas cōtra portā domus sanctuarij q̄ncunq̄ igit ingrediebat aliquis et addiscebat litteras p̄dicti nois et exibat canes illi erei latrabāt ei ita horribiliter q̄ perterritus obliuiscebatur nomen ⁊ litteras quas didicerat. venit itaq̄ iesus nocri. ⁊ ingressus templū didicit illas litteras ⁊ scripsit in pergameno. deīde incidit carnē cruris sui ⁊ in incisione illa inclusit dictā cartulā dicēdo nomē nullū sensit dolorē ⁊ redit cutis otinuo sicut añ erat. Cūq̄ egrederet de tēplo latrauerūt ei canes erei supradicti. ⁊ statim oblitus est nomē. perrexit itaq̄ in domū suaz ⁊ aperuit crux cū cultello accepitq̄ cartulā vbi erant littere semhāmesoras. i. nois dei expositi vel explanati. et iterū didicit eas. quo facto ꝯgregauit. ccc. ⁊. x. de iuuenib⁹ israel: ⁊ dixit eis. videte ob hoc me dicūt sapiētes esse spuriū: q2 super israel volunt habere dn̄m. vos aūt scitis q̄ oēs pphete pphetauerūt sup messiam. ⁊ in veritate ego sum ipē. ⁊ sup me dixit. Esa. c. vij. Ecce alma cōcipiet ⁊ pariet filiū: ⁊ vocabitur nomen eius emanuel. Dauid quoq̄ auus meus pphetauit super me ⁊ dixit. dominus dixit ad me filius meus es tu: ego hodie genui te. Genuitq̄ ita mater mea sine coitu masculi v̄tute dei. Ipsi sunt igitur spurij ⁊ nō ego. sicut dictuz est Osee. ij. ⁊ filiorū eius nō miserebor. q2 filij fornicationū sunt. Responderūt ei iuuenes. si tu es messias: ostēde nobis signū. qd̄ signum inquit queritis a me. dixerūt ei. fac claudū stare sicut nos. Qui ait. adducite eū ad me. cōtinuo igit duxerūt claudū ad eū q̄ nūq̄ steterat super pedes. dixitq̄ sup illū semhāmesoras. Illa autē hora claud⁹ sur

rexit ⁊ stetit super pedes suos. In
clinauerũt ei hoies ⁊ dicebãt. iste
sine dubio est messias. Adduxerũt
q̃ ei iterũ leprosum ⁊ dixit nomen
posuitq̃ manũ sup eũ ⁊ statim cu
ratus est. Accreuerũt ergo ei multi
ribaldi gẽtis nostre. Videntes igit
sapiẽtes q̄ credebant ⁊ israel cepe
runt ipm ⁊ duxerunt ad helam re
ginã. in cuius manu erat tota isrl
⁊ dixerũt ei. dña nostra i manu isti⁹
est sortilegiũ ⁊ facit errare mũduz
iesus vero nocri rñdit ei. Dña oliz
pphete pphetauerũt sup me: quo
rũ vnus dixit Esa. xi. Egredietur
palmes de radice iesse ⁊ ego sum
ille. sup istis vero dixit dauid. Bea
tus vir qui nõ abijt in consilio im
piorum. Dixit ipsa est ne in lege ve
stra q̃z ipse dixit. Rñderũt in lege
nostra est hoc. sz nõ est dictũ de eo.
Sed sup eo scriptũ est Deut. xviij.
ppheta autẽ ille morietur: quia lo
cutus est iniquitatẽ contra deum.
De messia vero dictũ est in diebus
eius saluabitur iuda. Dixit ille ini
quus: ⁊ ait regine. ego sum ille qui
resuscitabo mortuos. Misit itaq̃
regina fideliores quos habebat cũ
ipsis: ⁊ fecit impius ille reuiuisce
re mortuũ per semhãmeforas. In
illa hora obstupuit regina: ⁊ dixit
vere magnũ signũ est hoc deditq̃
sapientibus verecundiã ⁊ exierũt
cõfusi a cõspectu ei⁹. Fuitq̃ ipsis
⁊ israeli dolor magnus. Iuit autẽ
iesus nocri in galyleã superiorẽ iue
runt sapiẽtes ad reginã ⁊ dixerũt
ei. Dña nostra sortilegiũ est cũ isto
hoie ⁊ deuiat creaturas. Misit igi
tur illa milites q̃ caperẽt eũ: ⁊ non
permiserunt hoies galylee: sed vo
luerũt pugnare cũ eis. qui ait. nolit
te pugnare pro me. q: fortitudo pa
tris mei de celo ⁊ signa que dedit
mihi tenebũtur me. Faciebãt itaq̃
hoies de galylea aues de luto corã
eo. ⁊ ipse dicebat semhãmeforas su
per eas: ⁊ statim aues ille volabãt
ceciderũt igit illi i facies suas ado
rantes eũ. Dixit etiã in illa hora vt
apportaretur vnus maxim⁹ lapis
molaris ⁊ pijceret in mari. ⁊ vt fa
ctũ est. Dixit ille impius semhãme
foras. i. nomẽ dei expositum ⁊ fecit
molã illã stare sup faciẽ maris. se
ditq̃ sup eã. ⁊ ait militib⁹. Ite ad
dñam vestrã ⁊ nũciate ei q̃ vidistis.
Deinde surrexit cũ eis ⁊ cepit am
bulare sup faciẽ aque. Abierũt mi
lites ⁊ oia q̃ viderãt dixerũt helam
regine: q̃ vehemẽter obstupescens
vocauit sapiẽtes ⁊ dixit eis. vos di
citis q̄ hic homo iesus nocri est sor
tilegus. sciatis q̄ signa q̃ facit ostẽ
dunt eũ filium dei. Qui dixerũt ei
dña nostra. fac eũ venire: ⁊ nos de
tegemus fraudẽ ei⁹. Interim abie
runt seniores israel ⁊ fecerũt quẽ
dã intrare domũ sancti sanctorũ q̃
dicebat iudas scarioth ⁊ dicit litte
ras semhãmeforas. eo mõ quo eas
didicit iesus nocri: ⁊ fecit incisionẽ
cruris ⁊ alia q̃ ipse fecerat. Venit
igit ille nocri. i. nazaren⁹ cũ societa
te sua ⁊ stãs corã regia fecit venire
sapiẽtes ⁊ ille stãs corã regia dixit
sup me pphetauit dauid. q: circũ
dederũt me canes synagoga mali
gnãtiũ obsedit me. Sz ⁊ sup me di
ctũ ẽ illõ. hier. i. Ne timeas a facie eo
rũ q: ego tecũ vt liberẽ te dicit dñs

Sapientes vero contradicebāt ei et ait regine ascendā in celū. et sic dixit dauid sup me psal. cv. Exaltare sup celos deus. eleuauitq3 manus vt alas p nomē semhāmeforas explanatū: volauitq3 iter celū et terrā qd qn sapiētes israel viderunt. sic dixerunt ad iudā scarioth: vt diceret semhāmeforas et ascēderet post eū qui ascēdit et luctatus est cū eo et ceciderūt ambo et fregit sibi ille impius brachiū. et sup hoc ope singulis annis xpiani plorāt ante pascha suū. hora illa ceperūt illum israel et operuerūt eū pānis et pcutiebant eū virgis malagranatorū dicentes. helam regine. Si est filius dei dicat qui pcussit eū. et nesciuit dicere. Dixit itaq3 regina sapientibus. ecce in manibus vestris est facite ei quicqd placuerit in manib9 vestris. Ceperūt ergo eū et duxerūt ad suspēdendū. omne vero lignū vel arbor in quo suspendebat statim frāgebatur: ipse quippe per semhāmeforas adiurauerat oia ligna ne susciperēt eū. Abierūt itaq3 et adduxerūt stipitē vni9 caulis qui nō est de lignis. sed de herbis et suspēderūt sup illū. neq3 enī hoc est miruz. qr singulis annis crescit tm̄ vnus caulis in domo sanctuarij. qz descēdūt de eo cētū libre seminis. ¶ Ex his poterit aīaduertere quisq3 prudens. qz tanta fuit miraculorū dn̄i nostri iesu xpi euidētia: tanta magnitudo et multitudo: tanta excellētia et certitudo. qz iudaica prauitas quo erūperet nō hēbat. cōfugit igitur ad pprīū suū qd est mentiri libellū mēdacijs plenū atq3 blasphemijs turpibus cōponens hec sub cōpēdio sumpta sūt. impletūq3 est in persona xpi qd scriptū est p pphetā Osee. vij. Ve eis qm̄ recesserūt a me: vastatio eis: qr puaricati sunt in me. ego redemi eos: et ipsi locuti sūt cōtra me mendacia. ¶ Est aūt hic notandū qz iudeorū fatua falsiditas apud intelligētes xpi fidez adiuuat. vnde se nocere putat. Et si quidē ipi qd asserunt dn̄m iesum talia in veritate fecisse lz in nomis dei virtute miracula ostēdunt: pculdubio tantā miraculorū eius fuisse excellentiā qz eam ipsorz impietas demonibus nequiuit ascribere: tantaq3 fuisse eorum euidētia qz nequaq3 ea ipsorū inuidia valuit suffocare. At vero per talez modū. i. per semhāmeforas: hoc ē p nomē dei explanatum siue expositū dn̄i iesu miracula fuisse facta delirāt trāslucet eorū mēdaciū si sit qui diligēter īspiciat. Si verū nāq3 fuisset qz aliquod nomē dei apud eos esset cui deus talem virtutem et talē efficatiā pstitisset pfecto iuuissēt se eo tpe vespasiāi et tyti et fecissēt qz hierlm nō potuisset capi et iudei occidi et captiuari eo mō quo infra dicet cōsideratiōe. ix. vel etiā virtute huius nois volassent in celū vel omes vel saltem aliqui. Deniq3 cum helena mater fuit cōstantini impatoris in cuius tēpore dn̄m iesum fuisse dicūt et a tempore iesu xpi vsq3 ad constantinum et helenam fuerunt trecenti anni: vt patet p imperatorū romanorū hystorias. manifestuz ē iudeo i supradicto libello fabrica-

tiones esse mendacij. ¶ Notādum etiā ꝙ dicit beatus Aug. Preuidēs inquit dn̄s iesus impios quosdā futuros q̄ miracula eius calumniarēt magicis artib⁹ attribuēdo ꝓphetas ante ꝑmisit. Nunq̄d eni si mag⁹ erat magicis artibus fecit vt coleretur. nū quid ⁊ mortu⁹ magus erat ⁊ anteq̄ natus. prophetas igit audi et lege qui ante dn̄m venerūt. Forma igit sumpta ex verbis sancti augustini dicamus iudeis esto ꝙ suspicari potuerit dn̄m nostrū iesum christū per artem aliquā vel p virtutē supradicti nominis dei fecisse miracula vt ipsi calumniant. p quā artem queso anteq̄ natus esset per quadringentos annos ⁊ vltra aduētui suo ⁊ toti vite sue. necnō ⁊ factis suis ⁊ dictis atq̄ suoꝝ tā cōgrua: vt pꝫ ex ꝑdictis ⁊ dicēdis patebit dicta reddidit ꝓphetarū. sermo nāq̄ ꝓpheticus et maxime de aduētu messie qn̄ cūq̄ a iudeis exponit iudaice semper ⁊ vbiq̄ renitit iuxta eoꝝ expositionem absurdā. ⁊ icōpossibilia cōtinet et inuenit mēdax. Qn̄ vero de dn̄o iesu ⁊ sibi pertinētib⁹ accipit vt ex solis etiā que dicta sunt haberi potest. occurrit. cōsentit. cōsonat ⁊ obedit. nihil impossibile. nihil absurdū igerit sꝫ inuenit verax. ¶ Adhuc etiā si ipse dn̄s iesus vt a iudeis sibi est impositū per artē sepe dictā faciebat miracula. p quā artem fecerunt ea post mortē eius apostoli et ceteri discipuli. vt testimonio thalmud patet nō p sembhāmeforas. sed per nomē dn̄i nostri iesu christi. fecisse miracula. Unde sup ecclesiastē: primo cuncte res vel cuncta verba difficiles vel difficilia non potest vir eas vel ea perloqui. Accidit q̄d Rabie liazaruꝫ bēdama momordit serpens venitq̄ iacob. i. iacob⁹ vir de villa cathanea ad curādū eū ex noīe iesu. i. iesum filiū pādera ⁊ non ꝑmisit eū rabi ismael sꝫ dixit ei nō licet tibi bendama. ⁊ ait illi ꝑmitte mihi ⁊ ego inducā ꝯ te argumētuꝫ vel auctoritatē ꝙ licitū est: ⁊ nequiuit auctoritatē inducere ⁊ faciens homo viuet in eis dictū est de mandatis dei. ⁊ nūq̄ moriat in eis. Itē in libro sebath. hierusalē in distinctione cenomasarcim filius filij. rabiosue filiū leui. glutuerūt toxicō. s. vel aliud mortiferū. venit itaq̄ vir ex noīe ysua. i. iesus pātherim ⁊ sanatus ē vel deuit: cūq̄ exisset ait ei qn̄o cōiurasti eū. ait ei ꝟbo tali. Ait ad eū remissius fuisset ei si mortu⁹ non fuisset ⁊ non audiuisset sicut et factū ei fuit sic. i. mortu⁹ est statim. ¶ Si quis diligēter aduertat has duas traditiones in noīe dn̄i nostri iesu xp̄i facta fuisse miracula iudaicarum scripturarū testimonio comprobat: porro si dicat ꝙ p artē opabant ea apostoli tāq̄ a xp̄o dn̄o edocti duꝫ viuerent/qua arte poterunt dici ea fecisse iā mortui qua ēt arte posteri eoꝝ pueri ⁊ puelle ⁊ si per artē quoq̄ isti qua arte ipsoꝝ implorātes auxiliū apd̄ xp̄m qua arte reliquie ipsoꝝ qua vestes. qua sandariola. qua baculi. pꝫ ergo ꝙ miracula xp̄i ⁊ suoꝝ ita firmiter cōstāt ꝙ nulla p̄nt inficiari neqcia. ¶ Notandū ergo ꝙ iudei idcirco in supradictis traditionibus ⁊ alibi bēpandera. i. filiū pandera: alibi iehusua pantheria. i. iesuꝫ pātherie noīabāt q: vt ait iohānes damascen⁹ in. iiij.

lib.leui.quē sanctus lucas a ioseph ascēdēdo. quartū noiat genuit pāthera.pāthera aūt genuit barpanthera.barpāthera genuit Joachin. Joachin vero duxit annā que valde erat honesta et laude digna.quēadmodū vetus āna sterilis exīns p votū et repromissionē samuelē peperit.ita et hec p preces et repromissiones a deo dei attulit genitricez. hec damascenus.

¶ Contendit iudeus pbare q lex moysi non est abolita et hoc sic.



Ecūdū argumētum iudeorū est ad idem scz q lex moysi non est abolita sz adhuc obseruanda et arguūt sic. Si lex bona ē et a deo data obseruāda est cuius eīm decretū erit obseruandū si māda tū dei nō est obseruādū qd eīm cōsiliuz dabant nobis xpiani quomodo illd effugemus maledictū.maledictus q non permanserit in oibus q in lege scripta sunt.legislator nihil excipit sed vniuersalr oia mandat obseruāda.xpiani aūt ad suū arbitriū legis et mandatorum obseruantiā determinant. ¶ Ad ista respondet magister alanus in suo quadripartito li. iij.capi.iiij.dicens.q lex mosayca diuino intellectu ē intelligēda. Respondemus ergo legem bonam et a deo datam ac a deo quicquid in ea scriptū est diuino sensu intellectū suis temporibus obseruatum et obseruandum esse sanximus.ea eīm diuino intellectu intelligenda erant quia si ad litterā accipimus multa repugnantia videmus.cū eīm dicat moyses vidit deus cūcta que fecerat et erant valde bona.Gen.i. Quō in lege dicunt quedam esse mūda et quedā immūda ad litterā quod eīm immundum est quomodo est valde bonum.nec solū ea prohibentur in lege q sui natura homini ad vescendum nociua sunt ymo etiam ea que gustu iocunda et q vsu salubria ad comedendū existunt.licet a deo dicta sunt tamen ad se inuicē ad litteram omnino dissident. In exo. etiā inter alia precepta de faciēdo altare domin⁹ moysi ibi pcipit capi.xx. Altare de terra facietis mihi: in sequentibus aūt sic legitur.fecit itaq moyses altare thimiamatis de lignis sethiz:et alibi fundauit bases eneas in introitu tabernaculi:multum itaq aduersum videt vt aliud et aliter q dñs iubet p moysen ab ipso moyse agatur. Aliud ergo q littera sonat hic accipi oportet. Item ad litteram quō stare pōt q de⁹ prohibet.Deut.xxij.ne hō aret in boue et asino. Onus quodcūq aliud tibi placet asino imponere nō vetat lex. et ponere iugum cū asino quare nō licet. Ad pascua ducere bouem cum asino licebit. In pascuis eīm simul esse et pasci lex permittit et arari simul prohibet et interdicit. Si autē propterea vetat qz hoc alias immūdum lex dicit quare circa illud cetera q dicta sunt pmittit et solū arare excipitur.equ⁹ in lege aial immūdū esse phibet et alia multa.nec tamen arare bouē cū equo vl alio aiali immūdo in lege phibet.hāc nō solum in his q dicta sunt mādatis sz in q pluribꝰ aliis legalibus cerimoniis cōtrarietatē videmus nisi ea cōpetenti sensu itellexerimus. Discreto

itaq; et diuino sensu hec discutienda. et intelligēda sunt. Si vero legem debito sensu accipim⁹ oīa legis mādata debita obseruatiōe obseruare poterim⁹. quedā ad litteram et sine vllo velamine figurarum dicta esse accipiendū quedā vero ad figuram et pfundo velamine obūbrata esse intelligere quedā ad tps obseruari iussa sunt quedā sine vlla tpis determinatione q̄ enī alterius sacramenti pnūciatiua erāt et veritatis figurā fatentur suo tpe manifesto rei atq; veritatis psentia oportuit vt eorum remaneret pnunciatio et figura.

Nam sicut vsu ipso loquēdi vtimur verborum vicissitudinibus dicēdo erit q̄diu futurum est ipsumq; erit prorsus obmittentes in psenti assumimus est quodq; ipum iā pterijsse significantes vtimur fuit. Sic in rebus pnūciatiuis alicuius sacramēti vbi pns manifestat sacramentū ei⁹ iam supfluo reseruaret figura seu signū q̄ alicuius misterij significatiua nō erāt sed a parte seu fidei veritatē insinuant seu carnis edificatiōnē cōmendāt ea a iudeis et xpianis nō ad tēpus sed inppetuū obseruanda sunt earūq; transgressio nullo modo potest inulta esse. hec Alanus.

¶ Contendit iudeus probare q̄ diuine sanctiones veteris testamenti non sunt mutate.



Ertiū argumentū iudeorum ē ad pbādū q̄ diuie sanctiōes veteris testamēti nō sunt mutate. Arguunt ergo ꝯ xpianos sic. Si smo dei ad tps obseruād⁹ ē eoq; smone ānullato alio tpe ali⁹ obseruād⁹ ē. Sicq; p tpm vicissitudies diuie sanctiōes mutātur q̄ pacto ratū non erit qd̄ dr̄. ps. cxviij. Ineternū dn̄e pmāet vbū tuū et illō. Mat. xxiiij. Celū et terra trāsibūt vba aūt mea nō trāsient. qd̄ interest cur de⁹ hoc aīal imundū iudicet illud mūdū. hoc vti phibeat. illo vti pmittebat q̄s enī adiuuit vt dr̄ ysa. xl. spiritū dn̄i. aut q̄s ei⁹ ꝯsiliarius fuit vt istud agi pmittat illud phibeat iussit obsequēdi ergo ei obsequēdū ergo ei obseq̄ summa virtus ē. phibuit fieri. ergo iā nō licet idq; si postea fiat peccatū esse dicimus ac pena debita puniēdū: vt ergo seruem⁹ figuras cōtēnemus litteras. vt seruem⁹ alterū q̄ ratio est dānare alterū. Seruem⁹ litterā. seruemus et littere figurā. maneat parua sensu nr̄o littera. maneat vt vestro et addat spiritualis et ꝯcessa nobis sit a deo mysterij latentis intelligētia. Abstineamus a pctō qd̄ lex iubet: abstineamus et ab eo si quod ē quod per porcum figuratur peccatum. Non aremus cum boue et asino quia id legislator prohibuit. et si qua intellexeritis per asini et bouis copulamen phas est euitare. immo peccatum est non euitare ita et de ceteris ita enim lex adimpleta. et adimplenda esse censetur et adimpletur. ¶ Solutio predicti alani vbi supra q̄ in nouo testamento diuine sanctiones veteris testamenti non mutantur sed adimplētur. Dicit ergo q̄ sermo diuin⁹ in nullo annulat. diuine sanctiōes nō mutant q̄ christus nō venit soluere legē sz

adimplere. vnde ipse ait Math. v. Amen dico vobis iota vnū aut vn⁹ apex nō preteribit a lege donec oīa fiant. non igitur vult eam soluere sed adimplere vt patuit supra li. i. arti. vi. et in prio thezauro quarti puncti eiusdem articuli. Lex enim prohibet homicidiū xp̄s iram et odiū. lex enim prohibet homicidium carnis. xp̄us etiam ipsum appetitum cordis. nobis lex prohibet vti carne porcina et eo tūc ab ea animante abstinentia nobis necessaria erat: quoniam veritatis future figura erat et figura seruanda erat donec adesset ipsa veritas figure iam p̄sens adest cur quis abstinere liceat vt multi nostrorum abstineant non solū ab ea sed etiam omni carne. vino et eodē iudice seue strum quisq̃ tuetur. Moyses carnē suillam immundā noīat vti ea p̄hi bet et propterea dicitis q̄ vti ea nō licet Moyses nō alius sed idem ipse carnem suillam dicit mundā et valde bonam et eam ad vescendū sicut cetera scribit deum fecisse bonā. Et ideo dicit quod vti ea licet. Postq̄ enim enūerauit deū creasse vniuersa pisces maris volucres celi. cūcta animātia terre in quibus anima viuens est. nō lōge infra subdit. vidit deus cūcta que fecerat et erāt valde bona: qd̄ valde bonū ē nulla ex p̄te malū est. quod vero nulla ex p̄te malum est quō malū et imūdū est. Quicquid ergo in carne suilla necesse a deo facta cōsideratur mundū et valde bonū est. atq̃ vti licet: q̄ a deo p hoc aīal voluptas et immūdicia figuratur. immūdū p̄pter hoc animal eē iudicatur. et ea imūdicia vti nō licet. Si ergo hoc mundum et immūdū animal esse intelligitur: et eo vti et nō vti a deo nobis p̄mittitur. eadē ratione licet in boue et asino arare. et p̄hibetur ne aremus in boue et asino si meli⁹ non pōt q̄ deus permittit qui hec oīa humanis vsibus creauit. Sed bos qui vngulā scindit et ruminat et ad excollendam terrā oīno ydoneus ē p̄dicatorē ecclesie discretū designat in his que agit sensum habētem qui mādata dei meditatur. Ac apd̄ se meditando ruminat die ac nocte nō solum sibi vtilis sed et aliis huic non est associandus in p̄dicatione: alter morib⁹ etiā indiscretus sensu. ideo ta. et litteris imperitus q̄ nō solum verbo est inutilis sed suo exemplo aliis nociuus existit. ¶ Quod etiam lex q̄tū ad litteralia abolita sit auctoritates seq̄ntes ostēdūt: ait enim dn̄s per prophetā Ihere. xxxi. et ad hebreos. viii. ꝯsummabo testamētū nouū super domū iuda et sup domū israel. Quid vocauit testamentum nouum nisi legē euāgelicā qua superueniente debuit cessare quia simul seruare non pōt: vtraq̃ aduenienite enim veritate debet vmbra cessare Et ysa. legitur sacrificia vestra odiuit aīa mea. Item dauid ait in ps. l. Quoniā si voluisses sacrificiū dedissem vtiq̃ holocaustis nō delectaberis. Itē dauid sacrificiū et oblationē noluisti aures autem p̄fecisti mihi. holocaustū ēt p peccato non postulasti: tūc dixi ecce venio: et alibi nō in sacrificiis tuis arguam te. holocausta autem tua in conspectu meo sunt semper. non accipiā de domo tua vitulos: neq̃ de gregibus tuis hyrcos. Itē videbimus etiam in magna parte ea que p̄tinēt ad le-

gem veterē cessare nō enī ē apud iudeos sacrificiū vel hostia: nō pphēta non rex: nō tēplū: nō locus sacrificij. ꝛ quid iremus p singula in maxima parte abolita ē lex. videt ergo ꝙ lex moysi iam locum nō habeat.

¶ Contendit iudeus pbare ꝙ circumcisio perpetuo sit duratura.



Quartuz argumentū iudeorū ꝯtra nostrū fidei fortalicium ē de circūcisione quā affirmāt duraturā ppetuo ꝛ consequēter legem moysi: arguūt sic. Idē iudiciū videt esse quantuz ad duratione a parte post de lege antiqua ꝛ de circūcisione: hoc enī xpiani cōcedūt: sꝫ circūcisio ineternum debet durare in populo dei: ptꝫ qꝛ Gen. xvij. dat in fedus sempiternuz ergo ꝛ lex dꝫ eē sempiterna. ¶ Licet ad illud argumētū data sit solutio supra. li. i. ar. vi. in puncto. ij. Uerumtamē vt adhuc clarius cecitas iudaica cognoscat in hoc passu nolo silentio pertrāsire. Dicendū ergo ꝙ in veteri lege duplicē inuenimus circūcisionē vnam carnalē quā ipsi obseruant: ꝛ aliaz spiritualē de qua dicitur Deut. x. circūcidite igit preputiū cordis vestri ceruicē vestraz non induretis. et Jere. iiij. Circūcidimini ꝛ auferte preputiū cordium vestrorū viri iuda. Sic etiaz distinguere possim⁹ de eterno ꝛ sempiterno qꝛ habet duas significatiōes. Interdū enī ponitur p eternitate simpliciter vt i psal. Tu aūt dn̄e ineternum pmanes. Et illud. Jere. x. Dn̄s aūt de⁹ verus est ꝛ ipse deus viuēs et rex sempitern⁹. Aliqn̄ vo accipit p duratiōe finita qle ē illud. i. Reg. xxvij. Credidit ḡ achis dauid dicēs multa mala opat⁹ ē ꝯ ppl'm israel. erit ḡ mihi seru⁹ sempitern⁹. manifestū ē ꝙ hic accipit sempiternū p duratiōe finita qꝛ nō poterat plus durare ista seruit⁹ ꝙ eoꝝ vita. simile habet Gene. xxvij. vbi dr̄ ꝙ oderat semp esau iacob: qn̄ ergo dicebat ꝙ circūcisio dꝫ durare i sempiternū si fit sermo de circūcisiōe spūali in dubitāter ē verū qd̄ simplr ineternuz dꝫ eē in pplo dei ꝛ aīa q̄ ē cū p̄putio peccati ē extra ppl'm dei ꝙtum ad meritū. Si vo loquaris de circūcisiōe carnali accipe simlr sempiternum scd̄o mō dictuz. ꝙ ꝙdiu lex durauit q̄ soli vni populo p̄cipiebatur debuit durare signū quo ille populus ab aliis gētib⁹ distinguebat et cessante lege signū ēt debuit cessare. Et io dr̄ Gen. xvij. ꝙ circūcisio data ē in signū, ppt qd̄ ꝙdiu ille populus separatus fuit ab oī gente in deserto nullus eoꝝ circūcisus fuit sed qn̄ intrātes terrā pmissiōis plenam diuersis populis oēs simul fuerunt circūsi in galgalis vt habetur Josue. v. capitulo.

¶ Cōtendit iudeus pbare ꝙ si sabbatum cessat lex noua non est a deo.



Quintū argumētum iudeorū ē de sabbato ex cui⁹ cessatiōe arguunt legē nouā non esse a deo sic. Illa lex q̄ ꝯriat p̄ceptis diuinis nō ē a deo sꝫ lex euangelica ē hmōi ergo nō ē a deo: maior est manifesta qꝛ de⁹ nō pōt sibipsi eē ꝯri⁹: sed minor ptꝫ de obseruatiōe sab-

bati quã deus pcepit inveteri lege. lex vero euãgelica hui⁹ obseruantiaz tollit et phibet. ergo ẽ ꝯtria deo: nõ ergo ẽ a deo. ¶ Respõdet ꝙ in tali pcepto duo sunt ꝯsiderãda. Primũ est ꝙ pter reuerẽtiã dei cessabat ppl's ab oĩ ope seruili vt liberi⁹ diuinis vacare posset et istud erat morale. p hoc eñi pcipiebat ꝙ hõ aliqñ tpe vacet rebus diuinis iuxta illud ps. xlv. vacate et videte ꝙ ego sum de⁹. et sm hoc cõputant iter pcepta decalogi moralia et lex q̃ hãc obseruãtiã in se phiberet eẽt ꝯtria ordinationi diuine et nõ posset eẽ a deo: sz lex euãgelica hãc obseruantiã non tollit sz pcipit vt ptz de dieb⁹ dñicis et aliis festis in noua lege ordinatis. Sed cõsiderandũ ẽ in dicto pcepto erat taxatio tpis vel diei. s. ꝙ hec obseruãtia fieret tali die determinata. et istud erat cerimoniale. et ideo hoc mutari potuit et debuit pter rõnabilẽ causam. Iudei enim colebant diẽ sabbati in memoriam creatiõis rerum qd innuit moyses Exod. xx. dicẽs. Memẽto vt diẽ sabbati sanctifices. Sex dieb⁹ fecit de⁹ celũ et terraz et requieuit die septimo ac si dicat. cõpleto ope creatiõis statim debuit ordinari dies cõmemoratiua ipsius creatiõis. hõ etiã fuerat factus sexta die et iõ primũ diez post sui creationẽ dz expendere singulariter ob reuerẽtiã dei. ceteros vero ad sui necessitatẽ. In noua autem lege illa dies q̃ debuit obseruari ad vacãdum deo nõ solũ debet nobis reducere ad memoriã bñficium creationis sed etiã innouationem spiritualez que inchoata est in xpi resurrectione. et ideo sabbatum mutatum est in dominicum diẽ in quo xps resurrexit. Significat etiã dominica que est octaua dies. octauaz diem resurrectiõis in qua perfectã requiem expectamus. Hic ẽ ꝙ messias noster dñs iesus christ⁹ postq̃ factus est triginta annorũ soluit q̃tum ad partem istã sabbatũ curandũ in eo infirmos. et dando eis licẽtiam lectulos asportandi. Iohan. v. et spicas discipulis suis esurientibus confricandi. Marc. ii. Ceterũ quemadmodũ de circũcisione dictũ est probatumq̃z ꝙ data fuit in signũ sic et sabbatum vt habet Exo. xxxi. capitulo. sabbata mea seruabitis ꝙ signum sunt inter me et vos ac generationes vestras. Item in libro bisza. i. oñiipere. q. yom tob. taliter scriptum est. Dixit Rabi Iohanna. Oẽ preceptũ ꝙ dedit deus sanctis et benedictis israeli dedit eis publice preter sabbatũ qd dedit eis in secreto sicut dictum est Exodi. xxxi. Inter me et inter filios israel. si sic est nõ sunt obligati. goy. id est christiani vel alie gentes ad sabbatum. Ex omnibus his patet ꝙ non sunt obligati ad seruandum sabbatum christiani nec alie gentes. ¶ Item contra obseruantiam circũcisionis et sabbati adducitur ratio non parum efficax ex duabus traditiõib⁹ sicut notatur in pugione cap. xi. tertie partis. iii. distinctionis. quarum prima est illud quod in mydras tylym. i. glosa psalmorum taliter scriptum ẽ. ps. lxxiiii. Et oĩa cornua impiorũ ꝯfringã et exaltabunt cornua iusti. cornu nõ ẽ dictũ sz cornua. Decem eñi cornua sunt q̃ dedit de⁹ sanctus et bñdict⁹ israeli. Cornu abrahe

de quo dictum est ysa. v. vinea fuit dilecto meo in cornu filij olei. cornu ysaac. de quo dictum est. Gene. xxij. Et ecce aries vnus retentus in dēsitate p cornua sua. Cornu ioseph id est cornu regni de quo dictū est Deutero. xxxiij. ⁊ cornua rinoceron tis cornua ei⁹. Cornu moysi de quo dictū ē. Exo. xxxiiij. q2 cornuta erat cutis faciei ei⁹. Cornu pphetie de quo dictū ē. i. Reg. ij. ⁊ orauit āna ⁊ dixit. exultauit cor meū in dn̄o ⁊ exultatum est cornu meū. Cornu legis de quo dictū est Abacuk. iij. Et cornua duo de manu ei⁹. Cornu sacerdotij de quo dictū est. ps. cix. Cornu eius exultabitur in gloria. Cornu le uiticū de quo dictū ē. i. parali. xxv. omnes isti filij hemā. videntis regis in verbis dei ad exaltandū cornu. Cornu hierusalē de quo dictū ē. ps. xix. Et a cornibus vnicorniū exaudisti me. Et cornu regis messie de quo dictū est. i. Reg. ij. Et dabit fortitudinē regi suo ⁊ sublimabit cornu messie sui ⁊ sic ē dicēs. ps. cxxxi. Ibi germinare faciā cornu dauid paraui lucernā messie meo. Quādo autē peccauerunt israel ablata fuerunt eis ⁊ data sunt gentibus seculi. sicut dictū est. Daniel. vij. c. Post hec videns fui in visione noctis. et ecce bestia quarta terribilis atq3 mirabilis ⁊ fortis nimis ⁊ dentes ferreos habebat magnos comedit et comminuit et residuum pedibus suis conculcauit et ipsa dissimilis ab oībus aliis bestiis. que fuerūt ante ipsam et cornua decem habebat. assimulate sunt enim gentes similiter hmōi feris et omni tempore in quo gentiū seculi cornua fuerunt stantia. Cornua israel erunt cōfracta sicut dictū est trenorū. ij. Cōfregit ī ira furoris omne cornu israel. ¶ Qualiter autē legalia deus iudeis abstulerit per ratiōes et signanter sabbatū et circūcisionē et qualiter eis ista duo et alia dyabolus restituerit habet apud eos in thalmuth in libro mayla ipereq. i. distinctione q̄ incipit q sem3bhac. Quadā vice decreuit regnū nequ. i. romanū q non seruarēt iudei sabbatum ⁊ q nō circuncideret filios suos ⁊ vt cognoscerēt mēstruatas. Tūc iuit rabi ruben. cercinauitq3 se more. s. romanorū. Cūq3 iuisset et sedisset cū eis ait illis. qui h3 inimicum depauperet cū vel ditat. Dixerunt ei depauperat Dixit eis si ita ē non faciāt iudei opus in sabbato vt depauperentur. Dixerūt romani benedixit abrogaueruntq3 decretū. rursumq3 etiā dixit eis. q̄ habet inimicum debilitat eū an fortificat dixerunt ei debilitat ait eis si ita est circuncidant filios suos octaua die vt debilitētur. dixerūt optie dixit ⁊ cessauerunt illud. Iterū dixit eis qui habet inimicū multiplicat eū an diminuit eū. Dixerūt ei diminuit. Ait eis si ita est nō cognoscāt menstruatas dixerunt benedixit et cessauerūt illud. Demū ppēderūt q iude⁹ erat ⁊ restituerūt decretū vt prius. Dixerūt ergo iudei q̄s ibit ⁊ irritabit statutū istud vadat. Rabi symeon q̄ didicit facere signa ⁊ mirabilia. Post eū vo vadat rabi eleazar. Egressus est eis itaq3 obuiā vētamalyon. i. demoniū sic vocatū ⁊ ait. Est placētia vrā vt vadā vobiscū sicuit rabi symeon ⁊ ait ācille dom⁹ pr̄is appuit

sancti qui nunq̃ coluerũt sabbatum punientur per totaʒ septimanã cum infidelibus ꝛ compulsi requiescent in sabbato: hoc autẽ falsum esse q̃s dubitat. ꝙ autem abraam non coluerit sabbatum habetur in beresith. minori sup illud Gen. ij. vbi dictum est Et benedixit de⁹ diem septimam: dixit rabi iohãnati abrahã non ẽ scripta de eo obseruãtia sabbati hec ex pugiõe vt supra. ¶ Possumus etiam nobis assumere demõstrationem ꝙ sabbatum verum qđ significat quietem vt patet deutero. v. c. sabbatum i. quies domini dei tui est dies dñica quaʒ nos xp̄iani obseruam⁹ quoniam ſm sapiẽtes iudeoꝝ thalmuth vt notat magister iohãnes vallisoletanus cõuersus in libro de cõcordia legum: titulo. iiij. c. x. prima cõiũctio solis ꝛ lune que fuit in pricipio creationis mundi facta fuit die lune ad quiq̃ horas ꝛ ducenta ꝛ quattuor minuta hore. Et q2 textus nõ dicit nisi sex dieb⁹ operaberis ꝛ die septima requiesces ꝛ non dixit qua die signa ta inciperent cõputari illi sex dies esset rationabile ꝙ computatio inciperet a die istius cõiunctionis solis ꝛ lune: q2 hec duo luminaria distinguunt diem ꝛ noctem. Que coniunctio vt predicitur facta est die lune ꝛ sic dies septima est dies solis q̃ est dies dñica vt obseruamus xp̄iani. Est etiam alia ratio quoniam in ista die saturni quam iudei obseruant ẽ magna mutatio secũdum stellas ex diuersitate dierũ ꝛ locorum ſm longitudines terrarum q2 ierusalem est in longitudine. lxvj. graduum. Et ista terra valisoletana regis castelle est in longitudine. lxvj. graduum: et est differentia inter ierusalem ꝛ istã terram plus q̃ quattuor horarum. Item ẽ alia differentia inter ista ſm motum puncti altioris spere noue p quem mouentur poli: ꝛ sic a tempore quo lex moysi data est vsq̃ ad ista tempora est facta mutatio ꝛ differẽtia plus q̃ per quinquaginta gradus ꝛ isto poloruʒ motu mutate sunt longitudines ꝛ latitudines, ꝛ mutati sunt dies ꝛ noctes in omnib⁹ mũdi partibus vsq̃ ad ista tempora et ſm diuersitatem terrarum supradictam hodie iudei vnam horam illi⁹ diei sabbati sibi precepti non obseruant nec illam met diem a moysi illis temporibus institutam: talis mutatio potest clarissime cognosci ex mora quam fecit sol spatio vnius diei stando immobiliter tempore Iosue ꝛ etiam ex retrocessione solis decem lineis in horologio achaz tempore regis ezechie. ¶ Et si iudei dicunt ſm supradictam rationẽ ꝙ idẽ debet iudicari de die dominica secũdum christianos. Respondeo ꝙ hec obseruantia quaʒ obseruant christiani non dependet a die dominica ratione diei dominice sed ratione resurrectionis christi veri messie in q̃ die ipse resurrexit: nec obest mutatio facta ex quo manet ipsa principalis ꝛ precisa causa quare fit scilicet memoria creationis mundi ꝛ resurrectionis sancti messie ꝛ adhuc non obligarentur seruare predicta: nec etiam sacrificium: et obseruationes septimanarum et pollutionum et aliorum similium posito ꝙ ad terram pristinam reducerentur quod est impossibile propter diuersitatem locorum terre secundum longi

tudinem et latitudinem et terrarum etiam constellationes secundum imaginationem sapientum et iste est magnus defectus legis: scilicet quod omnia que legis erant nō obseruari debebant in omni loco mūdi quod nō est in lege christi veri messie quia in omni loco et quacunque parte terrarū tenentur christiani legem sancti messie firmiter obseruare. ¶ Sanctus bernardus in suo euangelio eterno assignat duodecim priuilegia diei dominice propter que sabbatum nō immerito in dominicam diem mutata est. Primum est quod fuit prima omnium dierum. Secūdum quod erit vltima dies presentis vite. Tertium quia diem dominicū nulla precessit nox. Quartum quod ei nulla nox subsequetur. Quintum quia in eo creauit deus celum et terram. Sextum quia in eo creati sunt omnes angeli a deo et boni in paradiso gratificati et glorificati sunt et econtra mali angeli in eodē die peccātes de celis ad inferos expulsi sunt. Septimū quia secundū orosium in die illa primo precepta data sunt filiis israel. Octauum quia in illa die christus icarnatus est. Nā vt testatur magister hystoriarum die qua dixit deus fiat lux visitauit nos oriens ex alto et christus incarnatus est. In huiusmodi mysterium et figuram datum fuit māna in die dominico sicut ait sup Exod. origenes. Hoc quidem probat per hoc quod in. xvi. capitulo dictū est. Sex diebus colligetis illud: die autem sexta duplū colligetis. patet ergo diem sextam vocari illum qui sabbatū precedebat qui est feria sexta et ex hoc patet quod manna die dominica datum fuit. Si ergo sex diebus continuis collectū fuit. septima autem die cessatū est et per cōsequens manne initium a prima die dominica exordium sumpsit. Nonum quia in die dominica christus destructis inferni claustris captiuam ducens captiuitatem ac sanctorum animas de lymbo eripiens triumphaliter a mortuis resurrexit cuius resurrectio nostre resurrectionis exemplar est. Decimum quia die dominico spiritus paraclytus discipulis datus est. Undecimum quia in die dominica erit resurrectio mortuorum et reddet deus vnicuique secundum opera sua. Duodecimum quia die dominico erit initium et continuatio sine fine laudum dei et domini nostri iesu christi veri messie in gloria sempiterna. Unde esa. vlt. et erit semen eorum ex sufficientia mensis ex mēse suo et ex sufficientia sabbati in sabbato suo: istud est seculum futurum quod totū erit sabbatū id est requies. ¶ Et nota quod mensis legitime dicitur heredes hebraice: poniturque apud eos pro perfectione numeri omniū dierum in quibus luna perficit cursum suum. Cum luna quippe cōputant iudei et non cū sole: mensis ergo hic vt ait beatus gregorius pro perfectione positum est et sabbatum pro requie in quo seruile opus fieri non licebat: erit ergo semen eorum id est apostolorum et sanctorum predicatorū facientiū filios spūales ex mensis sufficiētia id est ex sufficiētia perfectionis vite psentis in mēse suo. id est in pfectiōe glie sue in futuro. Sicque semē audituū ex sufficiētia sabbati. i. requiei in dieb' dñicis et festiuitatibus aliis ad audiendū verbū dei

necnon et sufficientia requiei a vi-
ciis et peccatis in vita presenti erit
in sabbato suo: id est in sempiterna
requie sua in vita futuri seculi quod to
tum est sabbatum vt predictum est.
¶ Et si queris quare fuit ordinata
quies diei septime per iudeos die
sabbati et non alia dies septimane.
Respõdet supradictus magister io-
hannes in eodem libro titulo. iiij. c.
viij. quod ad hoc fuit triplex ratio. Pri-
ma est quoniam secũdum astrologos maior
coniũctio saturni cum Joue fuit in
capite arietis ascẽdẽte aquario qui
est domus saturni que cõiunctio ne-
cessitauit et coegit populum iudeorum
vt starent in captiuitate egypti qua
dringentis annis et quod inde educerẽ
tur in manu forti et brachio extento
et quod ibi fierent miracula extra natu-
ram. Et ideo fuit in die saturni dies
sabbati ordinata in memoriam exi-
tus de egypto et in memoriam coniũ
ctionis saturni et iouis in domo aq-
rij vt dictum est. Et ratio quare ma
gis firmauerunt se sup saturnum quam
super iouem est quia saturnus est altior
Item quia ascendens coniunctionis
fuit aquarius que est domus saturni
secũda. Item propter alias proprie
tates quas iudei et terra ipsorum ha-
bent cum saturno secũdum quod dicunt
astrologi et vlterius declarabo et ideo
ordinatũ fuit a iudeis. quod dies septi-
ma quando nihil operari debent quod
esset in die saturni et quod essent in tene
bris et sine candelis etiã que ponunt
astrologi debere obseruari in die sa
turni vt liberentur homines a dam-
nis suis et influẽtia effectiua. ¶ Se
cũda ratio est quia ista die saturni pla
nete infectiui et damnosi habent sin-
gularem potestatẽ quoniã prima ho
ra noctis diei sabbati est hora mar-
tis secundum cõputationem horarũ
vt iudei cõputant ordinando primo
noctem et postea diem: et prima hora
diei sabbati est hora saturni. qui duo
planete sunt dãnosi secundum astro
logos et sic in die illa naturali dam-
nosi planete habent suam influentiã
damnosam singularẽ Et sic scripsit
Rabi abrahã in glosa sua quam fe-
cit sup decẽ preceptis sup illo spe-
cialiter memẽto vt diem sabbati etc.
Dixit istud preceptum fuit propter
sperã saturni et qualibet die in heb-
domada habent stelle mobiles ipsa-
rum quelibet vnam diem in qua ma
gis apparet ipsarum virtus et quo-
niam vna die in hebdomada quiesce
re tenebant in signũ et memoriã crea
tionis mundi vt dictũ est. Ideo ordi
nauit eis Moyses in marath quod ista
dies requietionis esset specialiter et
signanter illa dies saturni que est sab
batum in qua stelle predicte damno-
se habent potestatẽ et influentiã sin-
gularem vt ab ipsarum dãnis et infe
ctionibus tuerentur. ¶ Tertia ratio
est propter potestatem istis planetis
datam super iudeos et terram suam
quia secũdũ astrologos iudei sunt sub
constellatione Martis et Saturni et
sic per experientiã patet quoniam quãdo
saturnus est in domo casus sui et ha
bet aspectum a malis et dãnosis aliis
stellis tunc euidenter apparet malũ
opus aliquod in iudeis et hoc sepis-
sime sum expertus et secundum con
ditiones suas videtur esse de natura
saturni put dixit Ptolomeus quod de
natura saturni est miseria et casus et
ppl's captiuus et malarũ conditionũ vt

sunt iudei. Et ideo diebus sabbati-
nis et aliis diebus vbi erant predicti
planete in exaltatiõibus suis facie-
bant plura sacrificia ꝙ in aliis die-
bus vt ab istarum planetarũ dãnis
specialiter essent salui prout p glo.
Rabi abraã euidenti⁹ demonstrat
quam fecit generaliter super legem
et probatum est per dicta astrologo-
rum que ego allegaui in declaratio-
ne quam scripsi super glosam predi
cti Rabi abraã abenagra et ista talia
cerimonialia priuanda erant in cõ-
plemento legis in aduẽtu xp̃i quo-
niam ipse venit pro salute animarũ
Et vt tales opiniones falsas totali-
ter aboleret que ydolatriam sapiunt
apparenter et causa finalis legis cõ
plementi non est res corporalis sed
potius spiritualis et in vni⁹ diei ob
seruantiam in hebdomada in memo
riam creationis mundi que fuit cau
sa finalis mutationis legis prout di
ximus. Rationabile erat in comple-
mento legis ponere illam diem que ẽ
dies requietionis et illã animã super
fluam aliam quã dicũt cum eo veni
re prout dixerũt ꝙ textus dicit quie
uit et animauit exo. xxxi. Animã aliã
creauit homini die sabbati quod eẽt
die solis que est dies dominica et ista
die dñica xp̃s a mortuis resurrexit
vt demonstrarũt mundo animarum
salutẽ: et ꝓpter istam diem vere dicit
animã aliam venire: qm̃ ꝓpter resur
rectionem xp̃i anime ꝑpetuo vitam
habebit: et hoc signauit algasel philo
sophus dicẽs in resplẽdore solis sa
turno nõ indigemus: hucusq; predi
ctus doctor. Patet ergo quare iudei
obseruãt diẽ reqetiõis hebdomade
in die saturni: et licz dies reqetionis
ab oĩbus de mundo sabbatum dicat
ꝙ sic sabbatũ interꝑtat vt supra pa
tuit ꝙ tamẽ non ea intẽtione: qua iu
dei sabbatũ suum appellãt. Ideo nõ
diem saturni sed aliũ colunt vt vide
licet diem dñicam nos xp̃iani oĩbus
superstitionib⁹ exclusis in memoriã
resurrectionis xp̃i tali die factam et
future resurrectionis tali die fiendã
vt supra dictũ est. ¶ Item possum⁹
adducere cõtra iudeos auctoritatem
magistri alfonsi cõuersi in libro bel-
lorum dei. In quo disputauit cõtra iu
deos secundũ opiniones thalmu. h.
vbi dicitur ꝙ ſm iudeos nõ est incõ
ueniens dicere oĩa festa et ieiunia re
missionũ et indulgentiarũ posse mu-
tari: et textus vocat ipsa sabbatum si-
cut ipm̃ met sabbatum et ꝓbant hoc
Leuiti. xxiij. Hec sunt ferie dñi q̃s
vocabitis sanctas: et glosauerunt di
centes vocabitis: id est posito ꝙ er-
rent scienter vel ignoranter qm̃ il-
la debent festa simpliciter reputare
et sic nõ debent iudei in cõueniens re
putare ꝙ illi qui recipiũt legem scti
messie diẽ sabbati in diẽ dñicam cõ-
mutarunt ꝓpter rationes superi⁹ al
legatas: et de hoc xp̃s in euangelio
mathei. xij. respondens eis qui dice
bant iesum xp̃m non licere in sabba
to curare. dixit: Filius hominis ha-
bet potestatem super sabbatum.

¶ Contendit iude⁹ probare ꝙ iesus xp̃s non est verus messias ꝙ non venit in nouissimis diebus.



Extum argu-
mentum nititur osten
dere iesum xp̃m salua
torem nostrum nõ esse
verum messiam in lege

petere signū a deo dedit excusatio
nē fictam. Dicens ꝙ hoc eēt tēpta
re deū. vnde dixit non petam ⁊ nō

temptabo dominum. Cũ autez cognouisset ysayas ꝙ non bona fide dixit achaz. immo qꝛ deũ non timeret aut amaret. ꝛ sic indignũ reputans noluit sibi dare signũ sꝫ dedit domui dauid dicēs. audite ergo domus dauid nunq̈d parum vobis ē molestos eē hoib⁹ qꝛ molesti estis ꝛ deo meo propter h̄ dabit dñs de⁹ ipse vobis signũ. Ecce ꝟgo concipiet ꝛ pariet ꝛc. quod intelligit̄ de cōceptiōe ꝛ partu xp̄i per ꝟginem Mariā vt allegat euangelista Matheus in. i. c. Et per obsidionez ciuitatis iherusalē ab istis regib⁹ significat̄ spũaliter obsidio generis hũani a demonibus. ꝛ ꝙ gen⁹ hũanũ debuerit ab obsidione dyaboli liberari signũ fuit ꝙ virgo cōciperet ꝛ pareret filium. ¶ Sꝫ isti glorioso signo de cōceptu ꝟgineo contradicunt iudei illud impugnātes ꝛ ꝓ impossibili reputantes ꝙ virgo existens virgo concipiat ꝛ pariat filium asserentes et affirmantes ꝙ text⁹ ysaie allegatus scꝫ Ecce virgo ꝛc. non intelligitur sicut nos christiani et fides catholica affirmat de virgine gloriosa virgine maria. et faciũt cōtra hoc cōmuniter quinqꝫ argumēta. Et arguũt p̄rio sic. istud signũ fuit liberatiōis achaz a duob⁹ regibus q̄ venerũt ꝯ eum. xp̄s vero nat⁹ est post achā bene per. ccccc. ānos liberationis igitur signuꝫ nō fuit incarnatiōis xp̄i ꝛ cōceptio eius ex maria virgine. Scd̄o sic vbi nos hēmus virgo hebrei dicunt alma: qd̄ significat adolescentulā quod indifferenter dicitur de virgine et corrupta. Uirgo autem sic nō significat. igit̄ textus ille nō intelligitur de cōceptione virginis scꝫ adolescētule. Tertio sic qꝛ xp̄s nō est vocat⁹ emanuel sed iesus s̄m ꝙ pꝫ Luce. ij. ꝛ ꝓphetia dicit ꝙ vocabitur emanuel igit̄ non pōt dici de xp̄o. Quarto qꝛ appet ꝙ ꝓphia intelligat̄ d̄ aliquo filio et dicunt aliq̄ iudeoꝝ doctores et rabini. ꝙ itelligit̄ de ezechia filio acham qui dictus est emanuel Alij vero dicũt ꝙ itelligit̄ de filio ysaie de quo i sequenti. c. dicit propheta: accessi ad ꝓphetissaꝫ q̄ ꝯcepit et pep̄t filiũ. Quīto et vltio arguũt iudei lr̄a dicit ꝙ anteq̄ sciat puer vocare patrē aut matrē auferet̄ fortitudo damasci. igitur i xp̄o fuit ignorātia ꝙ xp̄iani reputāt falsum qꝛ dicũt ꝙ habuit plenitudiēz sciē ab istāti sue ꝯceptiōis. Cōcludũt ergo iudei ꝙ nullo mō itelligitur de xp̄o nec d̄ virgie Maria matre ei⁹ sicut nos xp̄iani dicim⁹ ꝛ firmiter credim⁹ et cōfitemur. ¶ Ad primũ argumētũ dicēdũ iudeis ꝙ nō ē verũ ꝙ istud signũ de ꝯceptu virginis ipsi achā daret̄ lꝫ sibi ꝓ propheta ꝓmitteret̄ dicens. pete tibi signũ a dño deo tuo etc. Sꝫ ex hoc iuitatus icredul⁹ remāsit et ydolatra qꝛ dixit nō petā ꝛ non tēptabo dñꝫ. alia lr̄a habet et non exaltabo dñm. Directũ ergo fuit domui dauid signũ vt pꝫ ex textu vbi d̄r. audite dom⁹ dauid ꝓpter hoc dñs dabit vobis signũ. Ecce virgo concipiet et pariet filium ꝛ vocabit̄ ꝛc. quod signũ impletuꝫ est in virgine maria principal̄r ꝛ realiter q̄ fuit de domo dauid. ¶ Ad illud aũt qd̄

dicitur q illud signũ fuit p. cccc. annos et vltra post achã. dicendũ est q duplex ẽ signũ. vnũ pnosticũ respectu effect⁹ futuri sicut gedeõ datum fuit signum in vellere indicatiuum future victorie Iudicũ. vi. Secũdũ ẽ signũ rememoratiuum respectu effect⁹ pteriti sicut moysi datũ fuit signũ Exodi. iii. hoc habebis signũ q miserim te. Cũ eduxeris populũ meũ de egypto immolabis sup montẽ istũ gras. s. agẽs de ista missione que tibi iponitur nec obstat de magna instantia tpis qꝛ signũ rememoratiuũ ita respicit pteritũ in magna distantia sicut signũ pnosticum futurũ. Ad ppositũ istud fuit signũ rememoratiuũ ꝛ non pnosticũ ꝛ fuit datũ i tãta distantia ppter h q cõueniens erat qꝛ achã fuit incredulus verbo prophete q daret signũ in longinquũ vt ipse in ppria persona nõ videret sicut in mente nõ credebat. Illi tñ q descẽderunt ab eo viderunt sicut maria et Ioseph. ꝛ iõ signãter propheta nõ direxit verba ad achã sꝫ ad domũ dauid: de qua domo fuerunt maria ꝛ ioseph vt infra dicet. ¶ Ad secundũ dicẽdũ q i hebreo sunt tria vocabula quasi idẽ significãtia. s. nahra. betula. halma. primũ accipitur pro muliere adolescẽte paucoꝝ dierũ nõ habendo respectum ad virginitatẽ vel corruptionẽ. Secundum accipitur p virgie nõ habendo respectũ ad etatẽ. scꝫ adolescẽs iuuenis vel senex. Tertiũ vero accipitur p muliere habẽdo duos respect⁹. s. ad adolescẽtiã ꝛ virginitatẽ ꝛ qꝛ ista duo simul fuerũt i beata virgie. Iõ ppha diuinit⁹ illustrat⁹ posuit halma ꝛ nõ aliqd aliud de vocabulis supradictis. Huius snie est venerabilis perit⁹ vir petrus alfonsi cõuersus in suo dyalogo titulo. vii. dicens. mulier nãqꝫ siue iuuenis siue ãnosa q̃diu virgo est appellari põt betula. q̃diu aũt iuuenis ẽ siue virgo sit aut corrupta põt nũcupari nahra: halma vero vocatur nulla nisi sit iuuenis ꝛ intacta. hec ille. ¶ Notãdum etiam secundum Nicolaum de lyra in hoc passu q halmum significat absconsionẽ et inde dicitur halma abscondita que significat iuuẽculam aspectibus hominũ absconditam ita q de eius pudicitia ꝛ integritate non dubitatur marie qñ ꝑponitur lra he. et tunc sonat healma. nec inueniuntur in tota sacra scriptura aliq̃ sic scripte nisi tantũ tres scꝫ rebeca. xxiiii. Gene. vbi dicitur de illa puella decora nimis virgoqꝫ pulcherrima ꝛ incognita viro. et seqtur ibi puella que gradietur ad hauriẽdã aquã in hebreo habetur healma q̃ egredietur etc. Et maria soror moysi. Exo. ii. vbi dr de ea et fuit puella et vocauit matrẽ pueri i hebreo habet fuit healma ꝛc. Et ista que scribitur Isa. vii. et iõ cũ due prie fuerit virgies purissime q̃ sic noiate fuerunt idẽ tenẽdum ẽ de ista h lyra dicit ergo ppheta ecce healma. i. adolescẽs ꝛ virgo simul qꝛ ista duo dicit vocabulũ healma ↄcipiet ꝛ pariet filium i. beata virgo maria a ppheta prenũciatur q̃ ↄcepit ꝛ pepit vgo manẽs ꝛ q ita necessario debeat itel-

ligi patet qz signū qd debebat dari achā p liberatione ciuitatis ſm textū rabi salomō debebat eē valde miraculosū. vnde dixit sibi Isaias pete tibi signū a dño deo tuo i pfūdū inferni siue in excelsum supra: i pfundum inferni. i. in suscitatione alicuius mortui. vel i excelsum supra. i. in celo: sicut in statione solis fuit tēpore Josue. modo q virgo ⁊ adolescens cōciperet ⁊ pareret filiū virgine non remanēte. nullum miraculū esset. oportet ergo ad hoc q sit miraculū q virgo cōcipiat et pariat in cōceptu ⁊ in ptu virgine remanēte. Et hoc diuino miraculo qd impletū est in virgine gloriosa. Et iō augustinus ꝯ iudeos in sermone ānunciatiōis beate virginis dicit. Que sūt dei miracula nisi q̄ sunt hoib⁹ ipossibilia: qui scripsit tabulas sine stilo ferreo. ipse grauidauit Mariā de spū sancto. qui multiplicauit panes i deserto sine rore. ipse virginez ipregnauit sine corruptione. ⁊ qui fecit virgā sine pluuia germinare. ipse fecit dauid filiā sine semie generare. ¶ Ad tertiū argumentū dicēdū q intelligitur de xpo. et qn dicūt ipse nō ē vocatus emanuel sz iesus. Dicēdnz q imo qz aliud est nomē qd iponitur ſm rōnē idiuidualez vt petr⁹ ⁊ sic xps semp vocatus est iesus. Et est aliud nomē quod iponitur ſm proprietatē vl' aliquā virtutē excellentē vt liberalitatis ⁊ sic liberalis vocat⁹ est alexāder. fortis vocatur sāpson hercules vel achilles. et isto mō xps vocat⁹ est emanuel pp excellentiā ⁊ diuinā pprietatē quā hz qz in eius supposito diuina natura pariter ⁊ hūana simul ꝯiungūtur. Vñ emanuel iterpretatur nobiscū de⁹ quo noie sepe vocauit eum maria ipm vt verū deū ⁊ hominē adorādo. et ita impletur lrā habraica q̄ hz vt illa hehalma vocabit nomē eius emanuel. Sup quo verbo dicit pdictus petr⁹ alfonsi vbi supra ⁊ vocabis nomē ei⁹ emanuel. In h quod ibidē legitur vocabis duo sūt notāda. s. q de⁹ sic appellari filiuz volebat. ⁊ q sine carnali pre virgo foret puerū paritura pp hoc enim ait vocabis ac si diceret ipsa tm̄ vocabit et non pater. hec ille. ¶ Ad q̄rtū argumentū qn dicūt iudei q ille filius erat ezechias fili⁹ achā. vel q erat filius ysaie de quo i sequenti. c. dicit ipe accessi ad pphetissam que concepit ⁊ peperit filiū et iste vel ezechias vocat⁹ ē emanuel. Dicendū q patet vtrūq3 māifeste eē falsū Et pmo de ezechia qz vt patet ex q̄rto libro Regū: achā regnauit p. xvi. ānos i cuius q̄rto āno dicta est pphetia qn icepit regnare fili⁹ ei⁹ ezechias hēbat. xxv. ānos Dēptis ergo q̄ttuor de regno pris sui in quorū quarto dicta ē pphetia patet q vsq3 ad tempus regni sui de regno patris nō transierūt nisi. xij. anni. tēpus igitur istis xij. de. xvi. sequitur q qn dicta fuit pphetia ezechia iā hēbat. xiij. annos. seqtur ergo q pphetia i eo verificari nō potuit qz iā erat natus. Patet secūdo q nō potuit itelligi de filio ysaie pp illō qd i sequēti. c. dr. accessi ad pphetissam propter duo. Primo quia de illo filio ysaie

qui ſm textũ nomẽ eius fuit acce-
lera velociter ſpolia detrahe cito
predare: nec de ei⁹ noie: nec de ei⁹
vita: nec de eius geſtis aut morte
vlla mentio fit in ſcriptura: ſm er
go Hieronymũ eadẽ facilitate qua
dicitur contẽnitur. Secũdo qꝛ non
eſt verum ꝙ Iſayas ꝓtunc accede
ret ad ꝓphetiſſam vxorẽ ſuam vt
ipſa conciperet ⁊ pareret filium.
de quo intelligunt iudei. Et ratio
eſt: quia in textu premittitur adhi-
bui mihi duos teſtes fideles. Uriã
ſacerdotem: ⁊ zachariam filiuꝫ ba
rachie. ⁊ ſtatim ſequitur acceſſi ad
prophetiſſam que concepit ⁊ pepe
rit filium. Modo dico iudeis duo.
Primo ad quid ꝓpheta inducebat
iſtos teſtes: nunquid indigebat te-
ſtibus in accedendo ad concubitũ
prophetiſſe vxoris ſue. iſtud eſt tur
pe dicere. Scd̃o peto ab eis q̃ fue-
runt iſti teſtes fideles. non vrias q̃
fuit tempore Joachim. de quo Hie
re. xxvi. Fuit vir ꝓphetans in no-
mine dñi. vrias filius ſemey: quia
a tempore achaz ⁊ Iſaye vſqꝫ ad
tẽpus Joachim. vt ptꝫ. in quo fuit
iſte ꝓpheta fuerunt plus ꝙ centũ
anni. ſicut patet ꝑ tẽpora per que
regnauerunt reges. qui fuerunt in
medio. vt patꝫ quartũ librũ Regũ
diſcurrenti. Item alius teſtis fide
lis zacharias filius barachie qui
eſt. xi. de. xij. prophetis minoribus
non erat adhuc natus. ipſe fuit ſe-
cundo anno regni darij regis per-
ſarum qui ſucceſſit tyro. qui dedit
licentiam iudeis reedificandi tem
plum ⁊ a tempore achaz et Iſaye
vſqꝫ ad tẽpus darij fluxerũt plus
ꝙ ducẽti anni. non ergo iſte acceſ-
ſus Iſaie ad prophetiſſam nec de
iſtis teſtibus aliq̃d cõtinet verita-
tis. Qđ ergo dicũt iudei eſt vitas
iſtius textus. O vtinã tolleret̃ ce-
citas ab oculis veſtris. Certe dico
ꝙ veritas iſtius ꝓphetie eſt ꝙ de-
us ſpiritusſanctus aſſumpſit iſtos
duos teſtes ſupradictos et acceſſit
ad ꝓphetiſſam. i. ad virginẽ mari-
am q̃ habuit ſpm̃ ꝓphetie ⁊ conce
pit ⁊ peperit filiũ ieſuꝫ xp̃m ſalua
torem noſtrũ. naꝫ qñ dicit̃ in textu
adhibui mihi duos teſtes ⁊c. loqui
tur ſpũſſanctus ꝑ ſeipſum ⁊ nõ ꝑ
ꝓpheta: ſicut enĩ loquitur ꝑ ꝓphetã
ſic põt loqui ꝑ ſeipſuꝫ. Iſti duo te
ſtes fideles quos deus ſpũſſanct⁹
adhibuit fuerũt Urias fili⁹ ſemey
de quo dictuꝫ eſt q̃ ꝓphetauit mul
ta mala cõtra ciuitatem q̃ venerũt
in captiuitate babylonica. Et za-
charias filius barachie qui ꝓphe
tauit multa bona ſpãliter de aduẽ
tu meſſie zacharie. ix. Exulta ſatis
filia ſyon. ecce rex tuus venit tibi
iuſtus ⁊ ſaluator ⁊c. ¶ Et qñ dicit̃
ꝙ adhuc nõ fuerũt nati ſed futuri
erũt. Hic eſt dicẽdũ ꝙ nõ obſtat qꝛ
ꝑteritũ ⁊ futurũ totũ eſt deo ꝑſens
⁊ ita loquit̃ de ꝑterito et de futuro
ſicut de ꝑſenti et poſt prophetias
iſtorũ ſequitur immediate in textu
totum in perſona dei ⁊ ſpiritusſan
cti: et acceſſi ad prophetiſſam: ſci-
licet virginem Mariam que pro-
phetauit in cantico. Magnificat
anima mea dominũ. Et concepit ⁊
peperit filium. Iſte acceſſus fuit
ſpũalis ⁊ hoc per ſpm̃ ſanctũ ſicut
dixit ſibi angelus Luce. i. ſpiritusſ-

sanctus superueniet in te. ¶ Ad quintum et vltimum argumentum dicendum quod intelligitur de scientia humana: licet enim in christo non fuerit ignorantia tamen quia factus est homo in tempore habuit scientiam in tempore et antequam illam haberet liberatio populi denunciata per Isaiam completa fuit. Cum igitur supra declaratum sit quod iesus nazarenus sit vere christus. sequitur quod mater eius maria concepit eum et peperit virgo et per consequens est sanctissima. nec iudei possunt dictam auctoritatem negare: quia non solum accipitur de translatione hieronymi: sed etiam de translatione. lxx. interpretum qui fuerunt iudei. et in lege et prophetis peritissimi secundum quod dicit Iosephus antiquitatis iudaice. lib. xii. Videant etiam iudei tergum translationem chaldaicam cui contradicere non possunt nec audent: quia istam prophetiam sic exponit: vnde vbi nos habemus hic et adhibui mihi testes fideles vriam sacerdotem et zachariam filium barachie et accessi ad prophetissam etc. Illa translatio sic habet. et contestatus sum contestationes malas ex parte mea quas dixi venturas in prophetia vrie sacerdotis esse futurum est quoque sic omnem consolationem quam dixi venturam in prophetia zacharie filii barachie ego adductus sum et accessi ad prophetissam et concepit et peperit etc. Item potest declarari sanctitas virginitatis Marie ex secreto lemarbe: quia men clausa contra naturam suam est ibi posita in verbo multiplicabitur eius imperium. vide supra. li. i. in apertione primi thesauri. Unde in libro qui dicitur sabath apud hebreos autentice dicitur men clausa verbum clausum significat. Idem autem persuadetur per illud quod habetur Isaie. xi. Egredietur virga de radice iesse: et flos de radice eius ascendet. Hec auctoritas ad litteram intelligitur de christo vt supra ostensum est qui per florem intelligitur quia sicut sine arboris corruptione flos ab ea egreditur. sic christus nasciturus ex matre absque virginitatis corruptione. Idem etiam persuadetur per hoc quod habetur Isaie. lxvi. antequam parturiret peperit. parturire est dolorem partus sentire. Non autem dicitur de aliqua muliere quod ipsa peperit absque dolore partus excepta domini nostri iesu christi matre. Item hieremie xxxi. dicitur nouum faciet dominus super terram femina circundabit virum. per hoc quod dicit propheta: nouum faciet dominus manifeste ostendit insolitam rem futuram a domino et alias inauditam quod fuit quando virgo beata diuinitus concepit iesum virum scientiis et virtutibus ab instanti sue conceptionis perfectum et sic eum suo circundedit vtero virginali. Quod etiam ipsum pareret manente corrupta hoc non est nouum mulieribus sed quod ipsum pareret ipsa remanente clausa istud est nouum. ¶ Item hoc fuit figuratum Ezechielis. xliiii. et dixit dominus meus ad me. porta hec clausa erit et non aperietur. et vir non transibit per eam quoniam dominus deus israel ingressus est per eam eritque clausa et hic est finis versus in hebreo per hanc portam intelligitur virgo Maria per quam filius dei venit ad nos et exiuit deus et homo clausura virginitatis integra remanente. Item rabi barachias exponens illud Trenorum vltimo

pupilli facti sumus absq; patre di cit q deus sanctus et bndictus ait israeli. vos dixistis corā me pupil li facti sum⁹ absq; patre. Redem ptor quē ego suscitabo vobis sine patre erit.s. in terris. sicut est sine matre in celis et sic ƀm eū apparet ỽginitas marie matris xpi. ¶ Itē dns Bonauētura quondā eps al baṅ.sup tertiū sniarum dist.iij. lo quens de sctificatione marie dicit Quidā iudei asserūt de ea q q̄uis esset pulcherrima a nullo vnq̄ ho minū fuit cōcupita vn̄ aūt accepit hoc iudeoꝝ dictum nescire se dicit Nicolaus de lyra. Sed nō est veri simile q talis aut tātus doctor po suerit istud in scripto suo nisi ha buerit ab aliq̄ loco autentico. Ra tio aūt quare virgo beata non fuit cōcupita ab hoibus pōt assignari q2 dispositio mētis magis relucet in facie q̄ in ceteris alijs partib⁹ ppter qd ex plenitudīe gratie exi stentis in ei⁹ mēte fiebat q̄dam re fulgētia in eius facie q̄ in homini bus ipsam intuētibus cōcupiscen tiam nō excitabat: sz magis eaz re primebat et hoc modo de ābilitate sancti Sebastiani dr. Necesse eniz erat: vt quez deus tāta perfuderat gr̄a ab oibus amaref. ¶ Cōsequē ter declaraf sanctitas ỽginis ma rie p scripturas sarracenoꝝ ppter maiorē cōfusionem iudeoꝝ dr eniz in alchorano machometi. Dixerūt angeli. O maria deus vtiq; elegit te et purificauit te et elegit te clarā sup mulieres sclo2nm. Itē ibidem O maria de⁹ annūciat tibi verbū ex ipo nomē ei⁹ iesus filius marie et erit honorabilis in hoc sclo et in futuro. Item ibidē dixit ipa. deus meus quō erit mihi filius et non te tigit me hō. Dixit sic de⁹ creat qd vult cuz decreuerit vtiq; aliq̄d. di cit ei esto et erit. Itez in libro albo kam q̄ est autētic⁹ apud eos dicit emphorarià socius machometi q audiuit nūcium dei dicētez nullus de filijs adā nascitur quē nō tāgat sathan pter mariā et filiū eius per nūcium aūt dei itelligit machome tum. Itē dicit ebunnusse ppheram id est machometū dixisse multi p fecti fuerūt in hoibus. nulla aūt in mulieribus fuit pfecta nisi mater iesu. Has aūt scripturas sarrace norum induxi: q2 ƀm aplm oportz sanctos habere testimoniū ab his qui foris sunt. ¶ Patet igitur q iu deus in minore sui argumēti acci pit falsuz.s. q in genealogia salua toris nō ponif aliqua mulier sctā cui⁹ opinionis videf fuisse Hiero nymus sup Mat. dicens. Notādū in genealogia saluatoris nullā san ctarū mulierū assumi: sz eas quas scriptura rephēdit qui ppter pec catores venerat de peccatricibus nascēs oim peccata deleret. Sed istud dictum nō placet Nicolao de lyra ppter duo. primo q2 vt dictuz est in genealogia saluātoris ponif maria sanctarum sctissima. Scdo q2 ex eadez rōne ibidē arguit Hie ronym⁹ ad oppositu3.s. q ppt pec catuz athalie filie ipijssime iesabe lis que erat ydolatra: et ad ydola triam traxit Joathan maritū suuz filius amboruz ochozias et nepos Joas et pronepos amasias tollun

tur a genealogia saluatoris.

¶ Contendit iudeus probare ꝙ iesus non est verus messias qꝛ non est filius dauid: siue de gñe dauid.



Quartum argumentū iudeoꝝ ex euangelio est in. i. c. Math. ponit genealogia xpi quē asserūt xpiani esse verū messiam ex eadem arguit ꝙ ipse nō est messias i lege pmissus sic. Uerus messias dꝫ esse filius dauid siue de gñe dauid: sed iesus nazarenꝰ nō est filius dauid de gñe eius. ergo ipe nō est messias pmissus. Maior est cōcessa ab oībus taꝫ iudeis ꝙ xpianis. minor pbatur: qꝛ si iesus nazarenꝰ descēderet de dauid scđm carnē in eius genealogia poneret. Cōstat aūt ꝙ nihil tale ibi est: qꝛ in fine genealogie dr iacob aūt genuit Joseph virum marie: de qua natꝰ est xps ꝛc. Numquid xps est ex semine ioseph natus vt dicat de gñe dauid: sicut ꝛ ioseph. Et ptꝫ ꝙ xpiani hoc non cōcedunt. ergo nō habēt ex pdicta genealogia ꝙ ipse sit de genere dauid. Si forte dicat xpianꝰ ꝙ descēdit p mariā q̄ est de genere dauid hoc nō habetur ex textu: qꝛ nō ponitur ibi q̄s eius fuit pater vel mater. ergo nullo modo iesus nazarenus dicēdus est filius dauid ꝛ consequēter ipe nō est messias. ¶ Respōdetur scđm Hiero. in glo. ꝙ non est cōsuetudo scripturarū: vt ordo mulierū in generationibus texetur. Et ideo nō per mariā sed per Joseph inducit cū de vna tribu Joseph et maria fuerūt. vnde et eam quasi proximā cogebatur accipere ne vna tribus se in aliam cōfunderet. vñ Numeri. xxxvi. oēs viri ducunt vxores de tribu ꝛ cognatione sua ꝛ cuncte femine maritos de eadem tribu accipient: vt hereditas pmaneat in familiis. ¶ Sed contra hoc Exod. vi. accepit aaron sororem naazō filiam aminadab: scꝫ elizabeth in vxorē de qua cōstat ꝙ erat de tribu iuda. Solutio. sola illa mulier nubere nō potuit viro de alia tribu ad quā deueniebat hereditas patris vel parētum. Uñ cuꝫ ipsi elizabeth nō deueniret hereditas pris: qꝛ habebat fratres priores se: ideo bñ potuit nubere viro de alia tribu: sed qꝛ maria non habuit fratres vel sorores priores se qꝛ fuit vnica ioachim pri suo: ideo ad eā deuenit hereditas. Unde habuit necesse scđm legeꝫ nubere viro de cognatione sua ꝛ qꝛ ioseph fuit de tribu iuda ꝛ de progenie dauid vt ptꝫ in genealogia ascendendo. Sequitur ergo ꝙ virgo maria de qua natꝰ est iesus qui vocatur xps fuit de eadē tribu ꝛ pgenie. ¶ Sꝫ qꝛ ex rege dauid duo pullularūt rami tanꝙ ex radice. s. Salomō ꝛ nathan. Est dubiuꝫ iter doctos a quo illoꝝ virgo maria descēdat scđm carnem: ꝛ sunt nōnulli doctores dicētes ꝙ hec virgo descendit ex rege salomone scđm carnē. ꝛ ex natan secūdum legē cuiꝰ opinionis est Nicolaus de lyra Luce. iii. ¶ Sꝫ hec opinio videt esse primo cōtra prophetas. Naꝫ hieremias pphета loquēs d yechonia p quē venit linea salomonis. ait. scribe virū istū ste

rilem q̄ in diebus suis nō ꝓsperabitur nec erit de semine ei⁹ vir qui sedeat sup̱ soliū dauid: ⁊ potestatē habeat vltra ī iuda. hiere. xxij. Si ergo hec virgo descēdit p̱ salomonem ⁊ iechoniam: vt dicit illa opinio. sequit̄ ꝙ xp̄s fili⁹ virginis nō sedit sup̱ soliū dauid: ⁊ sup̱ regnū eius. Cōtra ꝓphetaꝫ in ca. seq. Et Ysaie. ix. c. nec valet dicere ꝙ propheta intelligit nō erit q̄ sedeat seculari honore. xp̄s aūt non sic sederat: qꝛ supra ca. eodē dicit dn̄s per prophetā. Uiuo ego qꝛ si fuerit iechonias fili⁹ Joachim regis iuda anulus in manu dextera mea inde euellā eū: ⁊ loquitur de ipso ⁊ de semine suo. Unde pꝫ ꝙ nō solum loquitur de tēporali ptāte: sed etiam de illa qua xp̄s sedere habuit ad dexteram patris. Itē nō est verisimile: qꝛ de⁹ tā cōfusibiliter repelleret eū ⁊ semen suū ab honore tēporali ⁊ a minori gradu: et cōseq̄nter cōstitueret ipsum in semine suo in maiori gradu scꝫ xp̄i. ¶ Scd̄o hec opinio videtur esse cōtra ap̄lm: qꝛ nathā frater salomonis regis non fuit fili⁹ naturalis regis dauid: sꝫ adoptiuus Lu. iij. Cū ergo ab illo nathā descēdat hec virgo ſm carnem vt notat affrican⁹ scribēs ad aristidē. ⁊ Eusebius lib. i. ecclesiastice hystorie. c. vij. ⁊ Damascenus in sentētijs suis. li. iiij. c. vi. Sequitur ꝙ xp̄s non est ex semine dauid ſm carnē contra apostolū. i. ca. ad romanos. qui factus est ei ex semine dauid ſm carnē. ¶ Respondēdum ergo ſm illuminatuꝫ doctorē magistrū ioānem vitalis in sermone natiuitatis beate virginis qui incipit. O pulcherrima inter mulieres ꝙ hec sacra v̄go venit ex nathan ſm carnē qui fuit fili⁹ naturalis dauid. nō quidē de bersabee vt illi estimāt: sed de p̄cipali vxore dauid: scꝫ michol. binomia egla dicta filia saulis que genuit dauid ietruā binomiū: qꝛ ⁊ nathā de hoc ij. Reg. iij. cū notatis p̱ Josephuꝫ libro antiq̄tatis iudaice ⁊ p̱ dictuꝫ Nicolauꝫ de lyra: qꝛ nathā fuit melior salomone natura ⁊ vita: qꝛ de principali vxore ⁊ vt opinatur predict⁹ doctor renūciauit iuri regni rōne eximie sanctitatis. ex quo nathā filio dauid. xxxviij. pullularūt plāte vsq̧ ad anos sancti Joachi patris v̄ginis. Nā Mathā frater aui eius. qui ⁊ melchi dict⁹ est genuit heli qui ioseph ſm legē Luce iij. ⁊ hic habuit fratrem pantherā qui genuit barpantheram qui sanctum Joachim ſm carnē teste damasceno vbi supra. ⁊ sic sanct⁹ Joachim pater huius virginis ⁊ sanctus Joseph spōsus eius fuerunt ſm legē secundi primorum filij: et sic patet genealogia non soluꝫ Joseph ex progenie dauid: sed etiam virginis gloriose p̱ nathā ex principali vxore dauid: scꝫ michol.

¶ Cōtēdit iudeus ꝓbare ꝙ iesus nō est verus messias: qꝛ fuit peccator ex hoc ꝙ fuit baptizatus.



Quintum argumentū iudeoꝝ ex euangelio est ad ꝓbādum ꝙ xp̄s habuit peccatū: vt ꝙ ei⁹ baptism⁹ fuit frustra. arguit

iudeus sic. In euāgelio Matthei iij.c.dr. Tūc venit iesus a galilea i iordanē ad Johānē vt baptizaret ab eo. et hoc arguitur sic. Christiani dicūt q̄ baptismus est ablutio peccatorū. cū ergo iesus nazarenꝰ fuit baptizatꝰ. ergo habuit pctā abluēda qd̄ ipsi negāt. aut ille baptismꝰ fuit frustra. ¶ Rn̄det q̄ baptismꝰ xp̄i est ablutio pctōꝝ. nō autē baptismus Johānis sicut ipe Johānes dicit Matth. iij. Ego quidem baptizo vos in aqua in penitentiā. q̄ aūt post me vēturꝰ est fortior me est: cuiꝰ nō sum dignꝰ portare calciamēta. ipe vos baptizabit in spū sancto. Jesus aūt nazarenꝰ fuit baptizatus baptismo Johānis tm̄. q̄ nō erat ablutio pctōꝝ. ⁊ iō non concludit argumentū q̄ iesus habuerit pctm̄ abluēdi. q꞉ sanctificati in vtero baptizādi sunt baptismo xp̄i. et tm̄ nō habēt pctm̄ abluēdū. Jesus autē ab instanti cōceptiōis sue nō solū fuit sanctificatus. sed etiā sanctus sanctorū. ¶ Qd̄ aūt arguitur vltra q̄ iesus nazarenꝰ fuit baptizatus frustra. Dicendū q̄ nō sequitur. q꞉ p̄ hoc approbauit baptismū ⁊ predicationē Johānis. ⁊ per tactū sue sanctissime carnis dedit vī regeneratiuā aquis: nec similiter sanctificati in vtero frustra baptizant. q꞉ per hoc regenerant in xp̄o ⁊ mēbra eius efficiunt. ¶ Et quia scripture noui testamēti ⁊ doctorū catholicoꝝ loquentes de baptismo sunt note fidelibꝰ ⁊ a iudeis non recipiunt. Jdeo accipiunt aliqua cōtra iudeos de veteri testamēto ⁊ de dictis doctorū hebraicorū. et p̄mittitur figura huius sacramēti Exo. xxix. in baptismo aaron ⁊ filiorum eius. Vn̄ dixit dn̄s moysi. aaron et filios eiꝰ applicabis ad ostiū tabernaculi testimonij. s. i atrio vbi erat altare holocausti. Cūq; laueris patrē cū filijs aqua indues ⁊c. ista lotio aque q̄ erat primū. vt dicit rabi salomō nō intelligit de ablutione manuū ⁊ pedū solū. sz de lotiōe totius corpis: ita q̄ dicit hic expresse rabi salomō. q̄ hoc q̄ dicit lauabis eos vult dicere baptizabis eos sic q̄ totū corpꝰ intret in aquā. ¶ Itē scd̄o sup illud Eccl's. i. Quid ē qd̄ fuit id qd̄ futurū est Rabi barachias dicit sicut fuit redēptor primus sic erit vltimus. Redēptor primus scz moyses fecit ascēdere puteū sicut habet Nume. xxi. Sic redemptor vltimꝰ qui est rex messias ascēdere faciat aquas. sicut hr̄ Johel. vlti. ⁊ fons de domo dei egredie ⁊ irrigabit torrentē spinarū. Hec sūt verba doctoris. p torrentē spinarū intelligit multitudo peccatorū. Aliqui hebrei dicūt. q̄ hec est littera ⁊ irrigabit planiciē sethim. Est autē sethim regio grecie. de qua alexander magnus exiuit ad pugnādū cōtra reges persarū ⁊ medorū. vt habetur p̄o machabeoꝝ. i. c. ⁊ sz hoc ista p̄phetia fuit impleta qn̄ ap̄li predicauerūt grecis: ⁊ eos baptizauerūt. ¶ Item tertio Isa. xliiij. noli timere serue meus Jacob ⁊ rectissime quē elegi. Effundā enim aquas super sitientem ⁊ fluenta super aridam. Effundā spm̄ meū super semē tuū. ⁊ bn̄dictionē meā super stirpē tuā. ⁊ germinabūt inter

herbas sicut salices iuxta preter-fluẽtes aquas. Iste dicet dñe ego sum. ꝛ ille vocabit in noie Jacob. ꝛ hic scribet manu sua dño ꝛ i noie dei isra el assimilabit. Per hoc enĩ ꝙ dicit. effundã aquas sup sitientẽ intelligit baptizatio iudeorũ fide ꝫ xpi deuote recipientiũ. Et per hoc ꝙ subdit ꝛ fluenta sup aridã intelligitur baptizatio gentiliũ. Nã gẽtilitas nõ fuit irrigata doctrina legis ꝛ ꝓphetarũ. ꝛ ꝙ iste sit intellectus habet sup glosa rabi salomon sup illud qđ subdit. germinabũt inter herbas ꝛc. id est in medio Esau Per Esau vero ipse ꝛ doctores hebrei intelligunt romanũ imperium quod suscepit fidẽ xpi ꝛ baptismũ vt pꝫ. Sequitur iste dicet dñe ego sum glo. Isti erunt iusti ꝑfecti. qđ de apl'is cõuenieñter põt intelligi. Et ille vocabit in noie iacob. Glo. Isti sunt paruuli filij impiorũ qđ cõueniẽter intelligitur de filijs iudeorũ per apl'm conuersis ad xpm patribus eorũ in infidelitate remanentib⁹. Hic scribet manu sua dño Glosa. Hi sunt filij penitẽtie. ꝑ qđ cõuenienter intelligũtur xpiani religiosi. ꝛ in noie israel assimilabit glo. Isti sunt cõuersi de gentibus. illis applicatur nomen israel. ꝭm quod dicit apl's ad romanos. ij. nõ qui in manifesto iudeus est. neq ꝙ in manifesto in carne circũcisio. sꝫ qui in abscondito iudeus est et circumcisio cordis in spiritu non littera. cuius laus nõ ex hoibus. sed ex deo est. Patet igitur ex predict ꝙ glosa rabi salomon conuenienter aptatur ad ꝓpositũ nostrum Quis hoc non intenderit. Deus enĩ aliquãdo mouet linguã hois mali ad annũciandũ veritatẽ preter eius intentionẽ: sicut Cayphas Joh. xi. dixit de xpo. Expedit vobis vt vn⁹ moriatur homo ꝑ populo. Intẽdebat enĩ solũ inducere alios ad occidendũ xpm. Sed quod verbum significauit mortẽ eius ꝓfuturaꝫ ad salutem spũalem populi: hoc fuit preter eius intẽtionẽ. ꝓpter quod euãgelista subdit. Hoc autẽ non dixit a semetipõ. sed supple a deo sic eius linguã mouente. Habetur aũt simile ꝙtuꝫ ad aliquid. Nume. xxij. de asina balaam que ꝓtulit verba rationabilia: vt paꝫ ibidẽ deo mouente linguã eius per se vel ꝑ angelum. Illa tñ nõ intellexit verba que ꝓtulit cũ nõ haberet rationem nec intellectũ. ¶ Itẽ quarto super illud Geñ. xlix. Ligans ad vineam pullũ suũ. ꝛ ad vitẽ o fili mi asinaꝫ suã dicit glosa. Hic est de quo scriptum est zacharie. ix. Sedens sup asinam ꝛc. Sequitur in glosa. Et quomodo erit agens: sicut scriptuꝫ est Ezech. xxxvi. Et effundã super vos aquã mundã: ꝛ emundabimini ab omnibus inquinamentis vestris. Auctoritas zacharie hic inducta ꝭm doctores hebreos intelligitur ad litteram de messia sicut ostẽsum est supra. ꝛ per glosam hebraicam hic inductam habetur. ꝙ erat mundaturus populũ suũ per effusionẽ aque munde que ꝓprie dicit baptismus xpi. Unde in libro ꝙ dicitur yoma hierosolymitanũ auctẽtico apud hebreos dicitur. Queãdmodum pelagus mundificat pollu

tos: ita deus sanctus & benedictus erit mundās in futuro israel. et sic est dicēs Ezech. xxxvi. Aspergam super vos aquas mūdas. hec ille. Itē sapiētes thalmuth in midras dixerūt. ꝙ in aduētu messie ipse assumeret sibi aquas mundas de sub sede sua. & ꝙ ipse sup israel effunderet prout dixit textus. Effundaz super vos aquā mundā. & sapiētes tabala has aquas significauerunt et dixit rabi aquiba. Quādo accesseritis ad lapides mūdos marmoreos nō dicas aquas aq̄s. Sūt eñi aque temporales et aque spūales. Itē ꝙ viderūt messiaz filiū dauid intrare per synagogas et studia et interrogatus quid faceret rñdit. ꝙ balneabat. iuxta textū Gen. Lauit in vino vestimēta sua. quod significat lotionem in baptismo a sancto messia postmodū ordinato. ¶ Itez quinto de baptismo & eius effectu dicitur zacharie. xiij. in illo die erit fons patēs domui dauid: & habitātibus hierusalē in ablutionē peccatorū & mēstruate. Per hoc ꝙ dicit erit de futuro. ptz ꝙ nō pōt intelligi de ablutione aliqua veteris legis. Nā oēs ille erāt statute longe ante tempus zacharie. Quod autē intelligat de baptismo. ptz p illud quod sequitur. Et erit in die illa dicit dñs exercituum. Disperdaz nomina ydolorum de terra. Quod impletū fuit tempore xpi & discipulorum eius. per quorū predicationez ydolatria cessauit per totū mundū exceptis quibusdā barbaris in aqlonari parte habitātibus qui limitati dicūtur. ꝙ illud viuū quod eis primo occurrit qualibet die illud adorant & venerantur: vt deū suuz p illa die. Sed qm̄ hoc modicū est respectiue. ideo quasi p nihilo reputatur fm cōmunē modū loquendi. & etiā fm doctrinā phi. ij. phisicorum. Nec obstat ꝙ dicitur domui dauid & habitantibus hierusalem. quia Hiere. xxx. xp̄s nominatur nomine dauid vbi dicitur. seruiēt dño deo suo. et dauid regi suo quē suscitabo eis. Non eñi intelligi potest de dauid qui mortuus erat p. cccc. annos ante vel circiter. & ꝙ intelligatur de xpo: ptz per translationē chaldaicam que sic habet. & colent coram domino deo suo: & obedient messie filio dauid. & sic per domuz dauid hic intelligitur familia xpi et eadē intentione per hierusalem militans ecclesia. Dicitur autem baptismus fons patens. quia nulli penitenti debite denegatur. & dicitur in ablutione peccatorū & menstruate. pp̄ter peccatum actuale et originale quod cōtrahitur in vtero matris. vtrūqȝ eñi lauat baptism⁹ in adultis ad baptismū veniētibus Unde dicit hic glosa chaldaica sup verbo in ablutionē peccatorū. & remittātur sua peccata & sue macule. Et idē dicit rabi salomō in sua glosa allegando chaldeū. ¶ Itē sexto Isaye. in. c. xij. postq̄ locut⁹ est de saluatore dicens. Ecce deus saluator meus: fiducialiter agam & non timebo &c. consequēter dicit. Haurietis aquas in gaudio de fontib⁹ saluatoris. Et glosauit chaldaicus Et recipietis cum gaudio legē nouam electorū iustoruz. Hebraica ve

ritas habet. Accipietis aquam cum gaudio de fonte saluationis. et idem est de fonte saluationis vel saluatoris. Et ita impletur in hoc sacramento quod habet virtutē remittēdi peccata ex fontibus saluatoris. i. ex quinque plagis xpi in passiōe sua. Et ad litterā de fonte saluatoris. i. de latere xpi exiuit sanguis et aqua et qui vidit testimoniū perhibuit. et scimus quia verū est testimoniū eius. vt patet Ioh. xix. ¶ Item septimo Isa. liij. c. in fi. Ecce intelliget seruus meus et exaltabitur et eleuabitur et sublimis erit valde. Sequitur iste asperget gētes multas. Hec scriptura intelligit ad litterā de xpo. patz per translationē chaldaicā. cui nō licet contradicere iudeis que talis est. Ecce prosperabit seruus meus messias. propter qđ antiqui hebrei ab isto loco vsque ad finē. liij. capli exposuerūt ad litterā de passione xpi. Dicit ergo. ecce intelliget seruus meus. quia hz sciētiā diuinā ab eterno: et humana ex tēpore. et exaltabitur. s. ad vnitatem suppositi diuini. vel aliter. Exaltabitur in sua resurrectione: et eleuabitur in sua ascensione: et sublimis erit valde sedēs ad dexterā patris Marci vlti. Et dñs quidem iesus postquam locutus est eis: assumptus est in celū et sedet ad dexterā dei. Uel aliter fm quod exponit rabi aquiba. Exaltabitur plus quam abraā: et eleuabit plus quam moyses et sublimis erit plus quam angeli. Ex quibus satis potest inferri quod messias debebat esse deus. Sequitur ad propositū. iste messias asperget gentes multas. i. mūdabit sanguine suo et baptisma et c. que oia manifeste sunt impleta in xpo. ¶ Item octauo et vltimo dauid prophete fuit reuelatū signū cōpletionis oim prophetiarū sacramētum baptismi. vnde dicit i psalmo xxviij. Uox dñi super aquas deus maiestatis intonuit. ac si diceret. clarius tūc sacramentū baptismi erit adimpletū cū vox dñi fuerit super aquas: et deus maiestatis intonuerit. quod fuit adimpletū in baptismo xpi. quia tunc vox patris intonuit dicēs. hic est filius meus dilectus et c. Matth. iij. et ista fuit intonatio dei maiestatis. Ex predictis in solutione huius argumēti iudaici tria colligūtur. Primū quod lz xps fuerit baptizatus: fuit tn̄ immunis a peccato. Secūdū quod baptismus xpi nō fuit frustra licet ipe esset sine pctō. Tertiū est quod istud sacramentū fuit in testamēto veteri figuratū et multipliciter prophetatum. ac per doctores et glosas hebreorum euidēter demonstratum.

¶ Contendit iudeus probare quod iesus non habuit spiritumsanctum ante baptismum.



Ertū argumētū iudeorū sumit ex euāgelio ex illo Matth. iij. baptizatus aūt p̄festī ascēdit de aqua. et ecce aperti sunt ei celi. et vidit spm̄ dei venientē sicut colūbā et descēdentē sup se. Ex hoc arguunt iudei quod xps ante baptismū non habuit spiritūsanctū. cuius oppositum asserunt xpiani. qđ autē istud sequitur ex textu ptz. quia nullus venit vbi prius erat. Cū ergo dicat i textu. vi

dit spm̄ desvenientē super se ergo spūssanct⁹ nō venit in iesu nazareno ante baptismū. ⁊ tn̄ tunc erat incipiēs annū. xxx. sic ergo. xxx. ānis fuit sine spūsancto. qd̄ incōueniēs magnū reputat̄ a xpianis. ¶ Rn̄detur q̄ nō sequit̄. vidit spm̄sctm̄ descendētē ⁊ venientē sup̄ se. ergo ante nō habuit spm̄sanctū. q2. iiij. Reg. iij. d2 de helizeo. cūq3 caneret psaltis facta est sup̄ eū manus dn̄i qd̄ intelligit̄ de spū pphetādi. ⁊ tn̄ d2 de eo ante. ij. c. Requieuit spūs helye sup̄ heliseū. ⁊ qd̄ subditur in arguēdo nullus venit vbi pri⁹ erat dicēdū q̄ verū est eo mō quo prius ibi erat. sed alio mō potest venire sicut d2 Gen̄. xviij. vbi d2. dixit dn̄s ad abraā. Clamor sodomo℞ gomorreorū multiplicat⁹ est. Seq̄tur descendā ⁊ videbo vtrū clamorē qui venit ad me ope impleuerūt ⁊c. nō est p̄ hoc intelligendū q̄ ante deus nō esset in sodoma ⁊ gomorra. nec videret eo℞ facta cū de necessitate sit vbiq3 p̄sens. sicut d2 Hier. xxiij. celū ⁊ terrā ego impleo dicit dn̄s. ⁊ oīa de necessitate viderit ab eterno. dicit̄ ergo descendisse ⁊ vidisse ppter nouū effectū quē fecit ibi. s. subuersiōe sodome ⁊ gomorre. Erat igit̄ ibi ante sicut cōseruās in esse. sed descēdit sicut puniēs. ⁊ similiter tūc d2 vidisse. q2 sm̄ modū loq̄ndi scripture ⁊ etiā hoim deus non dicit̄ videre pctā qn̄ dissimulat punire. nec p̄ hoc importatur aliqua mutatio in deo: sed in creatura: sic suo mō dicendū est in pposito. spiritussanctus fuit in iesu nazareno ab instanti conceptionis sue p̄ plenitudine3 gr̄e: sicut d2 Joh. i. vidimus eū quasi vnigenitū a p̄re plenum gr̄e ⁊ ṽitatis. ⁊ hoc p̄dictum fuit Jsa. xi. c. egrediet̄ virga de radice iesse: ⁊ flos de radice ei⁹ ascēdet. ⁊ requiescet super eū spūs dn̄i spūs sapie ⁊ intellect⁹: spūs cōsilij ⁊ fortitudinis: spūs scie ⁊ pietatis ⁊ replebit eū spūs timoris dn̄i. Dicit̄ tn̄ venisse sup̄ eu3 in baptismo p̄ aliū modū. s. in signo visibili columbe rep̄sentātis in xpo plenitudine3 gr̄e nō tūc accepte: s3 prius vt dictū est. tn̄ plenitudo gratie q̄ latens erat in xpo fuit tūc manifesta Johāni baptiste inuisibili signo sicut ei dictū fuit a dn̄o. Sup̄ que3 videris spm̄ descēdentem ⁊ manētem super eu3: hic est qui baptizat in spūsancto. ⁊ p̄ predicationē Joannis alijs fuit dictū. Jdeo subditur. ego vidi ⁊ testimonium perhibui: q2 hic est filius dei. Jlli tamē qui erāt cum ioanne quādo columba descēdit super iesum viderunt cū eo: ⁊ vocē patris audierūt: quia colūba illa nō fuit ymaginaria sed vera ⁊ visibilis. ⁊ vox diuinit⁹ formata ⁊ sensibilis. Fuit aūt tūc necessaria manifestatio plenitudinis gr̄e in xpo. Primo vt pp̄hia Jsa. p̄dicta ondereī̄ ipleta. Scd̄o q2 cito post baptismū erat p̄dicatur⁹ et publicatur⁹ legē euāgelicam q̄ est lex gratie. ⁊ p̄ consequēs actor ei⁹ ostēdi debuit plenus gratie. Jdeo tunc audita est vox patris. Hic est filius me⁹ dilectus in quo mihi cōplacuit tanq̄ in actore euangelij. ¶ Et si dicat iude⁹ q̄ tūc erit ꝯtradictio in ṽbis. s. q̄ erat ibi spūssan

ctus.et nō erat.veniebat:et nō veniebat.descēdebat et nō descēdebat.Dicendū est q nō sequit q2 vera cōdictio dz esse ad idē et sm idez.et simil'r in eodē tpe.Nunc aūt vt declaratū est nō simil'r sed alio mō venit spūssanctus sup iesum in baptismo q erat prius in christo.

¶ Contendit iude9 pbare q iesus xps nō est ver9 de9 quia esuriit.



Septimum argumētū iudeox ex euāgelio sumit ex illo.q2 dr Mat.iiii.q xps ieiunauit.xl.diebus et.xl.noctib9.et postea esuriit.Arguūt ergo iudei sic.Cristiani dicunt iesum nazarenū eē deū.et q laus est deo ieiunare.quasi dicāt nulla:q2 deo non cōpetit comedere vel ieiunare.propter quod videt derisibile.et adhuc magis illud qd subdit.et postea esuriit et maxime cū moyses q tātuz hō fuit ieiunauit.xl.dieb9 et.xl.noctib9.et nō esuriit.¶ Solutio istius argumenti ptz ex his q supra dicta sunt in isto.iii.libro cōsideratiōe.iiii.argumēto.xxii.Ibi eñ declaratū fuit q xps i lege et pphetis pmissus futurus erat verus homo et verus de9 in vna psona.Declaratū est etiaz q iesus nazarenus est ver9 xps iudeis pmissus supra libro.i.i apitiōe.xii.thesaurorū.et p cōsequēs ipe est ver9 homo et verus deus.Item declaratum fuit ibidem.et sepe alibi.q per passionem suam et mortez operaturus esset nostram salutem propter quod habuit corpus passibile et mortale ante resurrectionē suam.et hoc modo ieiunauit et esuriit.et tandez afflictiones et mortem sustinuit nō in deitate sua:quia hoc est impossibile:sed in humanitate pro nobis assumpta:et sic meruit nobis gratiam et gloriam:et sibi corporis glorificationem.Unde super illud Geñ.xxvi.Et introduxit eaz Ysaac:dicit rabimoysen hadersan hic est rex messias quem elegit deus sanctus et benedictus vt coleret eū toto corde daretqz cor suum ad petendum miseratiōes pro israel:et ad ieiunandum et humiliandum se p eis: sicut scriptum est Ysa.liii.Ipse vulneratus est ppter iniquitates nostras: attritus est propter scelera nostra.disciplina pacis nostre super eū:et liuore eius sanati sumus.Per hanc traditionē dicti rabimoysen patet q.liii.c.Ysa.loquit de xpi passiōe p generis humani salute:quod aūt dicunt iudei de moyse q post illud ieiuniuz non esuriit: falsum est q postea nō comedisset: nec est simile de vtroqz:nā manichei dicturi erāt q iesus non habuit carnē humanā ex elemētis cōpositā: sed celestē:ad quos repellendos euangelium mentionem facit de esurie xpi iudei vero hoc non erant dicturi de moyse.propter hoc non oportuit q scriptura faceret mentionem sic de eius esurie.

¶ Contendit iudeus pbare q iesus xps non est de9 q2 non dixit dyabolo tēptanti in omni verbo quod procedit de ore meo.



Octauum argumentum iudeorū ex euangelio sumit ex illo qd dicitur in supradicto.c.Nō in solo pane viuit hō

sed in omni verbo quod ꝓcedit de ore dei. Asserunt iudei ꝙ ista respõsio quã iesus dedit diabolo nõ ẽ rõnabilis qꝛ debuisset dixisse sed in oi re que ꝓcedit de ore meo. Si enim ipse erat deus potuit hois vitam cõservare de oĩ re siue sit lignũ siue lapis siue alia hmõi. ¶ Respondet cum dicit ꝙ debuisset dicere iesus sed in oi re q̃ ꝓcedit de ore meo. dico ꝙ nõ est verum. nõ eñi sic debuit dicere quia iesus voluit celare diabolo suã deitatez quã ille querebat experire p temptationẽ ꝓpter quod non debuit dicere de ore meo qꝛ loquebatur vt homo celans suã diuinitatez. Itẽ qꝛ tẽptationẽ demonis excludebat p scripturã sacrã. iõ debuit eam allegare sicut iacuit in textu in quo scribitur de ore dei ⁊ eadẽ ratione nõ debuit dicere de oi re sꝫ in omni verbo. qꝛ sic scribitur in textu. cũ hoc etiaz põt dici ꝙ nõ arguit quia verbũ frequẽter accipitur in sacra scriptura ꝓ re facta. nã. ij. Regũ. i. c. dicitur quod est verbũ quod factum est. i. res gesta vel facta. et sic accipitur in proposito vt patet litteram intuenti Deutro. viij. cap.

¶ Contẽdit iudeus ꝓbare ꝙ iesus xp̃s nõ est deus quia non misit se deorsum cum esset in pinnaculo.



Nunc argumentum iudeoꝝ ex euãgelio sumit ex illo quod dicitur. Matth. ca. quo supra. Si filius dei es mitte te deorsum ⁊c. Seq̃tur ait illi iesus rursum. Scriptũ est nõ temptabis dominum deũ tuum. Ex hoc arguunt iudei dicẽtes ꝙ hec responsio nõ est bona. Primo quia vt dicunt iudei in eo erat potestas faciendi miracula: et ideo si dimisisset se deorsũ sine lesione aliq̃ nõ fuisset ibi aliqua temptatio diuina. Secundo qꝛ sancti viri leguntur deum temptasse nec ex hoc reprobãtur in scriptura sed magis commendantur: sicut helyas. iij. Regum. xviij. ca. Qui dixit deus qui exaudierit per ignem ipse sit deus: ⁊ helyseus. iiij. Regũ. v. ca. dixit de naaman leproso veniat ad me ⁊ sciat ꝓphetam esse in israel. Similiter de gedeõ Judicum. vi. tẽptauit deum querens signum invellere. Item deus non inducit homines ad malum inducit autem ad sui ipsius temptationem malachie. iij. c. Inferte omnem decimam in horreũ meum vt sit cibus in domo mea et probate me. Super hoc dicit dominus: si non aperuero catharactas celi et effudero vobis benedictionem meam vsq₃ ad habundantiam. ¶ Respondetur cum dicunt iudei. Primo ꝙ ista responsio non est bona non tẽptabis dominum deum tuum. Dico ꝙ in hoc iudei percutiunt seipsos arguentes dictum moysi deutro. vi. ca. Quod autem vlterius nituntur ostendere temptationem dei non eẽ peccatum manifeste dicunt contra deum arguentem maliciam populi israel Numeri. xiiij. c. temptauerunt me iam per. x. vices. Item psal. lxxxiiij. Nolite obdurare corda vestra sicut in exacerbatione secundum diez temptationis in deserto vbi temptauerunt me patres vestri probauerunt et viderunt opera mea: ad illud autem quod inducunt de viris sanctis deum temptantibus vt dicunt. Sciendum est ꝙ temptare est expe

rimētum de aliquo accipere. nullus autem querit experiri illud de quo dubius est. Item aliquis potest experiri verbo vel facto: verbo cum querit aliquis de vicino suo aliqd vt experiatur si iuuaret eum in necessitate sua: facto cū facit aliquid quod nō videt ordinabile ad aliqd nisi ad talem experientiam: et talis experiētia dicitur temptatio sicut cū aliqs facit currere equum sine necessitate aliq̄ aut vtilitate dicitur temptatio equi: quia talis cursus non videtur ordinabilis nisi ad accipiendum experimentum de velocitate equi. Si autem facit currere propter necessitatem aliquam puta ad fugiendum hostes vel propter vtilitatem aliquā vt ad capiendum ceruum non est temptatio equi. Dubitare autem de his que pertinent ad perfectionem diuinam vt est potentia bonitas et huiusmodi semper est maluz. Et ideo qui facit aliquid vel qui dicit sine necessitate aut vtilitate ad experiendum diuinam potentiam vel voluntatem temptat deū et peccat propter quod exponens se sine necessitate aut vtilitate periculo expectans se seruari a deo temptat deum cum possit seruari alio modo. tale q̄d suggerebat dyabolus iesu nazareno dicēs. Mitte te deorsum. Et licet iesus per virtutem diuinam posset hoc facere sine periculo tamen hoc non fecit celare dyabolo volens suam diuinitatem et excludere demonis temptationem per sacram scripturam: respondit bene per illud quod hominibus prohibetur. poterit enim tanq̄ homo per gradus descendere de pinnaculo. ¶ Quod igitur arguitur de helya non valet. non enim petiit signum per ignem descendentem sine vtilitate: sed ad hoc q̄ populus israel a cultu baal ad colendum verum deum reduceretur vt patet ibidem. Item hoc fecit de precepto domini dicentis sibi. vade ostende te achab vt premittitur ibidem: et tunc reuelatus fuit sibi modus procedendi contra prophetas baal: licet hoc non sit totaliter expressum: quia non omnia scribuntur. Eodem modo dicendum est de helisco: curauit enim naamam ex diuina reuelatione et ad manifestationem virtutis diuine. Unde et naamā relicta ydolatria cōuersus fuit ad colendum totaliter vnum verum deum: vnde dixit. iiij. Regū. v. c. non faciet seruus tuus vltra holocaustum et victimā dijs alienis nisi domino. ¶ De gedeone vero dicunt aliqui doctores nostri q̄ ex debilitate fidei petiit bis signuz in vellere propter quod non excusatur totaliter a peccato sicut dicit q̄dam glosa super locum istum. Sed hoc non videtur rationabiliter dictum: quia scriptura non notat euz culpabilem ex hoc facto nec fuit punitus a deo sicut zacharias pater iohannis qui propter dubium petiit signum dicens. vnde hoc sciam propter quod factus fuit mutus vsq̄ ad filij sui circumcisionem: vt habetur Luce primo capitulo. De glo. vero in generali allegata parum est curandum. ideo saluo meliori iudicio potest aliter dici. vno modo q̄ gedeon fecit hoc ex instinctu diuino. et sic non peccauit. Instinctus enim diuinus non impedit ad peccandū. Alio modo dicendo q̄ gedeon non

fecit hoc dubitando de potētia dei quin per ipsam posset saluare populum. nec de verbo dñi dicētis sibi. In hac fortitudie tua liberabis israel quasi nō eēt verū. Sed ignorauit vtrū hec pmissio esset absoluta que semp īplet vel cōditionalis. s. nisi gedeon et eius socij ponerēt impedimentū p aliquod peccatum. frequēter eñ in sacra scriptura intelligūtur pmissiōes diuine facte sub tali cōditiōe quis nō exp̄mat. hieremie xviij. cap. Subito loquar de gente et de regno vt edificem et plātem illū si fecerit maluʒ in oculis meis vt nō audiat voceʒ meam penitentiā agā super bono quod locutus sum vt facereʒ ei. timuit ergo gedeon ne per fragilitatem suam vel sociorum suorum proueniret impedimētū dicte promissiōis. petijt ergo humiliter a deo edoceri p signū quod nō proueniret tale impedimētū vt sic constantius et expeditius iret ad preliuʒ pp̄ter quod petijt duplex signum vnū pro se aliud p socijs suis. ¶ Ad auctoritatem malachie dicēdum q iudei tenebātur soluere decimas ex pcepto dei sicut patet in multis locis veteris testamēti et per consequēs hoc erat necesse ex pte soluētiū et vtile ex pte recipientiū. Erat eñ ad sustētationem ministrorum. Ad hoc eniʒ inducebat dñs populum per ppheтam dicens. Inferte omnem decimam etc. Quod autem subditur probate me super hoc etc. li probate nō tenetur hic causaliter sic intelligendo q soluerent decimas ad probandum seu temptādum. si per hec deus aperiret eis catharactas celi sed tenetur cōsecutiue. et est sensus si impleueritis preceptum meum de decimis sicut tenemini et ego consequenter multiplicabo bona vestra sicut dicitur Isa. c. i. si volueritis et audieritis me bona terre comedetis. ¶ Contendit iudeus probare q lex euangelica non est lex dei quia contradicit legi moysi cum dicit nō iurare omnino.



Decimum argumentū iudeorum est et sumitur ex euāgelio ex illo verbo Math. v. c. Audistis quia dictū est antiquis nō periurabis. reddes aūt domino iuramenta tua. ego autem dico vobis nō iurare oīno etc. sequitur. Sit ergo sermo vester. est est nō non: quod auteʒ habūdātius est a malo est. Et istis arguunt sic iudei xp̄iani affirmant q lex euāgelica non destruit legem moysi in moralibus sed hoc patet esse falsuʒ quia scribitur deutro. x. c. Dñm deū tuū timebis et illi seruies ipsi adherebis et in nomine illius iurabis. Et iteruʒ deutro. vi. Dominum deū tuū timebis et illi soli seruies ac per nomen illius iurabis. Et patet manifeste q iesus nazarenus istud destruit dicendo. ego dico vobis nō iurare oīno. ¶ Solutio q negatio pposita signo vniuersali facit equipollere suo contradictorio quia non omnis et quidā nō equipollent. Et ideo per hoc q dicitur non iurare omnino. nō excluditur omne iuramentuʒ; q2 quilibet tenetur superiori requirenti veritatem per iuramentum dicere veritatem aliter periret iusticia et veritas in multis casib9. sʒ cū dr. Nō iurare

omnino excluditur iuramētū illici-
tum quod est triplex. s. iuramētum
falsum quod caret veritate et iura-
mentum iniquū quod caret iusticia.
sicut cū aliquis iurat innocenti no-
cere et iuramētum incautum quod
iudicio discretionis caret quod fit
quando quis iurat sine necessitate
aut pia vtilitate. et propter hoc di-
citur Hiere. iiij. c. iurabis viuit dñs
in veritate et iusticia et iudicio. ad ex
cludēdū illa tria iuramenta illicita.
¶ Sciēdum aūt q ex verbo deutro.
iiij. c. supra allegato in nomine illi9
scz dei iurabis. Aliqui dixerūt q iu
ramentum esset frequētandū tanq
religionis actus etiam in cōi verbo
vbi non appareret necessitas aut pia
vtilitas de quib9 videntur fuisse isti
iudei arguētes. Sz q hoc sit falsuz
patet p pceptum diuinuz. Exod. xx.
vbi dicit. nō assumes nomē dei tui
in vanū. nec eni habebit insontem
dñs eum qui assumpserit nomē dei
sui frustra. quod facit ille qui iurat
sine necessitate aut pia vtilitate hoc
etiam patet ex vbo Hieremie p̄alle
gato. Item Ecclesiastici. xxiij. c. dici
tur vir multū iurās replebitur ini-
quitate. naz ex frequentia iurādi ex
iuramēto icauto labitur in iuramē-
tum falsuz et iniquum. ¶ Quod aūt
subditur sit sermo vester est est. non
non. i. simpliciter affirmādo vitatez
et negādo falsitatē intelligendū est
nisi necessitas plus exigat. et q hoc
intelligatur de modo communi lo-
quendi inter hoies patz p hoc q di
citur sermo vester. qd autez amplius
est a malo est. non dicit hoc esse ma-
lum sed a malo. Nam omne iuramē-
tum est a malo culpe vel pene. iura-
mentum enim falsum iniquū et in-
cautum est a malo culpe ex pte e iurā
tis. Iuramentum autem licitū est a
malo pene ex pte requirentis iura-
mentū. Ex humana qppe fragilita-
te que pena quedā est inflicta hūa-
no generi pp̄ter culpam primorum
parentum procedit. q homines mu-
tuo sibi non credunt simplici verbo
absq iuramēto. Et sic patet q xps
nō destruit in moralibus legē moysi
immo pficit et dat modum quomo-
do homines non sint leuiter piuri.
¶ Iudei vero miseri et ceci dant
moduz q homo sit periurus et q frā
gat omnia vota que facit sm q de-
ducit Hyeronim9 de sancta fide cō-
uersus in tractatu quem fecit ex di-
ctis thalmuth in. c. iij. vbi sic ait. Di
cunt sapientes eorum in. thalmuth
in nodarim in ca. qd incipit arbane
darim. Ille qui frangit iuramenta
pmissionis vel vota que facit p to-
tum annum ne habeant aliquem vi-
gorem surgat vltima die anni et di-
cat quecunq promissiones iuramē-
ta vel vota ego fecero que i toto an
no sequēti existunt reputo cassa nul
la et vana. et hoc modo vtuntur iu-
dei in presenti in vna nocte āni. Ue
niunt enim omnes ante suum rabi:
tenētem in brachijs thorath et omes
cum magna solēnitate dicūt p̄dicta
verba. et ex hoc intelligunt q sunt
sine onere conscientie ad frāgēduz
quodcūq iuramētū qd faciūt signā
ter xpiano quia iuramētuz quod fit
iudeo seruatur. Si ille qui recipit
iuramētum dicit illi qui facit tu iu-
ras in deū et i hac lege ad intellectū
meum q facies talem rem et c. et cum
dicit ad intellectum meum dicūt q

sam reuocatur pdicta prestatio quã fecit in principio anni. Sed si iuramentum facit xpiano. dicũt ipsi ꝙ lʒ xpianus dicat. tu iuras ad intellectum meũ ꝙ nõ reuocatur ppterea pdicta prestatio quia xpianus non habet itellectũ. Et ideo licet omes albame iudeorum iuxta forum regni faciant iuramẽtum in manibus sui maiorini. vel baiuli de non pstando pecunias vltra id quod licentiãtur p regem nullus eorũ obseruat ⁊ intelligũt ꝙ non peccant propter sup pradicta. hec ille. ¶ Huic sententie fauet etiam magister Johãnes cõuersus in libro de concordia legum titulo. iiij. c. vij. vbi preter illa que dicta sunt. addit etiam ꝙ mandauerunt sapientes iudeorum in thalmuth ꝙ si iudeus faceret iuramẽtuʒ et de hoc postea peniteret in corde ꝙ in presentia trium iudeoruʒ dicat se talia iurasse. et ꝙ de eis in corde penitet ꝙ iudei astantes dicunt ei. Illa q̃ iurauit vana et nihilata suo iudicio reputare et ꝙ illa que iurauit seruare. nullatenus obligatur. Item dicit ꝙ in nocte remissionem indulgentiarum ponunt in publico thorath. et cãtor dicit populo publice ter ꝙ omĩa vota et iuramenta facta sunt cassa nihilata et vacua ⁊ nullius penitus firmitatis. Dicit ergo iste ꝙ ex huiusmodi occasiõe iudei sunt faciles ad iurandum ⁊ nullum obseruant penitus iuramentũ. ¶ Et preter hos alios articulos immiscent iuramentis. quare de eis p sua iuramenta confidere nullus debet ⁊ dicitur in suo thalmuth ꝙ quidam actor iudeorum priuatus et familiaris erat cuiusdam imperatoris quadam die intrans cameram suam inuenit eũ comedẽtem victualia prohibita. et imperator recepit ab eo iuramẽtum vt hoc nullatenus alicui reuelaret et post tempus inuẽtus est reuelasse. et dixit ei tu nonne iurasti deo te hoc nũꝙ reuelare. Respondit ego iuraui nõ reuelaturus deo sed non hominibus de mundo. et qui domino sic falsauit iuramentum articulo subtilitatis false quãto magis hominibus falsaret leuiter iuramẽtuʒ. quare nunꝙ a iudeis deberet exigi iuramẽtum nec in aliquo deberet credi. et de eis dicitur Hieremie quinto. ꝙ si etiam dixerit. viuit dominus et hoc falso iurabũt et christiani non leuiter iurant ⁊ obseruant fideliter iuramẽtum sm legem et nisi adimpleatur a confessoribus non absoluuntur dum tamen sint licita iuramenta. quoniam ipsa obseruare penit⁹ obligãtur. de quo Numeri. xxx. si quis virorum votuʒ vouerit domino aut se cõstrinxerit iuramento nõ faciet irritum verbuʒ et omne quod promiserit implebit. hec ille.

¶ Contendit iudeus probare ꝙ lex euangelica non est lex vera quia destruit legem iusticie.



Ndecimũ argumentũ iudeorũ ex euãgelio sumit ex illo. Math. ca. quo supra. Audistis ꝙ dictum est antiqs. Oculũ p oculo. dẽtẽ p dẽte. Ego aũt dico vobis nõ resistere malo. sʒ si qs percusserit te in dexterã maxillã pbe ei ⁊ alterã. ⁊ q̃ voluerit in iudicio cõtẽdere tecũ ⁊ tunicã tollere dimitte ei et palliuʒ ⁊c. hoc dicũt

iudei esse cōtra legem rectitudinis et iusticie a deo datam. Exodi.xxi. oculum pro oculo ꝛc. Itē xp̄iani nō seruant istam legem iesu nazareni. Nam per fraudes ꝛ lites vn⁹ rapit bona alterius ꝛ nō solum hoc est verum de secularibus sed etiā de religiosis pluribus. ¶ Respondetur ꝙ non est verū iesum nazarenū destruxisse legem iusticie et rectitudinis. Circa quod sciendum ꝙ nō resistere malo aliquādo bonū est et necessarium. et sic cadit sub precepto vt pote quādo ex tali resistentia apparet manifeste origo magni mali et discidiū ciuitatis vel regni vel aliquid huiusmodi. Aliquando vero est bonum supererogationis vt qn̄ malum illatum toleratur patienter propter deum. vel ꝓpter pacem seruandam. vel ꝓpter sui humiliationem: et sic non resistere malo cadit sub cōsilio et non sub precepto. ꝛ in istis duobus modis loquitur saluator ꝛ sic non excludit legem iusticie sed addit super hoc perfectionem legis euangelice ad quam nō tenētur homines. sȝ possunt licite de illata iniuria querere vindictam secundum ordinem iusticie quādo nō apparet ex hoc maius maluȝ surgere vt dictum est. ¶ Sciēdum autem ꝙ ex hoc ꝟbo legis. oculum pro oculo ꝛc. aliqui iudei de quibus videntur isti sic arguentes dixerunt male interpretantes ꝙ vindicta erat per se appetenda quod est falsum quia vindicta est malum pene. ꝛ ideo nō est per se appetibilis sed propter aliquod bonum consequendum: vt propter ordinem iusticie conseruandum. vel propter correctionem iniuriantis vel propter terrorem aliorū vt ab iniuriis cohercēātur vel aliqd hmōi. vbi ergo nullum tale bonum ex pena alicuius estimatur ꝓuenire sed magis timetur de scādalo ꝛ maiori malo tunc desistere a vindicta querenda necessitatis est et ꝑcepti vt dictum est. Si autem circa talem casum quis a vindicta querēda desistit bonum superogationis est ꝛ hoc patet per facta sanctorum patrum non solum noui testamēnti sed etiā veteris. Sanctus enim Ioseph potens vindicare illatā sibi iniuriam a fratribus non soluȝ a vindicta destitit sed eos cum suis familiis misericorditer sustentauit. Similiter dauid semey sibi maledicētem et lapides contra euȝ mittētem ꝛ ex hoc reum lese regie maiestatis occidi abisay ꝓhibuit. ii. Reg. xvi. c. dicēs. Dimitte eū vt maledicat si forte de⁹ respiciat afflictionem meā. id etiaȝ patet per scripturam veteris testamenti. Leuitici. xix. c. non queris ꝛationem nec memor eris iniurie ciuium tuorum. Ubi vero ex vindicta secundum ordinem iusticie nō apparet ortus scādali vel mali ex desistētia ab ea daretur malis audatia iniuriandi bonis. talis desistentia malum esset et peccatum et in tali casu non est intelligendum saluatoris verbum. ¶ Quod autem sequitur et qui te percusserit in vnam maxillam ꝛc. Non est intelligendum ꝗtum ad effectum vt sic percussus maxillam aliam offerat percussori. quia iesus qui cepit facere et docere percussus in vna maxilla vt habetur Iohannis. xviii. capitulo non prebuit aliam maxillaȝ ꝑcusso-

ri: sed eum caritatiue correxit dicēs si male locutus sum testimonium phibe de malo: si autem bene cur me cedis. Est ergo verbum predictum secundum animi preparationem intelligenduz. s. vt sic percussus sit dispositus in animo adhuc sustinere maiores percussiones et iniurias in casibus predictis. s. quando est ibi bonum necessarium vel supererogationis. ¶ Ad illud autem quod obijcitur de xpianis legem xpi non obseruantibus. Dicendum q ex eorum malicia non peioratur lex euangelica sicut nec lex in monte synai data per hoc q iudei satis cito post eius dationem fecerunt et adorauerunt vitulum conflatilem. Exodi. xxxij. c.
¶ Contendit iudeus probare q lex euangelica non est lex vera quia dat consilium dilectionis inimicorum.



Duodecimuz argumentum iudeorum ex euangelio sumit ex illo verbo Math. quo. supra Audistis quia dictum est antiquis. Diliges pximum tuū et odio habebis inimicum tuū. Ego aūt dico vobis diligite inimicos vestros τ benefacite his qui oderunt vos τc. Ex hoc dicunt iudei. Uidet q iesus nazarenus destruxit diuinū preceptum qz dñs mādauit filijs israel: ne amicitias vel federa contraherent cum habitatoribus terre chanaan q erāt inimici eorum nec quererent eis bonum: vt habetur Numeri. xxxiiij. oppositum dicit iesus vt patet manifeste ergo est destructor diuini precepti. ¶ Pro responsione ad istud iudaicum argumentum sciendum ē q doctores hebrei circa hoc errabant. Ex hoc enim q preceptum est Leuitici. xix. Diliges proximum tuū sicut teipsum: arguebant a contrario sensu q debebant odire inimicuz sz hoc est falsum quia omnis homo ex caritate diligendus est: inquantū ad imaginē dei est τ capax ipsius per cognitionem τ amorē. Amicitia enim caritatis fundatur super cōicatione supnaturalis beatitudinis. Et ideo ois itellectualis creatura que in actu vl potentia est beata est ex caritate diligenda. Mali autem homines qdiu sunt in via sunt in potentia veniendi ad beatitudinem. Et ideo licet eorum malicia sit odienda: ipsa tamen natura possibilis beatificari est diligenda. et hoc est quod dicit saluator diligite inimicos vestros bona. s. gratie τ glorie eis optando. Alia autem non sunt eis optāda nisi in quadam generalitate inquantum valēt ad eorum salutem qd soli deo est notuz qz oibus alijs potest homo bene vel male vti. ideo circa hoc nō est aliquid determinate petenduz sed sub conditione. s. inqtū valet ad eorū salutem. Sequitur benefacite: benefacere est effectus dilectiōis. Et ideo sicut tenemur diligere inimicos qtū ad bona gratie τ glorie ita tenemur in effectu salutem eorum modo debito τ possibili pcurare. Quod autem benefacere odientibus et inimicis ē laudabile patet non solum per sanctos patres noui testamēti sed etiā veteris. ysaac enim regi gerare et viris eius qui eum oderant et expulerant fecit conuiuium magnum Geñ. xxvj. c. Joseph fratres suos qui euz occidere voluerunt et tandem in ser

nimutem que est mors ciuilis vendi-
derāt dulciter recepit et pauit Gen.
xlv. Dauid saulem ipsum persequen
tem ad morte3 bis a morte liberauit
primo Reg. xxiiij. c. ⁊ xxvij. Helsyeꝰ
syros eum sequentes ad morte3 a re-
ge israel interfici prohibuit et potu
iussit refici et sic ad suum dominum
remitti libere. iiij. Reg. c. vj. hoc
etiam patet per scripturam veteris
testamēti. Exodi. xxiij. c. si occurrer[is]
boui inimici tui aut asino erranti re
duc ad eum. Item ibidem si videris
asinum odientis te iacere sub onere
non pertransibis sed subleuabis cū
eo. Item prouerbioru3. xxv. c. si esu
rierit inimicus tuus ciba illum: si si-
tit da ei aquam bibere: prunas enī
congregabis super caput eius ⁊ do-
minꝰ reddet tibi. Itē psalmo. cxix.
Cum his qui oderunt pacem eram
pacificus ⁊c. ¶ Si autem contra di
cta arguitur de habitatoribꝰ chanaā
de quibus inhibuit filijs israel ne cō
traherent amicitias cum eis sed eos
occiderent. Dicendum ꝙ illi erant
ydolatre pessimi propter quod mor-
te3 meruerunt sm iudicium dei. Et
ideo filij israel occidentes eos non
fecerunt ex odio sed ex mandato dei
et iusticie zelo cum ipsis non erant
amicitie contrahende ad viciu3 ydo
latrie.

¶ Contendit iudeus pbare ꝙ iesus
xps non est verus deus q relaxauit
obseruantiam sabbati.



[T]Ertiumdeci-
mum argumentū iu
deorum ex euange-
lio sumitur ex illo
Math. xij. In illo tē
pore Abijt iesus sabbato p sata. di-
scipuli autē eiꝰ esurientes ceperūt vel
lere spicas ⁊ māducare: pharisei aūt
videntes dixerūt ei. Ecce discipuli
tui faciūt quod nō licet facere sabba
tis. At ille dixit eis Non legistis qd
fecerit dauid quando esuriit ⁊ q cū
eo erant et quomodo ibi intrauit do
mum dei ⁊ panes propositionis co-
medit: qd non licebat ei edere neq3
his qui cum eo erant nisi solis sacer
dotibus: et non legistis in lege quia
sabbatis in templo sacerdotes vio-
lant sabbatum ⁊ sine crimine sunt di
co vobis ꝙ templo maior est hic ⁊c.
Ex dictis arguunt iudei quadrupli-
citer. Primo si iesus est deꝰ vt dicūt
xpiani quō relaxauit obseruantiam
sabbati cum ipse priꝰ eā preceperit.
Exod. xx. c. Memēto vt diem sabba
ti sanctifices: igitur aut ipse non est
deus cuiꝰ contrarium affirmāt xpia
ni aut deus est mutabilis relaxando
quod ipse pceperat maxime tanq le
gitimū sempiternū cuiusmodi ē ob
seruatio sabbati. ¶ Itē. ij. exēplum
qd adducit de dauid nō est cōueniēs
primo q discipuli non erant in tāta
necessitate famis sicut dauid ⁊ eius
viri. Secūdo q dauid tūc transgre-
diens sabbatū: transgressione3 non
reiterauit. Itē. iij. si excusauit hāc da
uid trāsgressionē eadē ratione d3 ex
cusare adulteriū eius cū bersabee ⁊
homicidiū vrie. ¶ Itē. iiij. exēplum
quod adducit de sacerdotibꝰ nō ē ad
ppositū sacerdotes enī opabanť sab
bato in tēplo accēdēdo ignē vel po-
tius nutriēdo: hoc aūt non erat phi-
bitum sed solū de habitationibꝰ ho-
minum sicut dicitur Exodi. xxxv. c.
de sabbato ignē nō accēdetis in cū-

ctis habitaculis vestris: templū aūt non includitur in generalitate habitaculoꝝ hominum. ¶ Ad primum argumentum dicendū ꝙ magis est ad ꝓpositum Nā ille qui dat ꝓceptū potest in illo dispensare in casu ꝛ totaliter reuocare. Et ideo iesus inquātum deus potuit hoc facere ꝓpter quod subdit de seipso dn̄s est filius hoīs ꝛ etiam sabbati. Item idē in persona est filius dei ꝛ filius hominis sicut supra ꝓbatū est: ꝙ aūt tempore veteris testamenti dn̄s dispensauerit in obseruātia sabbati patet Iosue. vi. vbi dicitur: ꝙ de mādato dn̄i Iosue ꝛ viri bellatores circuierūt orbē Ierico septē diebus continuis armati ꝛ sic oportuit ꝙ dies sabbati fuerit vna de illis. Et i libro apud hebreos auctētico qui dicitur cedarollā. i. ordo seculi dicit̄ ꝙ die sabbati fuit ꝑliū ȝ Ierico: ꝛ hoc satis innuitur ex textu Iosue. vi. vbi dicꝰ ille dicit̄ vnꝰ qui ꝓprie dicit̄ de sabbato. Et illo die circuierunt Ierico septē vicibꝰ ꝛ in vltimo circuitu corruentibus muris intrauerunt ꝛ interfecerunt oēs habitatores vrbis. Itē. iij. Reg. xix. dicitur ꝙ helyas ābulauit in fortitudine cibi illius quadraginta diebus et quadraginta noctibus cōtinue et sic pluries ambulauit in sabbato ex voluntate dei. ¶ Quod arguitur vltra ꝙ deus sit mutabilis, non valet. Naȝ in mutabilis exn̄s opatur mutabilia opera sicut incorporeus existens corporalia facit. Et ꝙ vltra dicit̄ ꝙ sanctificatio sabbati fuit precepta ad semper non est verum: nā vbi de ipsa scribitur. Exod. xxxi. c. pactum est sempiterunm: in hebreo habetur pactum est beollā. i. in seculum qđ non significat eternitatem sed tempꝰ lōgum cōiter acceptum ꝛ hoc modo dicitur Hieremie. ij. c. A seculo confregisti iugum meum. i. ab antiquo tpe ꝛ in hebreo habetur beollā confregisti. ꝛc. i. a seculo Aliquando vero accipitur ꝓ tēpore indeterminato qđ tn̄ pōt esse satis breue sicut Deutro. xv. dicitur pforabis aurē eius in ianua domus tue ꝛ seruiet tibi vsqȝ in eternum: ꝛ in hebreo habetur pforabis ꝛc. ꝛ erit tibi seruus beollā. i. in seculum ꝛ hoc tēpus poterit esse breue vel longū: vnde dicit hic glo. hebraica beollā. i. cūctis diebus seculi domini vsqȝ ad iubileū. Si eīn infra annum a pforatione auris serui moreretur dn̄s: fiebat liber a seruitute ꝛ si viueret vltra annū iubileum: seruus tamen fiebat liber in anno iubileo. Pꝫ igitur ex dictis ꝙ obseruatio sabbati nō est precepta ad semp sed ad tempus. Et ex hoc pꝫ ꝙ illi qui ꝓ hac dictione hebraica trāstulerunt eternū vel sempiternum dederunt simplicibus occasionem errandi circa obseruationeȝ sabbati ꝛ circūcisionis. ¶ Ad secundum qđ vltra arguitur de discipulis iesu spicas vellentibus ꝙ peccauerunt nō est verum. nō eīn peccauerunt ratione facti qꝛ scribitur Deutro. xxiij. c. Ingressus vineam ꝓximi tui comedes vuas quantum tibi placuerit: ꝛ ideȝ intelligendum ē de granis bladi: et de alijs fructibus nec peccabant ratione tpis. s. diei sabbati: naȝ eorum esuries eos excusabat. Posset etiam probabiliter dici ꝙ simpliciter hoc poterāt in die sabbati. Non eīn peccabant ratione comestionis qꝛ comedere in die sabbati licitum erat om

nibus iudeis nec ratione excussiõis granorum de spicis que est quedam preparatio cibi licet preparatio cibi per decoctionẽ esset prohibita fieri in die sabbati Exod.xvi.et.xxxviij qz ibi est longus labor et distractio. s.compositio lignorũ et accẽsio ignis positio vasorum ad ignem et sollicitudo circa decoctionem vt fiat optume: tamen alique preparationes pui laboris et parue distractionis in die sabbati poterant fieri vt pote. Cibum decoctum die precedenti dispo nere in vasis et ponere sup mensam et per consequens licitum erat ponere mensam et mappaz et similia. Similiter illa que cruda comedebantur vt herbe licite erant lauare: vellicatio autem spicarum non videtur esse magis laboriosa seu distractiua sed minus et per consequens licita. Quod autez vltra arguitur q david et viri eius erant in maiori necessitate famis q̃ discipuli iesu non videtur. verisimile habebant cũ aliquam pecuniam vel aliqua pignora ad habendum cibum aliunde. que discipuli non habebãt quia sine pecunia et pera et cum simplici veste necessaria incedebant. Unde nec achimelech summus sacerdos quesiuit de necessitate david et virorum suorum ad hoc q daret eis licite panez sanctum sed solum de mundicia eorum maxime a mulieribus: vt prio. Reg.xxi.c.pater. Quod autem innuitur vltra q david peccauit panes illos comedendo ptz esse falsum non solum per verbum saluatoris factũ excusantis sed etiam per scripturaz veteris testamenti que nõ reprobat david comestionem: nec achimelech concessionem et q summ⁹ sacerdos erat: non esset verisimile q ignoraret quid esset licitum vel illicitum circa obseruantiaz sabbati ipse autem dixit si mũdi sunt pueri maxime a mulieribus manducent quasi dicat fames supposita dicta mundicia facit comestionem licitam. ¶ Ad tertium cum dicitur q eadem ratione iesus debuit excusare vel relaxare adulterium cum bersabee et homicidium vrie. Dicendum q est falsum: nã ista sunt p se mala nec possunt bene fieri propter quod in talibus non habet locum dispensatio. ¶ Ad quartum cum dicitur de sacerdotibus in templo manualiter operantibus et licite non solum accendendo ignem vel potius nutriẽdo sicut pcipitur Leuitici.vi.capitu. ignis in altari meo semper ardebit quem nutriat sacerdos subijciens ligna mane per singulos dies: sed etiam hostias lauando et super altare cremando et hoc ratione templi vel potius diuini cultus ibi fiendi. eadem ratione vel maiori discipuli pñsente iesu et eos licentiante poterant licite vellere spicas. dato q alias esset illicitu; quod tamen non est bene clarum vt supra dictum est: ideo subdit saluator. Dico autem vobis: quia maior est templo hic. De causa autem quare fuit mutatum sabbatum in diez dominicam: quare etiam talem diem correspondentem saturno obseruant iudei et quomodo iudei iam non obseruant sabbatum preceptum a moyse sed reductum a dyabolo dictum est supra in isto tertio libro cõsideratione quarta argumento quinto.

¶ Contẽdit iude⁹ probare q iesus

xps non est verus deus et vnus cum patre quia confitetur patri.



Quartumdecimũ argumentum iudeorũ ex euangelio sumitur ex illo vbo Mat. xj. Confiteor tibi pater dñe celi ac terre. Et sequitur omnia mihi tradita sunt a patre meo. Arguunt ergo sic christiani dicunt q filius et pater vnum sunt quõ ergo dicitur confiteri coram patre suo deberet magis dicere corã seipso. Item si omnia sunt tradita a patre. ergo nihil habet ad seipso: et sic ex se est oino deficiẽs. ¶ Ad primũ supra declaratũ est argumento. xxij quarte considerationis huius libri p scripturas hebreorũ q christus est deus et homo: deus ab eterno et hõ ex tpe. Item declaratũ est supra libro primo in qõne. xij. thesaurorũ q iesus nazarenus est verus xps: et qr in eo sunt distincte nature ideo sm q deus dicit Johannis. x. Ego et pater vnuz sumus scz in essentia: distincti tamen in psonis: scdm aũt q homo dicit Johannis. xiiij. pater maior me est et sic orat coram patre et cõfitetur. Quod aũt subditur si habet omnia a patre. ergo ex se est omnino deficiens. Dicendum q hec ppositio est vera: xps inquantum homo est creatura: omnis creatura sibi relicta in nihilũ caderet sicut est de nihilo. Et ideo põt ista cõcedi cũ reduplicatione xps inquantũ hõ nihil ẽ ex se: sed oino deficiẽs. Si autez ex dictis aliquis arguat q idem sequitur de christo inquantum deus quia quicquid habet filius inquantũ de9 habet nascendo et per consequẽs habet illud a pre: et sic ex se nihil est sz est omnino deficiens: dicendũ q nõ sequitur qr filius a patre accipit idẽ esse cum eo. nam diuinum esse nõ est multiplicabile: et ideo sicut pater est necesse esse: sic et filius et sic non põt dici deficiẽs: nã eãdẽ deitatẽ potentiã: sapientiam: et sic de aliis absolutis habet cum patre. Quod autez in diuinis sit pater et filius nõ solũ patet ex nouo testamento sed etiam ex veteri. Esa. ix. filius datus est nobis et vocatur nomen eius admirabilis consiliarius deus fortis et cetera. ex quo patet q in diuinis est filius et p consequens patet qr relatiue dicuntur adinuicem et posita se ponunt et perempta se perimunt. Non enĩ potest dici q deus filius sit filius alicuius creati vel finiti. non tamen sũt duo increati aut duo immensi sicut nec duo dij sed vnus increatus et vn9 immẽsus: nullam enĩ distinctionem habent in deitate sed solum in psonali pprietate. De trinitate psonarũ et vnitate essentie: dictum est supra argumento. xxiij. quarte cõsiderationis huius libri quantum sufficit ad propositum huius libri.

¶ Contendit iudeus pbare q iesus xps non est deus quia contradicens sibi est instabilis.



Quintumdecimum argumentũ iudeorũ ex euangelio sumitur ex illo vbo. Mat. viij. Cũ autez descẽdisset iesus de mõte secute sũt cum turbe multe et ecce leprosus veniẽs adorabat eum dicẽs. Dñe si vis

pōt me mundare ꝛc. Sequit ꝛ ait iesus illi: vide nemini dixeris sꝫ vade ostende te sacerdoti ꝛ offer mun⁹ qđ ꝑcepit moyses. Ex his arguit sic iudeus iesus voluit sacrificium qđ fiebat in emūdatione leprosi. Alibi vero. s. Mat. ix. ꝛ xij. c. dicit miam volo ꝛ nō sacrificiū ꝛ sic cōtradicit sibi et est instabilis in volūtate. Itē idē arguitur ꝑ hoc ꝙ dicit mundato a lepra: vade nemini dixeris ꝛc. ꝛ alibi scꝫ Luce. viij. c. dicit vade ad tuos ꝛ narra quanta tibi fecerit dñs. itē alibi. scꝫ Mat. x. ꝛ Luce. xij. dixit. Qui me cōfessus fuerit corā hoībus confitebor ꝛ ego eū corā patre meo: ꝛ sic pꝫ ꝙ voluit sua facta celari ꝛ publicari q̄ sunt contradictoria. ¶ Ad primum dicendū ꝙ non valet: nā eadeꝫ rōne ꝑ scripturā veteris testamenti quā iudeus confitet esse verā ꝓbaretur deū esse mutabilē qꝛ Gen. viij. c. dicit de sacrificio noe. Odoratusq; est dñs odore suauitatis ꝛ sic fuit sibi placitū. Item in Exod. leuitico ꝛ alijs libris veteris testamēti ꝑcepit deus sibi offerri sacrificia tanq̄ sibi placita. ꝛ Esaie. i. c. dicitur holocausta arietū ꝛ adipē pinguiū ꝛ sanguinē hircorū ꝛ vitulorꝫ nolui: ꝛ psalmo xxxix. sacrificiū ꝛ oblationē noluisti ꝛc. hec eñ nō arguūt dei mutabilitatem. Nā ipse immutabilis mutabilia operat sicut ī corporalis corporalia. Quod aūt iesus dixit allegando dictū ozee ꝓphete. vi. ca. miaꝫ volo ꝛ nō sacrificiū nō dixit hoc sacrificia veteris legis reprobando habebāt eñ tunc cursuꝫ suū ꝛ habuerunt vsq; ad mortē xpi. Sed hoc dixit opera mie sacrificijs preponendo. nam habent duplicem bonitatem: vnam ex genere: quia sunt virtutis moralis: aliaꝫ ex charitate quia quando fiūt ex charitate habent bonitatem meriti vite eterne. Sacrificia ꝓo veteris legis non habebant bonitateꝫ nisi ex fide ꝛ dilectione offerentium: ideo dicitur Gen. iiij. ca. respexit dominus ad abel ꝛ ad munera ei⁹. quasi dicat. munera fuerūt accepta sibi propter bonitatem offerentis. Quod auteꝫ isto modo intellexit propheta vel potius dominus per prophetam patet per textum ibidem qui talis est: misericordiam volo ꝛ non sacrificiuꝫ ꝛ sciētiam dei plusq̄ holocaustū. Per hoc ꝙ dicit plusq̄ holocaustum que sunt quedam sacrificia patet ꝙ nō loquebatur holocausta reprobando sꝫ eis scientiam dei preferendo ꝛ eodē modo de operibus misericordie respectu sacrificiorum. Et hoc idem patet Esaie primo cap̄ Postq̄ dixerat dominus holocausta arietum ꝛ adipem pinguium et sanguinem hircorum aut vitulorum nolui. Subdit q̄ rite iudicium subuenite oppresso: iudicate pupillo: defendite viduam: et venite ꝛ arguite me dicit dominus. Si fuerint peccata vestra vt coccinum quasi nix dealbabuntur ꝛc. Ex quo patet manifeste ꝙ opera misericordie ꝛ iusticie magis erant deletiua culpe ꝛ meritoria glorie habende christi tempore q̄ sacrificia legis.

¶ Quod autem arguitur ꝙ iesus aliquando voluit facta sua celari: et aliquādo publicari fuit valde rationabile. Nam omnis eius actio fuit nostra instructio. Expedit auteꝫ imperfectis opera sua celare ne per vanam gloriam extollantur: ꝛ expedit aliquando maxime perfectis opera

sua bona in publico ponere ad dei gloriam & proximi edificationem. Quantum ad primum dicit iesus. Mat. vi. te autem faciente elemosynam nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua. Et quantum ad secundum sic luceat lux vestra coram hominibus vt videant opera vestra bona & glorificent patrem vestrum qui in celis est Mat. v. Sic etiam patres veteris testamenti aliqua bona opera fecerunt occulte & aliqua bona publice. Helyas enim filium vidue sarepte ne suscitauit secrete in suo cubiculo ad consolationem matris vidue. iij. regum. xvij. c. & ignem de celo fecit descendere super holocaustum suum ad declarationem diuinitatis vere publice scilicet coram rege achab & populo israel. iij. regum. xviij. c. similiter helyseus multiplicationem olei ad vidue sustentationem & filiorum eius & ad satisfactionem creditori fiendam fecit secrete: scilicet clauso ostio vt habetur. iiij. regum. iiij. c. & milites syrie volentes eum capere acrisia percussus duxit eos in medio samarie coram rege israel & populo ciuitatis vt habetur. iiij. reg. vi. ca. Patet igitur ex predictis quod iesus rationabiliter aliqua facta sua bona publicauit & aliqua occultauit.

¶ Contendit iudeus probare quod pater filius & spiritussanctus non sunt vnius essentie: quia vnum peccatum dimittitur ab vna persona quod non dimittitur ab altera.



Extumdecimum argumentum iudeorum sumitur ex euangelio ex illo loco. Math. xij. omne peccatum & blasphemia dimittetur hominibus: spiritus autem blasphemie non dimittetur. Et quicunque dixerit verbum contra filium hominis dimittetur ei qui autem dixerit contra spiritumsanctum non remittetur ei: neque in hoc seculo neque in futuro. Ex his arguit sic iudeus. Vos christiani dicitis quod pater & filius & spiritussanctus sunt vnius essentie & vnius voluntatis: quomodo ergo dicitur verbum seu blasphemia contra spiritumsanctum & non contra filium & patrem: & quomodo vnus dimittit peccatum vel blasphemiam sine alio. Hec enim que videntur haberi ex verbis iesu implicant contradictionem si sunt vnius essentie & vnus blasphemator & alter non: sequitur quod idem blasphematur & non blasphematur & si sunt vnius voluntatis & alter remittit & alter non sequitur quod idem remittit eidem blasphamanti & non remittit que sunt contradictoria. ¶ Item de anima blasphemantis ipsum christum separata quero dicit iudeus vbi sit. s. in celo vel in gehenna. Si dicatur quod in celo sequitur quod spiritussanctus impotens est ad puniendum blasphemiam illatam sibi & ab eo non remissam. Si autem dicat quod est in gehenna sequitur quod pater & filius sunt impotentes ad saluandum eam cum remiserint blasphemiam. Item si duo remittunt scilicet pater vel filius & spiritussanctus non remittit quid proficit blasphemanti & quid sibi nocet si spiritussanctus non remittit: ex quo pater & filius remittunt ei. Ex his ergo que videntur friuola & contradictionem implicantia que tamen sequuntur ex verbis iesu nazareni concludit iudeus quod eius doctrina nullius sit momenti. ¶ Satis patet intelligentibus quod obiectiones iste procedunt ex imaginatione falsa circa articulum

sancte trinitatis qui articulus satis est declaratus supra ca.xxiiii. quarte considerationis huius tercii libri ex scripturis hebraicis: non solum quod in eentia diuina sint plures sed quod sunt tres et solum tres: nec est contra intentionem antiquorum hebreorum dicere pluralitatem in deo dum tamen vnitas essentie teneatur quod nos christiani tenemus firmiter et confitemur fideliter. ¶ His ergo suppositis respondendum est ad obiectiones. Circa quod sciendum est quod saluator Math.xii. distinguit blasphemiam contra filium hominis a blasphemia contra spiritumsanctum Primam vocans verba iudeorum nequiter prolata contra benignitatem humanitatis sue. Comedebat enim et bibebat cum hominibus etiam aliquando cum peccatoribus sicut clementissimus medicus cum egrotis et propter ea iudei vocauerunt eum voracem et potatorem vini publicanorum et peccatorum amicum vt habetur Mat.xi.ca. Et hanc blasphemiam dicit saluator remissibilem eo quod erat excusabilis in parte ex consideratione fragilitatis humane. Secundam vero blasphemiam vocat verba contra deitatem suam nequiter dicta. Videntes enim ab eo fieri expulsiones demonum illuminationes cecorum: suscitationes mortuorum et similia que non poterant fieri nisi virtute diuina. Iudei tamen ea nequiter attribuebant virtute demonis dicentes. Mathei xii.capi. Hic demonia non eiicit nisi in beelsebuth principe demoniorum et hanc blasphemiam dixit saluator irremissibilem: non simpliciter sed de difficili remissibilem. Nam ex parte blasphemantium non erat aliqua excusabilis ratio in toto vel in parte: quia talis blasphemia contrariatur principio remissionis peccatorum quod est virtus diuina. Et quia eadem deitas est in tribus personis. ideo blasphemans contra vnam personam blasphemat etiam contra aliam: et similiter quia eadem bonitas est in tribus ideo vna persona non remittit sine alia. Nam opera trinitatis sunt indiuisa. Remissio tamen peccatorum aliquando persone spiritussancti attribuitur. quia principium remissionis huiusmodi est bonitas que est attributum spiritussancti. Patet igitur quod obiectiones iudei supra posite procedunt ex falsa imaginatione. ¶ Restat autem ostendere quod irremissibile dupliciter dicitur. vno modo contradictorie: id est nullo modo remissibile. Alio modo contrarie id est de difficili remissibile: hoc modo patet.v.meth. vbi dicitur quod impossibile et intransibile. vno modo dicitur quod nullo modo potest fieri vel transiri. Alio modo quod de difficili potest hoc etiam declaratur de communi modo loquendi. Dicitur enim de ceco perfecto quod non potest videre simpliciter: et de secutiente quod non potest videre: quia videt cum difficultate. Tertio hoc declaratur ex modo loquendi scripture veteris testamenti. Iosue enim considerans difficultatem populi ad bonum et pronitatem ad malum dixit Iosue vltimo capitulo non poteritis seruire domino etc. non intellexit de impossibilitate simpliciter: sed de difficultate. Nam ibi subditur quod iniit fedus inter populum et deum vt seruiret domino. Item Hieremie.xiii.

ca. Si potest ethiops mutare pellē suam ꝛ pardus varietates suas ꝛ vos poteritis bene facere cum didiceritis malum. Quod enī ethiops ꝛ pardus possunt mutare pelles suas hoc est impossibile simpliciter. Sꝫ ꝙ assuetus ad mala reuertatur ad bene agendum non est impossibile sꝫ difficile eo ꝙ habitus viciosus iclinat ad malum agendum per modum nature. Exemplum autem habetur in manasse rege qui dum vixit fuit assuetus in pessimis ꝛ tamen finaliter reductus fuit ad bonum virtutis: vt patet. ij. paralip. xxxiij. ꝛ in fine libri vbi ipsius ponitur oratio. ¶ Quod autem iudeus querit vltimo de anima blasphemantis vbi sit. Dicendū ꝙ si recessit a corpore cum peccato blasphemie est in inferno. Si vero recessit totaliter expedita quantum ad culpam ꝛ penaꝫ est in celo. Si autē recessit liberata a culpa sꝫ adhuc ad penam temporalem obligata detinetur ad tēpus in purgatorio donec purgetur ꝛ sic ad gloriam transferatur nec aliqua persona diuina ē impotens ad saluandum euꝫ: vel puniendum: qꝛ sicut tres persone sunt vnus deus ita sunt vnus omnipotēs ad faciendum de creatura quicquid placet sibi ſm ordinem sue sapientie ꝛ iusticie.

¶ Quod iesus xp̄s non est ver⁹ de⁹ qꝛ dicens ꝙ venit saluare quod pierat contradicit sibiipsi loquens parabolice.



Decimūseptimū argumentum iudeorū ex euangelio sumitur ex illo loco. Mat. xviij. nō est voluntas ante patrē vestrū qui in celis est vt pereat vnus de pusillis istis: et ibidē p̄mittitur venit filius hominis saluare quod perierat. Item Mat. xiij. c dicitur. Ideo in parabolis loquor eis: qꝛ videntes non vidēt ꝛ audientes non audiūt neqꝫ intelligunt. Ex his arguit sic iude⁹. Si venit iesus saluare quod perierat vt dicit et tamen loquebatur peccatoribus parabolice vt non intelligerēt nec per consequens cōuerterētur vt ibidē in euangelio subditur. Ista sibi videntur manifeste contradicere. s. ꝙ quereret salutem peccatorum ꝛ non quereret nec vellet. Iteꝫ istud vltimo dictum destruit verbū domini ezechielis. xviij. c. Nolo mortem peccatoris sed vt magis conuertatur ꝛ viuat.

¶ Dicenduꝫ ꝙ christus non semper loquebatur turbis parabolice sꝫ aliquando plane ꝛ aperte tractans ea que sunt de necessitate salutis vt patet Mat. v. capi. ꝛ vi. ꝛ vij. vbi tradit formam perfectionis euangelice. Sed quoniaꝫ frequenter ad eius predicationem veniebant homines maligni non ad discenduꝫ sed ad infidianduꝫ ei. Ideo tunc loquebatur parabolice vt non intelligerēt ne daret sanctum canibus ꝛ poneret margaritas ante porcos. Aliquādo etiā fidelibus ꝛ deuotis loquens parabolam p̄mittebat ꝛ postea exponebat: vt ex p̄missiōe parabole veritas gratiosius caperetur: ꝛ hic modus cōiter in ecclesie p̄dicationibus obseruatur. Patet igitur ꝙ iesus aliqñ loquebatur parabolice ꝛ aliquando plane, ꝛ hoc rationabiliter. nam ezechiel ꝛ alij p̄phete frequenter vtroqꝫ modo loquebātur vt patet eoꝝ libros intuē-

ti. Moyses etiã aliquãdo loqueba
tur populo velata facie aliquãdo vo
sine velamine. ¶ Itẽ iude⁹ arguẽs
cõtra iesum eo ꝙ dicit in parabolis
loquor eis vt vidẽtes nõ videãt. ꝛc.
Arguit contra deum veteris testa-
menti. et ꝑ consequens seipsum. di-
cit enim. Dominus Esaie. vi. caplo.
Exceca cor populi hui⁹ et aures ei⁹
aggraua. quã auctoritatem Jesus
ita allegauit tanꝙ impletam in sua
predicatione ꝑ quã simplices et illi
terati fuerunt illuminati in aposto-
lis: ꝛ sacerdotes et scribe fuerũt ex-
cecati. De cã huius cecitatis dictũ
fuit supra cõsideratione pma huius
tercij libri. Nec obstat ꝙ vba Esaie
sunt hic aliqualiter mutata. Nã apo
stoli et euãgeliste allegãtes scriptu-
ram veteris testamenti magis cura
uerunt allegorie sensum ꝙ vba. Hec
autem excecatio fuit ab antiqs do-
ctoribus iudeorum exponẽtibus in
libro Af c. i. decoris illud quod dixit
moyses Deutro. xxxij. ca. generatio
praua atꝗ ꝑuersa heccine reddis
domino popule stulte et insipiens.
glo. stulte in his q̃ ꝑcesserunt isipiẽs
ad futurum seculum ꝑ quod intelli
gitur tps messie in glosis hebraicis
vbiꝗ. ¶ Quod autem vlterius di-
cit iesum destruere verbum domini
dicentis. Nolo mortẽ peccatoris ꝛc.
nõ valet. Nam in populo sunt aliqui
peccatores penitẽtes et aliq obsti-
nati. De penitentibus dicit domin⁹
verbum istud et multa ꝯsimilia. De
obstinatis vero dicit comminatio-
nem asperam et totalem destructio
nem. Job. xxi. c. ducũt in bonis dies
suos et in puncto ad inferna descẽ-
dunt et hoc patet per effectum de
chore et sibi adherentibus Numeri
xvi. Et ideo si arguit iudeus ipsum
destruxisse domini verbum eadẽ ra
tione sequitur ꝙ destruit deus ver-
ba sua quod est iniquum et contra se
ipsum maxime in verbis vbi in eodẽ
contextu littere talis modus loquẽ-
di contrarius de obstinatis ꝛ penitẽ
tibus frequenter inuenitur: vnde
Exodi. xxxij. c. dicit. Ego occidam. s.
obstinatos: et ego viuere faciam. s.
penitentes: et psalmo. lxxvij. Cũ oc
cideret eos querebant eum et reuer-
tebantur ꝛc. Occisio refertur ad ob-
stinatos peccatores. Reuersio vero
ad penitentes qui aliorum pena ter
riti reuertebantur ꝛ penitebant.

¶ Contendit ꝙ iesus xps non ẽ de⁹
quia orauit.



Ecimũoctauum
argumentum iudeorum
ex euangelio sumitur ex
illo verbo Mat. xxvi. c.
tunc venit cum illis iesus in villam
que dicit gethsemani et dixit disci-
pulis suis. sedete hic donec vadam
illuc et orem. Ex hoc arguit sic iude⁹
Si iesus est deus quomodo orauit
ipsius enim dei non est orare sed ab
alijs orari vt sic liceat loqui. ¶ Per
superius dicta facilius vt istud ar-
gumentum iudaicũ soluit: qr decla-
ratum est supra ꝑ scripturas hebreo
rum ꝙ messias in veteri testamento
promissus futurus erat verus homo
ꝛ verus deus in vna persona. Item
ꝙ redempturus erat mundum ꝑ pas
sionem suam in humana natura. Itẽ
ꝙ iesus nazarenus est ver⁹ messias
iudeis ꝓmissus. Ideo habuit corp⁹
passibile ꝛ mortale ꝓ nra redẽptione

vsq ad suam resurrectionē. In qua habuit corpus immortale et gloriosum. ¶ Dicendum ergo q iesus nazarenus in humanitate p nobis assumpta in qua est minor patre orabat cum pro nobis sicut scribitur Esaie.liii. et pro transgressoribus orauit vt.s.non perirent.quod capitulum intelligitur de xpo ad litterā sicut supra sepe declaratū ē. Orauit etiam pro seipso Johannis.xvii.c. pater clarifica filiū tuum rc.

¶ Contēdit q iesus xps nō est de9 quia fuit tristis et timuit.

Decimūnonuū argumentū iudex et euangelio sumitur ex illo loco Matth.quo supra Assumpto petro et duob9 filiis zebedei cepit tristari et mestus esse.tūc ait illis. Tristis est anima mea vsq ad mortem: sequitur pcidit in faciem suaz orās et dicens. Pater si possibile est trāseat a me calix iste. Ex his arguit iudeus dupliciter. Prio sic. Quis vnq audiuit de deo loqui tremente et timēte cum deus sit omnipotens ad faciendu3 quod vult sine difficultate. Si aūt dicatur q iste timor r tremor in carne fuit sed nō in anima: quis est ita fatu9 qui ignoret carnē dolere r timere nisi per animā. Itē ii.per hoc q dicit trāseat a me calix iste rc.patet q in eo nō fuit virtus ad saluandum vitā suam r carnem.

¶ Respondetur psupposito q sepe supra declaratū est q iesus est ver9 deus et verus homo. Ad primu3 dicitur q timor r tremor et similia nō fuerunt in natura diuina quia hoc est ipossibile nisi tm metaphorice sic Gen.vi.c.dicitur: r tactus dolore cordis intrinsecus delebo inquit hominem que3 creaui a facie terre. Similiter nec in natura humana qtu3 ad partem anime superiorem que ē intellectiua In qua iesus ab instāti sue conceptionis fuit comprehensor et summo gaudio fruebatur. Sed qtum ad partem anime inferiorem q dicitur sensitiua r est in organo corporali in qua iesus fuit viator fuerūt predicta ad opus nostre redemptionis r et vt in ipso ostenderetur vere natura sensibilis contra futuros hereticos qui dicturi erant q christus nō habuit corpus passibile s3 celeste ¶ Ad secundu3 cum inducitur transeat a me calix iste. Dicendum q hec petitio erat sensualitatis sicut mouentis que naturaliter horret mortē sed erat rationis sicut pponentis eā per quātum ratione iesus acceptabat mortem quia voluntas rationalis in eo erat totaliter voluntati diuine conformis. Ideo dicebat verūtamen nō mea sed tua voluntas fiat r accipitur hic voluntas pro appetitu sensitiuo: quem appetitum intellectus superabat. Ideo de ipso scribitur Esaie.liii.c. Oblatus est q2 ipse voluit in hebreo sic habetur inangustiatus est quia ipse voluit: et infra eode3 ca.dicitur ipe tradidit in mortem animam suam et cum sceleratis reputatus est: propter hoc dicebat math.xxvi.c. Spiritus quidem pmptus est.i.voluntas rationis prompta est ad mortem caro autem infirma.i.sensualitas: et hoc inuenitur non solum de iesu nazareno: sed etiā in martyrib9 in nouo testamento sicut patet de multis r etiam in veteri

testamēto. De machabeis ab anthiocho tormentatis: et de helezaro de quo dicit .ij. Machabeorum .vi. cap. sed cum plagis perimeretur ingemuit et dixit. Domine qui habes sanctaz scientiā tu scis qz cū morte possim liberari graues corporis sustineo dolores: sm animā autē id est secundū partez anime superiorē libenter hec patior. Quod autem arguit iudeus: q caro non dolet timet et tristatur nisi per animā hoc est verū de anima sensitiua: sed qz nescit distinguere inter sensum et intellectuz: ideo facit ridiculosum argumentum.

¶ Contendit iudeus q christus nō est deus: qz iuit ad ficulneam ad perquirendū fructus que non habebat nisi folia: et qz maledixit ei cuz nihil nocumenti sibi fecerat.



Vicesimuz argumentū iudeorum ex euangelio sumit ex illo quod scribit Mat. xxi. Mane autem reuertens in ciuitatē esuriit: et videns fici arborem vnā secus viā iuit ad eā et nihil inuenit in ea nisi folia tantū: et ait nunq ex te nascat fructus in sempiternuz et arefacta est continuo ficulnea. Ex his arguit sic iudeus. Si iesus fuisset deus cognouisset a longe fructū ficulneū non habere nec ad eā iuissz Item cū ipe dicit benefacite his q oderunt vos: quomodo maledixit arbori que nihil nocuerit sibi: et ideo videt hoc fecisse ex ire perturbatione.

¶ Dicendū q iesus non soluz inquātum deus quē nihil pōt latere sciuit fructū in arbore nō esse; sed etiaz inquantū hō: qz quilibet etiā satis simplex poterit illud scire cū nō essz tēpus ficuū dr Marc. xi. c. ad qd ergo iuit ad arborē fructu vacuā. Dicēdū q sicut pphete veteris testamēti aliqn pphetabāt verbis: aliqn sensibilibus signis: sicut hieremias pdixit destructionē ciuitatis hierusalē per caldeos et portauit cathenas ligneas in collo suo vt habet hieremie. c. xxviij. ad significandum q populus cathanis vinctus duceret in captiuitatez. ita iesus q hic dr ppheta magnus Luce. x. c. et de quo pdictū fuit Deutro. xviij. c. pphetā suscitabit vobis deus de fratribus vestris &c. destructionē ciuitatis hierlm futurā p romanos pdixit. Luce. xix. co q nō cognouisset tps visitationis sue. s. per xpm. Que qdē cognitio ad sacerdotes et legispitos ptinebat et ideo defectū eoz et punitionē signauit p sensibile signuz arboris fructu carentis Nā ipe veniēs ad sacerdotes et legisperitos quoz fructū boni esuriebat vacuos bonis operibus inueniebat et per maledictionem arboris eos a deo maledictos significauit. Et per eius arefactionē eoz destructionem pfigurauit. Naz postea capta ciuitate per romanos cum sacerdotes misericordiā peterēt. tit9 iussit eos occidi dicens cos esse degeneres dei q templo destructo cuperēt supuiuere. Pz igit ex pdictis q iesus circa ficulneā nihil faciebat ex ignorātia seu perturbatione ire sed ex magna rōne et mysterij significatione.

¶ Contendit q iesus xpus non est deus: qz accepit ab alio potestatem dicens data est mihi oīs potestas in celo et in terra.


Icesimūprimū argumentum iudeorū est ex euangelio sumitur ex illo verbo Matth. vltimo.c. data ē mihi om̄is potestas in celo et in terra. Ex hoc arguit iude⁹ quod iesus non sit deus qui ex se est potentissimus et ab alio non accipit potestatem. Si autem dicatur q̄ a patre data est sibi potestas, hoc non valet q2 xp̄iani dicūt patrē ꝛ filium eē equales. ¶ Dicēdum q̄ in iesu duplex est ptās sicut est duplex natura. Una est potestas diuia quā habet ab eterno nō tamē a se sed a patre a quo est distinctus ī ꝑsona: nō tn̄ in hoc minor est patre quia ab eo accipit eandem in numero naturā ꝛ potestatē sicut sepius superius dictum est. tamē iesus nō loquitur hic de ista ptāte sed de alia quam a deo accipit in humana natura. Nā ab instāti assumptionis humane nature ad ꝑsonam filij illa natura habuit excellētiā super omnē creaturā auctoritatiue nō tn̄ executiue. Nam inter om̄es apparuit in forma serui in hūana natura passibili ꝓpter misteriū nostre redemptionis ad implēdū sicut fuerat predictum Isa.liij. Uere lāguores nostros ipē tulit ꝛ dolores nostros ipē portauit. Disciplina pacis nr̄e sup eum ꝛ liuore eius sanati sum⁹. quod intelligitur ad litteram de xp̄o etiā ſm antiquos doctores hebreorū ꝓut dictum fuit supra libro primo in apparitiōe noni thesauri. Sed in sua resurrectione accepit hanc potestatem executiue ideo tunc dixit data ē mihi omnis ptās ꝛc. Tn̄ in iudicio finali omnia plenius erūt subiecta sibi sicut ostēdit apostolus ad hebreos.ij.c. Per hāc tamē potestatē que finita est nō est nec erit equalis deo patri. Sic ergo pt3 respōsio ad obiecta iudeorum ex euāgelio.

¶ Contēdit q̄ iesus xp̄s nō est vn⁹ deus cum pr̄e et sp̄ūsancto quia ipē descendit in vterum virginis et nō pater et sp̄ūsanctus.


Icesimumsecūdum argumētū iudeorū accipitur ex verbis xp̄ianorum. Unā dicit iudeus sic vos xp̄iani dicitis q̄ est vn⁹ creator. ꝛ q̄ xp̄s vester est filius eius ꝛ q̄ descendit de celis sine sepatione a pr̄e ꝛ a sp̄ū sancto. quādo ergo vos dicitis q̄ filius descēdit in vtero virginis quero si tūc pater et sp̄ūsanctus fuerūt ab eo separati. aut nō. Si dicatis q̄ sic. est cōtradictio in verbis vestris. quia dicitis q̄ descendit sine separatione ab eis. Si vero dicatis q̄ nō. sequitur q̄ pater ꝛ sp̄ūsanctus sunt incarnati sicut et fili⁹ quod vos negatis. ¶ Dicendum q̄ descensus filij in vterum virginis non est intelligendus ꝑ motum localem sed per nouum effectum in virgīe. q̄ quidē effectus est coniunctio diuine nature et humane in vna ꝑsona. Hec igitur coniunctio potest cōsiderari dupliciter. Uno modo effectiue ꝛ sic facta fuit a trib⁹ ꝑsonis. s. pr̄e et filio et sp̄ūsancto. nam eorū opera sunt indiuisa. Alio modo terminatiue ꝛ sic illa coniunctio terminata est ad ꝑsonam filij ꝓpter quod solus fili⁹ dicitur incarnatus. licet aūt ad hoc non potest poni exemplū q̄ non habeat plus de discōueniētia q̄ de co-

uenientia tamē q̄tum ad aliquid pōt poni conueniens. Ponatur igit̄ casus. plato. sortes. cicero. tractāt matrimonium berthe cum sorte qui est media ꝑsona. Si igitur queratur a quo est effectiue ista matrimonialis coniunctio. patet ꝙ a tribus. Si autem queratur ad quem est terminatiue. patet ꝙ ad sortem tātum ꝓpter quod ipse solus dicitur et est berthe maritus. Sic suo modo est in ꝓposito. quia licet pater et filius et spiritussanctus sint vnum in natura. tamen sunt distincti in ꝑsonis. Incarnatio vero terminata est ad filium prout ꝑsonaliter distinguitur a pr̄e et spiritusancto non tamen dicitur separatur ab eis. quia nomen separationis non accipitur in diuinis ꝑsonis quia significat diuersitatem essentie: nō autem sic nomen distinctionis. Item habemus aliud exemplum in tribus domicellis induentibus tertiam illarum de quibus potest dici ꝙ quicquid facit vna facit alia vna tamē sola induitur. Eodez modo dicēdum est ꝙ opus incarnatiōis aliquādo attribuitur patri vt ibi. Cum autem venit plenitudo tēporis misit deus filium suuz ꝛc. Ad Gal. iiij. Quādoq̄ autem filio attribuitur. vt ibi exiui a patre ꝛ veni in mūdum. Iohānis. xvi. ca. Quādoq̄ attribuitur sp̄uisancto vt in symbolo. Qui cōcept⁹ est de spiritusancto. sed hec ideo dicuntur quia opus incarnatiōis fuit ma͡rie potētie sapiētie ꝛ bonitatis q̄ trib⁹ ꝑsonis attribuuntur: solus tamen filius terminatiue vt dictum est indutus est veste carnis hūane iuxta illud ad philipen. ij. Exinaniuit seipsum formā serui accipiens in similitudinez hominum factus ꝛ habitu inuētus vt homo. Sic igitur patet ꝙ ad dictuz christianorum de incarnatione non sequitur contradictio seu aliud inconueniens.

¶ Quod iesus christus nō est deus quia fuit missus siue mittens.



Vicesimūtertiuz argumentum iudeorum est: Quero a vobis christianis. dicit iudeus. Utrum videlicet christus fuit mittens vel missus. Si dicatis ꝙ missus: quis vnq̄ audiuit deum missuz ad alterum quasi dicat hoc est apertum mendacium. Si autem dicatis ꝙ est mittēs: vos facitis eum mendacem. quia dicit. Iohā. viij. et ego nō sum solus sed ego et qui misit me pater. Dicēdum ꝙ dei filius est mittēs ꝛ missus. fuit enim missus in mundum a patre et spiritusancto in sua incarnatiōe benedicta. sicut superius fuit declaratum argumento. xxiij. quarte cōsideratiōis ꝑ auctoritatez Esaie. xlviij. et nunc misit me dominus et sp̄us eius hec dicit sanctus tuus redemptor israel. est etiam mittēs sp̄m̄ sanctum sicut dicit̄ Iohā. xv. mittam vobis spiritum veritatis ꝛc. Circa q̄d sciēdū ꝙ missio alicui⁹ importat duplicem habitudinem vnā ad mittētem ſm quā aliquomodo missus ꝓcedit a mittēte. Aliam ad terminuz ad quem mittitur ſm quam missus est vbi prius nō erat: vel est ibi alio modo q̄ prius. licet autem in diuinis non sit ꝓcessus vnius ꝑsone ab alia ſm motū localē vel sepationez realē: tñ est ibi ꝓcessus ſm originē

quia filius pcedit a patre et spūssan ctus ab vtroqꝫ. sic igitur filius et spūs sanctus habēt habitudinē ad mittē tem: habēt etiam habitudinē ad ter minum missionis nō tamē sic intelli gendo ꝙ incipiāt esse vbi pus non erāt simpliciter qꝛ de necessitate sunt vbiqꝫ p essentiam potentiaꝫ et psen tiam sicut patet hieremie. xxiij. Ce lum et terram ego impleo dicit do minus. Sed sic intelligēdo ꝙ inci piunt esse vbi prius erant tamē alio modo dicturus filius missus in mū dum a patre qn̄ incipit ibi eē vt hō vbi tamen prius erat vt deus Iohā nis. i. ca. In mundo erat et mundus p ipm factus est et mundus eum nō cognouit. In ppria venit ꝛc. et spi ritussanctus similiter dicitur missus apostolis visibiliter. quādo sup eos apparuit signo visibili. Naꝫ hoc mo do pus nō erat ibi. et quotidie mit titur inuisibiliter ad sanctificādum creaturam rationalem. quia incipit ibi esse p gratiaꝫ sanctificātem: vbi tamen pus erat p essentiam psentiā et potentiam. Ad argumentum iu dei patet ꝙ nō est contradictio quia licet filius sit mit tens et missus nō est fm idem.

¶ Contendit ꝙ iesus xp̄s non ē de⁹ quia locut⁹ est sathan studet ad inter ficiendum me.



Vicesimūquartū et vltimum argumētum iudeorum est in libro sy monis cephe dicit iesu. Ecce sathā studet ad interficiēdū me de manu dn̄i et nō dabit me in manu sathan. Ex hoc arguit iudeus dicēs. Qua re nō ↄfūdemini vos xpiani dicere istum deū sic loquētem. ¶ Dicendū ꝙ iste iudeus falsum accipit. Naꝫ in epistolis petri aut alibi nō inuenit hoc dictuꝫ a iesu nazareno tn̄ si hoc dixisset et factum fuisset nullū incō ueniens sequeret. Nam supra decla ratum est ꝙ iesus est verus deus et verus homo in vna psona ipe vero sicut deus pmisit se inquātū homo a diabolo temptari et de loco ad locuꝫ portari vt supra dictum est et qꝛ pa ter et spūssanctus sunt vnus deus cum eo. Ideo ab ipis fuit etiam ista pmissio. Ideo si sathan hoc modo fuisset pmissus querere ꝙ iudeus al legat falso nullum incōueniens se queretur. Patet etiaꝫ iudei falsitas vt dicit Nicola⁹ de lyra p hoc ꝙ ob iectiones suas in aperto mandatio terminauit.

traton: singulis dieb⁹ capiti impo nere. ¶ Respōdent iudei ꝙ q: vi dit corrigie noduꝫ affirmandū est. ꝙ vidit cervicē dei. hoc pro destru ctiōe dicti iudeoꝝ est efficacissimū q: si moysen illū corrigie nodū vi disse mētiatur cū eius faciē nullatenus viderit. vnde deū pixidē in anteriori parte capitis gestare ꝓbauit. Rñdet iudeus qm̄ moyses noduꝫ corrigie vidit pixidē qua illa ligaretur in capite dei fuisse. doctores intellexerūt. sed nō oīno sanus est hic intellectus quin vt deū aliqd gestare dicamus. potuit illa corrigia ligari cymbalū aut tintinnabulū aliqd aut aliud huiusmodi ¶ Uerūtamen vt oia fatuitatis iudeoꝝ tollant responsa. Dato ꝙ hoc cōcedamus vñ queso moysen itelligere potuit chartas int⁹ contineri. Cū dicant iudei eū scisse non solum qd in eis scriptū haberet: sed qđ ꝛ super hec oia admiratione dignissimū est ꝙ in illa charta vt credunt nihil aliud scriptum est. nisi ꝟsus quos lōge post mortēs moyses israheliticū populū docēdo ex semetipso eum laudans edidit. Et post multa annoꝝ curricula Salomon deū adorans cōposuit de eoꝝ laude. Nulla ergo ē ratio quare iudei capite scriptuꝫ esse debeat credi nec est fuga iudeoꝝ qđ habuit spūsancto reuelante. cum nec ipse moyses vsqꝫ scriptū reliquerit nec vllus post eum ꝓpheta ꝓdiderit. ¶ Nec iterum est fuga iudeoꝝ ꝙ hoc habēt per antiquoꝝ successiones: q: isto modo omne licebit firmare mēdacium: ꝛ istud est etiam valde indigne ferēdum ꝙ suis doctoribus apponant id qđ ipsi forsitan voluīt. cum ipsi hoc non a veterum relatione per moysen habuisse testentur: sed ipsi in versuum explanatione talia cōmiscentur. Patet ergo quante fatuitatis sit dicere deum habere membra corporalia cum hoc nulla auctoritate constet. ¶ Quod iteruꝫ naturali ratione ostenditur: quia si verū esset deum caput ꝛ brachia ꝛ totam corporis formā habere igitur necesse est ꝙ fateantur deum longitudinis latitudinis ꝛ dimēsionibus constare ꝛ sic erit tribus dimēsionibus clausus quod est inconueniens. De corrigia autem quā eum in capite habere dicunt duo proponūtur: quia vel illa corrigia est de ipso aut aliunde. si de ipso est iam deus a se diuisus est. Si vero aliunde aut creator aut creatura est. Si creator est ergo sunt duo creatores. Si creatura est iam quedam creatura maior est quadam parte creatoris qđ est inconueniēs. Itē quero hoc qđ in capite vel brachio gestat vtrum necessitate aliqua vel sine necessitate id gestet. Si necessitate iaꝫ creator indiget creatura quod est aliud inconueniens. Si necessitate gestat ergo aliud deus in se gestat superfluum quod est etiam incōueniens. Et sic aperte ostēsum est quāte fatuitatis sit ꝙ credunt iudei de membris dei et de corrigia predicta. ¶ Cum vero aliquod tale in sacris scripturis de membris dei inuenitur necesse est illud allegorice intelligi ꝙ ad litteram si

exponatur nō posset stare sicut qd̄ ait moyses ad pharaonē locusta inquit operiet oculū oīs terre: nunq̄ enī terra oculū h3. Itē idem filijs chore aperiēs inquit terra os suū deuorabit illos nūquid terra os h3 Itē in libro iudicū. ait gad ad zebul. Ecce populus de vmbilico terre descendit. sed nunquid terra vmbilicū habet. Iterū3 isayas ait de ala terre laudes audiamus: nunq̄d terra alam habet. Abacuk quoq3 ꝓpheta ait, lapis de pariete clamabit. ⁊ lignū qd̄ inter iuncturas est efficacioꝛ. respōdebit nunq̄d lapis clamare aut lignū pōt respondere. Cū ergo corpoꝛea mēbra deo realiter ascribere fatuū sit: vt ostensum est. ergo que de eo tanq̄ corpoꝛea dicta sūt nō cōuenit ad litterā solā exponere: sed allegoꝛice declarare.

¶ Qd̄ deus tm̄ est in occidente.



Est secunda fatuitas iudeoꝝ cōtra diuinā perfectionē dicentiū in suo doctrinarū libro: q̄ deus est tantū in occidente. auctoꝛitate Esdre cōfirmantes illud dicentis. exercitus celi supplicat tibi, exponentes hoc ita cum oēs stelle in occidentem tendunt. tunc exercitus celi supplicat deo: ⁊ qm̄ hec supplicatio fit in occidente. Ideo deū in occidente asserunt esse. Qui quāq̄ sint a dei cognitione alieni si mūdi saltim figuram agnoscerent nō de deo tam indigna sentirent. quomō autem ipsi figuram mundi non cognouerant declaratur sic. Qm̄ nos oꝛientem non dicimus: nisi locum illum. vbi stella pꝛius apparet nec occidentē nisi vbi nostro subtrahitur aspectui qd̄ qui vult sibi subtiliter demonstrari decet: ⁊ ipm̄ illd̄ subtili oculo intueri qd̄ hoc modo considerari potest. In quocūq3 vis loco cōsiste ⁊ ab eodē lineā rectam ad oꝛientis dirige partē que cū ꝑuenerit ad locū vltra quē visum tēdere nequit locum ipsum tibi oꝛiētem esse cognosce. Eodem modo si ab eo in quo consistis lineam rectā in occidentē direxeris. cum ad talē perueneris locum qui visui tuo terminū ponit ipsum tibi occidentis constitue locū. hoꝛa antē recti oꝛt⁹ et hoꝛa recti occasus sic demonstratur nascente stella. Predictā lineā vsq3 ad ipsum stelle locum ꝓtende et in centro ipsius stelle lineā fige. ita vt media super terrā appareat ⁊ media adhuc lateat ipsamq3 hoꝛam ipsius stelle oꝛtum dices. cum ergo sol tali modo oꝛiri ceperit super terrā. illa hoꝛa apd̄ astrologos est verus oꝛtus diei. Eodē modo si occidente stella prefatam lineā vsq3 ad eam ad occidentis partem dirigens summitatē linee in stelle sideris centro. ita vt media super terram ⁊ media sub terra cōsistat illā hoꝛam eius esse occasum dices. Cūq3 sol tali modo occiderit illa hoꝛa apud astrologos verus est occasus diei et initiū3 noctis. Ex his talis procedit conclusio q̄ cū pars oꝛiētalis oꝛbis eadem sit omnibus. locus tamen oꝛientis non idē est omnibus. Id idem quoq3 cum occidētalis oꝛbis idem sit omnibus, loc⁹ tamen occidentis non idem est om

nibus neqȝ eadē hora ortus que no bis est. ceteris omnibus est: nec ea dem hora occasus est nobis cum ce teris gētibus. sed ꝯm varietatē lo corum terre in longitudine varia tur locus orientis ⁊ occidentis et hora ortus ⁊ occasus. hec tam sub tilis res aperti⁹ similitudine ostē ditur. Constituamus ergo solē in primo arietis gradu: ⁊ in primo pū cto gradus. ⁊ dicamus ꝙ cepit mo do oriri ciuitati Aren. que sita est in primo. vij. climatuȝ terre habēs viginti gradus ad orientem et to tidem ad occidentem. habens etiā viginti ad polum aquilonarem et totidē ad australē. Cū huic inquā ciuitatem sol ceperit oriri que naȝ hora erit illi ciuitati que. lx. gradi bus distat ab occidente ciuitatis aren. ⁊ patet ꝯm astrologorum li bros. ꝙ due adhuc hore de precedē ti remanent nocte. et cum predicti ciuitati occubuerit sol due simili ter remanent hore de die. Cū auteȝ sol illi ceperit oriri vrbi. ptȝ ꝙ aren ciuitati duab⁹ transactis horis ter tia inchoat hora. Cūqȝ illi vrbi sol occubuerit due iam de nocte cōple te sunt hore Aren ciuitati. Si ergo filiū rectū ab aren ꝓtrahas ciuita te ⁊ ꝑducas summitateȝ vnam ad orienteȝ aliā ad occidentē. ⁊ simili modo facias in alia ciuitate profe rens ab ea rectā lineaȝ: cuius vna summitas ad orientem ⁊ alia ptin gat ad occidentē. Nūc queso vtriusqȝ linee termini ab vtrauis parte insimul poterūt conuenire. ⁊ ptȝ ꝙ non. sed quāto abinuicē ipse distāt ciuitates tanto linearum in vtraqȝ parte insimul distabunt summitates tres. s. gradibus. Ptȝ ergo aper tissime ꝙ loca orientis et occiden tis et hore ort⁹ ⁊ occasus. nō eedē sunt omnibus. sed variantur ꝓ va rijs terre longitudinibus. Itē cuȝ sol aren oritur ciuitati si eadem ho ra apud alterā quā diximus ciuita tem ab eiusdē ciuitatis oriente in eiusdem occidentem lineam protē das que celi puncta vtriusqȝ eius summitas cacumen continget. Et patet ꝙ illa summitas que vergit ad orientem primuȝ punctū primi gradus virginis percutiet. ¶ Rur sus si sole Aren ciuitate occidente apud alteram ciuitatē lineā eo mo do quo diximꝰ ad celū vsqȝ vtrius qȝ tendamus. vtraqȝ summitas et⁹ quas celi partes continget. patȝ ꝙ illa que ad orientem tenditur pri mo puncto primi gradus virginis que vero ad occidentem primo pū cto primi gradus piscium occur rit. Iterum si sole vrbi illi orien te lineā apd̄ Aren ciuitatē ad eius dem orientem ⁊ occidentem tendē tes vsqȝ ad ipsum celum ducamus vtraqȝ summitas quam celi partē continget. ptȝ ꝙ illa que ad orien tem continget primam particulaȝ primi gradus thauri percutiet. q̄ vero ad occidentem primo puncto primi gradus scorpionis occurret Si autem vrbi illi sole occumbēte predictā lineā aren ciuitatis predi cto modo ad celi cardines ducam⁹ quas eiusdem celi partes summi tas queqȝ continget. ptȝ ꝙ oriētis summitas initium primi gradus scorpionis. occidentis vero initiū

primi gradus thauri attinget. Nunc ergo cognoscere potest: quia gradus signi qui est in oriete sole aren civitati apparente nō est idem cū eo qui eadem hora alij apparet civitati. Sicq3 omnibus continget civitatibus: put vna distat ab alia in lōgitudine: nec illa celi particula q̄ hodie in ortu solis quouis terrarū loco in oriente apparet. cū eadem q̄ cras eadē hora eodem loco terre in eodē apparebit. Hec graduū in celo variatio cōtingit quotidie sicut ipse sol per eosdē grad⁹ variat quotidie: quiquidez ita esse vt dictū est necessaria cōstat ratiōe ꝛ in toti⁹ terre spacio nō sunt loca orientis ꝛ occidentis equalia: nec hore ortus et occasus eedē. vn̄ necessario sequitur stellas dū quibusdam occidunt alijs eadē hora oriri nec in tota celi spera certus est occidentis ꝛ oriētis locus: sed quotidie variatur p varios gradus. multominus credi dz orientis ꝛ occidē tis mutationē celestibus accidere creaturis. quib⁹ nulla vnq̄ interuenit obscuritas. sed sempiterna indeficientis luminis irradiat claritas sicut dauid ꝓpheta dicit. quia tenebre nō obscurabunt a te. ꝛ nox sicut dies illuminabitur. sicut tenebre eius: ita ꝛ lumen ei⁹. Et daniel ipse inquit reuelat ꝓfunda ꝛ abscōdita. ꝛ nouit in tenebris cōstituta: ꝛ lux cū eo semper erit. Cū etiā nulla in celo ascēsus vel descēsus possit esse mutatio localis apertissime cui vis. ꝑz q in celo nec oriens sit nec occidens: quo ꝓbato fatuitas est euidēs dicentiū: q dei locus occidens est vbi stella supplicāt deo.

¶ Et quia supradictū est de longitudine ciuitatū distantium ab inuicem quō hoc cognosci possit vt melius cognoscantur diuersitates horarū eodem tempore super easdem apparentiū breuiter sic ostēditur. Cōstituamus ergo solem in primo arietis puncto: ꝛ incipiat fieri eclipsis solis apud aren ciuitatē prio puncto septime hore diei erit vtiq3 eadem hora primus canceri grad⁹ in ipsius aren oriente. qd si tunc nosce desideras quota hora fieri incipiat eadem eclipsis apud aliam ciuitatem q̄ prediximus si diligēter inspicias primo quinte hore pūcto inuenias eam ibidē fieri incipere. eodēq3 momento apparebit primū geminorū punctū in illius ciuitat[illegible] ortū. vnde indubitāter apparet. iij. longitudines gradus inter vtrāq3 inuenitur esse ciuitatē. ꝛ hoc quidē mō ab astrologis quātā inter duas ciuitates longitudo habetur.

¶ Qd̄ semel in die quotidie deus irascitur.

Tertia fatuitas iudeorū cōtra diuinā persecutionē est. q singulis diebus semel in die irascitur afferentes in medium testimonium dauid dicentis. fortis irascitur quotidie. prima etiā diei hora eū irasci afferunt causam huius ire esse. dicētes q in illa hora reges iniquitatis insurgētes dyademata sibi imponūt ꝛ solem adorant. O q absordus est sermo iste: ꝛ q fatui sunt q̄ hoc protulerūt cū ire descriptionē prorsus

ignorent. quā si uossent non hoc de deo sentirēt. Si igit̃ vis cognosce re quid ira est. attēde ꝙ ira est cum audito aliquo qd̄ displiceat verbo colera rubea. i. fel feruet ꝛ sup epatē diffundit̃ ꝛ sanguini cōmiscetur Inde siquidē hō calescit ꝛ in facie pallescit. hec aūt nulli cōuenit rei nisi qui ex quattuor cōponit̃ elemē tis. deus autē talibus nō subiacet liniamētis. Eū vero in scripturis inuenit̃. Irā applicari deo. vt ibi dn̄e ne in ira tua ꝛc. Intelligendū est ꝙ deus isse habet admodū animi irati qui destruit qd̄ fecit: nō tn̄ ꝙ ira i deo cadat subiectiue: vt dictū est. nō minus etiā illud abhorrēdū est ꝙ dicūt eū de tali re irasci. de q̄ nō possit vlcisci. qd̄ si posset ira ꝑfecto eius quiesceret. Aiunt p̄terea ꝙ ipsius hore qua irascit̃ nemo nouerit vnq̄ punctū nisi balaā filius beor. In hoc aūt verbo sibiipsis cō trarij sunt iudei cū ex vna p̄te moyses eū vocet ariolū: ꝛ iudei iniquū. Ex altera vero parte de deo. prudē tiorē eum moyse esse significāt: q: punctū hore nouerit qd̄ moysen latuit: ꝛ licet hoc dictū magna admirationevilescat. tn̄ incōparabiliter maioris fatuitatis ē. q: dicūt gallū irrationabile animal ipsi⁹ hore pū ctum quotidie scire.

¶ Quod deus semel quotidie in die plorat.



Quarta fatuitas iudeoꝝ cōtra diuinā ꝑfectionē est. ꝙ deus semel in die quotidie plorat: ꝛ ꝙ ab eius oculis due ꝓcidētes lachrymę in mare magnū cōcidunt: ꝛ hoc fulgorē esse affirmant illū qui tp̄e nocturno de stellis videt̃ cadere. hec autē ratio deū ex quattuor elementis cōpositū ostēdit esse. Neq̧ enim lachryme fiūt: nisi ex humiditatis abundātia descēdentis de capite. Si vero ita est. ergo elemēta sunt dei materia. oīs aūt materia prior est ꝛ simplicior forma. ergo et hec priora ꝛ simpliciora deo sunt quod nephas est credere. Itaq̧ si de⁹ talis est vt dicunt cuȝ nec cibo fruat̃ nec potu. ꝛ quotidie duas ex se mittit lachrymas necesse est decrescere: nisi forte de aquis q̄ super celos sunt ingiter bibat. Ex verbis quoq̧ eius intelligitur ꝙ ignorent q̇d ille sit fulgor qd̄ si desideras nosce. Fumosus q̇dā vapor. d̄ terra surgit nimiū siccus. vn̄ ꝛ locū nubiū transit ꝑueniēs ad locū vbi nō multus est calor: qm̄ remot⁹ est a motu firmamēti quo cū ꝑuenerit ꝛ tā multus in loco vno coierit ipsi⁹ loci calore. lȝ exiguo paulatiȝ crematur ꝛ crematus euanescit. ꝛ id est qd̄ per aerē discursitare videmus. Fiet⁹q̧ ipsi⁹ quē deo idigne ascribūt iudeorū captiuitatē cāȝ eē dicūt qm̄ etiā ꝓpter dolorē cū ter in die vt leonē rugire asserūt. ꝛ ꝓpter id celū pulsare pedib⁹ more calcātiū in torcu lari. more etiā colūbe quēdā susurri sonitū dare: et quaq̧ vice caput mouere: ꝛ dolētis voce dicere. heu mihi heu mihi: vt quid domuȝ meam in desertum redegi et templuȝ meum cremaui ꝛ filios meos in gētes trāstuli. heu patri qui trāstulit filios suos. et heu filij qui trans-

lati sunt de mēsa patris sui. ¶ Di-
cunt etiā: ꝙ quidā doctorū suorum
hanc audierit vocē in quodā loco
ramoso. Preterea dicūt ꝙ tāꝙ pru
riētes inuidēs collidat pedes ⁊ mo
re dolētis manib⁹ plaudat. et quia
quotidie orat: vt misericordia eius
sit sup irā eius. ⁊ vt eat in populo
suo in misericordia. hec patēt in li
bro barahot in ca. i. O insensati iu
dei dicite cū deus orat quē adorat
seipsum an aliū. Si aliū is quem
adorat potētior eo est. Si seipsum
adorat: aut potēs est eius: propter
qd orat aut impotēs. Si impotēs
est frustra se orat. Si vero potens
aut vult illud pro quo orat. aut non
vult. Si nō vult p nihilo orat. Si
autē vult nō est necesse orare. Ptz
ergo ꝙ oīno sit hec gens iudaica a-
liena a cognitione diuina. Si ergo
verum est deū pro iudeis orare vt
leonem rugire: celum pedibus pul
sare. more columbe gemere. caput
mouere. ⁊ pre nimio dolore heu mi
hi clamare. ipsum preterea pre do-
lore pedes collidere. manib⁹ plau-
dere. ⁊ quotidie vt iudeoꝝ miserea
tur orare. quid ergo eorum ne libe-
rentur impedit captiuitatē an ab
ipso: an ab eis procedit hec mora.
Si eñ ab ipso eum ad comprimē-
dum volūtatē suam minus esse po
tentem ostendunt eum. id volentē
complere: nec valentē pueri more
eum plorare asserunt. Si igit nūc
impotens dicant. Utrum in futuro
potestatem habiturus sit: an non.
Si nunꝙ habiturus est. ergo ⁊ il-
lius ⁊ illorū dolor fine carebit sua-
ꝗ oratio est vacua ⁊ spes nulla. Si
vero posse habiturus est aut illud
nōdum habuit: sed in prefixo ⁊ cer
to habiturus est tempore. ꝙ cū ha
bebit eos de captiuitate liberabit
aut iā habuit: sed in remotis illud
recuperaturus est ⁊ de captiuitate
eos adducet. Si vo habiturus est
tēpore certo restat eos dicere quid
sit qd modo phibeat eum habere
scʒ vtrū hoc paucitate imputāt a-
nimorum eius an debilitati mēbroꝝ
an obstaculo cuiuslibʒ rei a qua se
queant defendi hec de deo credere
nephas est. ¶ Legimus eñ in scri-
pturis sacris quib⁹ iudei nobiscū
fidem adhibēt deū antiquis tem
porib⁹ maiora miracula fecisse ꝙ̄
sit eos de captiuitete liberare. ve-
lut cū decem plagis egyptum per
cussit: ⁊ tamē eos in manu valida
eduxit ⁊ rubrū mare diuisit in qd
pharaonē cum exercitu suo demer
sit. Māna quoꝗ ⁊ cōturnicibus de
celo in deserto pauit. Aquas etiā
iordanis in loco vno mōtis instar
cōstituit Solē ⁊ lunam Josue pre
cibus fixit. De exercitu Senache
rib. clxxxv. milia nocte vna occidi
fecit. In diebus ezechie solē gra-
dibus. x. reuerti precepit. Danielē
de lacu leonum liberauit. Ananiā
Azariam ⁊ mizahelē de igne ⁊ iu
deos de babylonis captiuitate li-
berauit. et multa alia q̄ numerare
lōgum esset mirabilia fecit. Nō er-
go dicere possunt ꝙ antiquis die-
bus potēs non fuerit. Si aūt eum
potētem fuisse vt equum est conce
dant: sed alioꝝ interuenientia acciden-
tium eū impotētem factum dicant
post quorum abscessum eum posse

suum recuperaturum credant alterum eorum necesse esse fateanẽ. Illa accidētia aut ex eo aut in eo fuisse vt infirmitas accidens homini donec conualescat ab estu cohibet voluptatis. aut ei ab alio esse illata vt captiuitas cuilibet a rege illata sue voluntatis eum potestate priuat donec libertate succedente recedat qđ si ex eo et in eo fuisse dicant. deū ergo corpus habere dicūt quod cōtrarioꝝ susceptibile sit qđ de celo sentire nō cōuenit. Si vero ei ab alio illata dicatur illuz qui intulit deo potentiorem esse ostēdūt ꝙ nō minus est incōueniēs. Si aūt seipsos sue captiuitatis causaz eē dicant quasi melius modo in captiuitate quaz olim in libertate se habeant hoc patet esse mendaciū. qꝛ nunꝙ captiuitas libertati est comparabilis. Si vero non hac intentione suā libertatē rememorantur sed eo volente eos liberari ipsi ꝑtinaciter eius voluntati obsistūt. s. vt quia ille eos in captiuitate confecit. Ipsi ecōtrario plusꝙ ipse velit in ipsa captiuitate perdurēt. deberet vtiꝗ eoꝝ satisfacere volūtati et non seipsum assidue tanto merore deprimere aut eos ei parcere deceret nec eum facere tantū cōtristari. sꝫ hoc stare nullatenus potest cum eū quotidie vt ipsos de captiuitate eripiat orent. Excludere ergo debent iudei tante circuitionis ambages a pectore suo. ¶ Dicet ad hec iudeus nihil eorū que tu numerasti impedit nostrā captiuitatem. sed deum semper omnipotentem fuisse ⁊ esse fatemur. nec nos captiuitatē euadere velle negam⁹ sed deū captiuitati nostre certū terminū prefixisse ⁊ donet illud quod constituit iurauit ⁊ firmauit tēpus adueniat nos nullo modo liberari posse dicimus. Uere in hoc verbo insciētiam deo asscribit iudeus. cū eū tale quid statuisse dicat atꝗ iurasse quod prius eū iurasse atꝗ firmasse peniteat cui⁹rei signū est tot modis iugiter vt dictū est ꝑ eis affligitur quod si ꝑsciuisset non antea cōstituisset. Insipiens ergo secundū iudeos deus fuit ꝙ ⁊ cum apđ eos constet indulgere vtiꝗ ei deberet nec precibus eum inquietare assiduis. Quāto enī frequēti⁹ orāt tanto magis eius dolorē innouant ⁊ quo magis ab oratione cessando eū nō inquietauerint tantomagis eum cōsolari ꝑmittent.

¶ ꝙ de⁹ dimisit vnū foramē i celo nō valens ꝑficere firmamentum.



Quinta fatuitas iudeoꝝ contra diuinā ꝑfectionē est ꝙ cū deus firmamētuꝫ cōstituit ꝑficere penitus nō valēs cuiusdā foraminis spaciū in septētrionali parte impfectū reliquit. qđ ob hoc videlicet eū fecisse asseuerant. vt si quis aliquādo exurgēs ⁊ ei equalem se faciens deū esse se diceret ipse deus illi⁹ spacij ꝑfectionē ei opponeret dicens. si de⁹ es vt ego: locū illum claude si potes quem apertū reliꝗ ego. hoc aūt ꝙ patens sit mēdaciū nullius oculi aciem latet. Septentrionalis etenim axē poli altissimū

semper super nos nec vnq̃ occulta ei cõspicim⁹: ipsũq; totũ integrũ pfecte cũq; videm⁹. Manifeste ergo ptz fatuitas errorũ istius.

¶ De aliis fatuitatibus plurimis contra diuinam perfectionem ꝛ in eius offensam.

Ponuntur ꝛ alia in thalmuth q̃ sũt cõtra diuinam perfectionem. Isti qui vocantur Rabini ꝛ sapiẽtes acclamant seipsos dei seruitores ꝛ declaratores legis mosayce. sed tñ inueniuntur loquẽtes inordinate in his que sunt in magnum vituperiũ dei: tollendo eñi omnez perfectionẽ ꝛ applicãdo ei omnez defectũ. et ante omnia dat licentiã seruiẽdi dñs alienis ꝛ ydolatrandi Unde inuenit̃ in cãhedrin in capitulo. qḋ incipit arbamitot. super illo qḋ scribitur in Leuitici. c. xviij. de ydolo qḋ dicitur moloth. seruitiũ cuius erat q̄ accipiebat hõ filium vel filiã suã ꝛ ducebat eũ vel eam ad sacerdotes ꝛ ipsi trãsibant creaturã aliã per ignẽ ante pdictũ ydolũ. ꝛ lex vetauit hanc ydolatriã signãter specificatã: et dicit in verbis istis ca. codẽ. de semine tuo nõ dabis vt cõsecretur ydolo moloth Hic intricantur ipsi et dicunt q̄ q̄ dicit text⁹ de semine qḋ itelligit̃ q̄ nõ peccat hõ excepto qñ dat sacerdotibus patrem sui seminis p moloth. Sed si ei daret omnes filios suos nõ peccaret. Itẽ dicit q̄ non dabis. intelligitur q̄ non peccat excepto qñ pr̃ dat filiũ suũ sacerdoti moloth. vt faciat sacrificiũ: sꝫ si ipsemet pr̃ facit nõ peccat. Item q̄ dixit de semine intelligit̃ q̄ tũc est peccatũ qñ sacrificiũ fit de filiis q̄ ab eo exierunt sed si hõ facit sacrificiũ de patre suo vel fratre vel de seipso predicto ydolo non peccat. Item dicit in codẽ libro canhedrica. codem. Ille qui adorat ydola timore vel amore liber ẽ a culpa. Et declarat rabi salomon q̄ amore intelligitur si ab aliquo dño fuit rogatus vt faceret. timore si fuit cominatus. Sed rabi moysen de egypto declarat aliter dicẽdo q̄ amore sonat sicut si fuit filocaptus de illa ymagine q̄ est bene fabricata. ꝛ timore est si timet q̄ potest ei nocere sicut ymaginant̃ illi qui eaz adorant q̄ eis põt facere bonũ vel malum si in tali casu adorat liber est. ¶ Et multũ est mirandũ de istis glosatoribus ꝛ etiaz de textu thalmuth q̄ clare venit contra textus legis dei. q̄ videmus q̄ cum populus israel iret p desertũ ꝛ fuerũt in sethim et adorauerunt ydolũ phegor q̄ deus iratus fuit taz fortiter cõtra populũ q̄ occidit. xxiiij. milia. et tñ manifestũ est q̄ illa ydolatria nõ fiebãt nisi amore filiarum moab sicut apparet Numeri. xxv. capitulo. Iterũ illi tres pueri sydrac. misag. ꝛ abdenago voluerũt potius intrare fornacẽ ardentez q̃ adorare ymaginẽ nanbuchodonosor. Et tñ si hec opinio eẽt vera bñ erãt excusati ab illo piculo ex quo faciebãt timore regis nabuchodonosor. et certum est q̄ ipsi bñ sciebant legẽ q̄ ibi fit relatio p eis q̄

erant multũ intelligentes ⁊ socij in studio danielis ꝑpter quod apparet ꝙ sñia data per eos est vera. et per doctores thalmuth falsa ⁊ fatua. ¶ Item dicũt ꝙ veniunt ꝯ deũ volendo seipsos equare deo. Unde inuenitur in aliquibus ordinationibus et cerimonijs quas ipsi fecerũt quas etiã oẽs iudei obseruant sicut est illud qđ in certis noctib⁹ anni mandant ꝙ incendãtur certe candele in domibus in memoriam victorie machabeorũ. In certo mense anni precipiunt ꝙ fiat festũ qđ vocatur porim in memoriam mirabili hester et mardochei ꝯtra Amã In qua ꝑcipit thalmuth expresse ꝙ quilibet iudeus dȝ inebriari et illa die legunt in synagoga hystoriã hester. et sine cũ incedunt ꝑdictas candelas sine cũ legunt ꝑdictã hystoriam in sinagoga dicit rabi talia verba. bñdictus qui nos sanctificauit cũ suis ꝑceptis ⁊ mandauit nobis incendere has cãdelas ⁊ precepit nobis legere hanc hystoriã hester. videte si hoc ꝑcepit deus in lege. nisi qꝛ ipse se reputant tm̃ sicut de⁹. ¶ Itẽ non solũ hoc faciũt sed reputãt se posse reuocare verba dei hoc ipsi declarãt super. c. xvij. Deutro. vbi dicitur si aliquid tibi fuerit difficile ĩ legis iudicijs ibis ad sacerdotes ⁊ ad iudiceȝ qui fuerit illo tp̃e ⁊ petes ab eis et facies ꝑm cõsiliũ eoꝝ. Et dicit talia verba. nõ declinabis ad dextrã neqȝ ad sinistram. Sed ipsi in thalmuth scrutãtur dicendo ꝙ intẽtio textus est ꝙ dato ꝙ sapientes dicant ei pro dextra quod est sinistra ⁊ ꝓ sinistra qđ est dextra debet credere. ¶ Itẽ iudicant sñia mortis quencunqȝ frãgentem aliquid de ordinationibus eorum. Dicunt adhuc in libro berahot in ca. quod incipit misemoço. ꝙ quicunqȝ homo deridet sapientes thalmuth vel malũ dicit est cõdemnatus ad inferos. Et ille q̃ frãgit verba legis dei non habet aliã penã nisi ꝙ sit fractoꝛ legis. ¶ Itẽ reputant se scire plus ꝙ deus quia dicunt in libro robamechia in cap. quod incipit bazabam. ꝙ semel fuit in studio magna disputatio sup vnũ actum legis et oẽs studij vni⁹ opiniõis. Sed rabi aliazer q̃ erat maioꝛ eoꝝ erat cõtrarie opinionis qui fecit multas bonas ratiões cõtra eos ad ꝓbandũ suã opinionem ⁊ nunqȝ voluerũt assentire ei: et in fine dixit si sic est sicut ego dico remitto dño deo nr̃o. Et illa hora exiuit vna reuelatio vocis et dixit nõ contradicatis rabi aliazer qꝛ verũ est quod ipse dixit. Et surrexit rabi sua et dixit dñe lex non est in celo sed in terra et iam precipis in lege tua ꝙ sñia debet declinari ad plures voces: et illa hora excõicauerunt ipsum rabi aliazer quoniã assensit opinioni eorum. et dicunt ꝙ paruo elapso tempore rabi nathã inuenit helyam prophetam et dixit ei eras tu in celo quando fuit illa questio. Respondit sic et dixit ei quid ergo dixit deus illa hora qua sapientes noluerunt obedire reuelationi sue. Respondit ei scias ꝙ illa hora de⁹ risit ⁊ dixit. Uicerunt me filij mei. vicerunt me filij mei ¶ Item glorificant isti thalmudi

ste seipsos. vnde dicitur in libro tuca.c.iij. q vnus doctor qui vocabatur rabi Symeon filij iahaij. Dicebat. Ego sum tandignus et tantu stus q si vellem propter bonitatem meā liberarentur in die iudicij oēs homines qui venerunt ad mundū a die qua ego natus sum vsq hodie Et si Jonatā filius vzihel esset nobiscū possemus liberare totū hūanum genus a die qua creatus ē mūdus vsq ad finē. Item se reputant prophetas sicut dicunt in rababatera ca.i.a die qua fuit destructio templi vsq huc fuit remota prophetia prophetarum et fuit data sapientibus. Item dicunt in rababatera in ca. qd incipit hamoher et hascena q raba filius barhana ibat per quendā viā et dixit ei vnus tragenarius Ueni et ostēdam tibi mōtem synai. Juit cum eo et audiuit primo vnam vocem que dicebat. O miserum mihi quia feci iuramētum et ex quo feci quis me absoluet. Et postq rediit ad studium et narrauit magistris reprehenderūt eū et dixerūt ei: ea hora qua audisti vocē illā debuisses dicere. dñe ego te absoluo ab illo iuramento. et dixit ipse dubitaui qd dicebat pro iuramento quod fecit noe de nō dando amplius mundo diluuiū. Et glosat rabi Salomō q illud iuramentum de quo petebat deus absolutionē erat captiuitas israel proter quod ipse sustinebat partē captiuitatis et laboris sicut dixit ysaias ca.lxiij. In omni tribulatione eorum non ē tribulatus. Et licet textus verus sit in biblijs hebraicis pro maiori parte eo mō quo posuit iheronymus in sua translatiōe. Uerūtñ i aliqbus dicitur sic. In omnibus tribulationibus eorum ipse est tribulatus. et iuxta hoc facit predictam glosam rabi Salomon. ¶ Itē reputant deū ignorantē sicut dicitur i barahot.capi.i.postq fuit destructum tamplū non remansit deo in toto mundo nisi solū spacium quatuor cubitorum ad studendū halaba.i. lectionē de thalmuth. Itē dicitur q tribus primis horis diei deus sedet ad studēdum thalmuth. ergo videtur q si indiget studio non habet perfectionē sapientie. ¶ Item reputant deū mendacē sicut dicitur in rabamecia in capi.quod icipit hacoher Unde dicebat rabi hysmahel. Magnum quid est pax quia deus dixit mēdacium vt poneret pacē inter abraham et saram. hoc apparet in gen. xviij.c.quia cum angeli pnosticarunt abrahe q sara pareret filiū et ipsa erat in tabernaculo et audiuit eos dixit textus q fecit derisionē inter seipsam et dixit quō posset hoc fieri cum sit dñs meus senex. Et postea cū dñs hoc resumpsit abrahe apprehendēdo saram dixit qd dixerat cum ego sim vetula apparet dicunt isti q deus mutauit rumores ne abraham q sara vocasset eū senem irasceretur. Sed qui bene attendit ad textum inueniet q dicit magnum mendaciū quia etiā inuenitur q qñ ipsa risit seipsam vocauit vetulam. ¶ Item reputant deū peccatorem sicut dicitur in hullim in ca. quod incipit helucerefoth sup textum Gen. vbi dicitur feciq deus duo luminaria magna. Dicit rabi Symeō in hora

creationis equales erant sol ꝛ luna Et luna venit ante deũ ꝛ dixit. dñe nõ est bonũ ꝙ duo reges fruantur vna corona. Et illa hora precepit deus ꝙ esset minorata et dixit illa dñe qꝛ dixi tibi verba rationabilia minorasti me ꝛ sic fuit illa sibipsi nimis displicens. sed deus vt cõsolaretur eã dixit ei nõ tristeris nec tibi displiceat qꝛ sol nõ apparebit nisi de die et tu apparebis de die ꝛ de nocte sed ipsa nõ fuit contenta immo dixit dñe candela ante solẽ qd prodest. et dixit ei deus. ego faciaꝫ ꝙ pplꝰus meus israel faciat cõputa sua per menses tuos cũ toto hoc non fuit cõtenta intantũ ꝙ deꝰ cognouit se culpantẽ ꝛ ꝓcepit moysi ꝙ in fine lune israel faceret sacrificium vnius hyrci vt deus haberet veniam de predicto peccato ꝛ hoc ꝓbant ex Numeri cap. xxviij. vbi dicitur hyrcus quoqꝫ offeretur domino ꝓ peccatis: videat vnusq̄sqꝫ quod vanitates sunt in ꝑdicta auctoritate. ꝛ quomõ textus quẽ ipsi allegãt est in cõtrariũ illiꝰ ꝙ ipi intelligunt. ¶ Item reputant deum pollutũ ꝛ immundũ scd͂m quod dicunt in rabamechia in ca. quod incipit hacoher ꝛ hapohel dicit rabi Iohanam deus sacerdos est qꝛ sic scriptum est Exodi ca. xxv. Loq̄re filijs israel tollant mihi primitias. sed primitie dñi dari sacerdotibus: ergo deus est sacerdos. Itẽ postea recepit pollutionem qꝛ sic scriptũ est. Deutro. c. vltimo. ꝙ qñ moyses mortuus fuit sepeliuit euꝫ dñs. sed omnis sacerdos q̄ tangit hoieꝫ mortuũ est pollutꝰ. ergo deꝰ est pollutus ꝛ satisfaciunt dicẽdo. ꝙ postmodum balneauit se et fuit mũdatus ꝛ querunt in quo balneauit se in aqua non qꝛ ysa. dicit ca. xl. quis mensus est pugillo aquas ꝛ satisfacit Rabi ꝙ in igne se balneauit qꝛ sic scriptũ est Isa. vlti. qꝛ ecce dñs veniet in ignem. Item dicunt ꝙ deus palpat res immundas sicut dicit in nucida in ca. qđ incipit hamopoles. ꝙ deus stat sedendo. ꝛ facit venire ante se oẽs guttas sperme exeuntis a quocũqꝫ homine israel dicendo ꝙ qñ diminutũ fuerit illud sperma generabit iustus ex ea. Item dicitur in libro qui dicitur pinquerabi elezer. quicũqꝫ scit quantitateꝫ creatoris mundi securus est habere seculum venturũ. ꝛ dicit rabi Iohanã ego ꝛ raba aquiba sumus fideiussores huius. Item dicit rabi iohanaꝫ ꝙ deus inuolut se in vno tallet. i. roqte ꝛ ostendit se moysi. et dixit ei oi hora qua israel fecerit sic statiꝫ veniam cõsequet. ¶ Itẽ faciunt deũ inuidũ sicut dicunt in berhot. ca. vltio ꝙ quinqꝫ homines creauit deꝰ qui ei assimilabant in aliquibus ꝛ sunt isti. Sampson in fortitudine. Saul i pulchritudine ceruicis. Absalon in capillis. Rex Sedechias in oculis. Asa in pedibus. Et qꝛ illismet rebus in quibus ei assimilabantur condẽnauit eos: ergo apparet ꝙ habuit inuidiã eoꝝ.

¶ De fatuitatibus plurimis ꝯtra legem mosaycã.

Quartus passus est de fatuitatibus falsi

tatibus iudeorum: contra legem mosaicam et contra pphetas. Manifestū est ꝙ omnes gentes que tenent legem diuinā vel se dicūt tenere eam. affirmant deū creasse mundum de verbo absolute sine aliqua materia composita nec simplici de qua illud fieret. et hoc est ꝙ dicit primū verbū legis mosayce. In principio creauit deus celū et terraȝ: qꝛ est opinio oīm doctorū latinoruȝ et hebraicoꝝ ꝙ istud vocabulum creare significat factionem alicui⁹ rei de verbo: nō est sic de generare. facere vel formareꝫ qꝛ hec vocabula aliquid ꝓsupponūt in tali opatiōe et qui oppositum huius asserit hereticus est dicendus qꝛ destruit fūdamentum super quod omnia alia miracula sacre scripture fundanť. Et inuenimus vnū de maiorib⁹ doctoribus thalmuth qui vocať Rabi eliezer magnus qui venit cōtra hanc opinionē. Et dicit in libro q̄ vocatur pirque. talia verba. Celi de quo fuerunt creati. Respondet de luce vestimenti dei. et terra de q̄ fuit creata. Rn̄det de niue que stat sub cathedra dei. Et dicunt glosatores ꝙ hanc niuem accipit hic rabi eliezer ꝓ illo quod vocat philosophus primaȝ materiā vel ille ex q̄ fuerūt facta q̄ttuor elemēta quā nititur ꝓbare philosophus primo phisicoꝝ ꝙ est ingenerabilis et incorruptibilis apparȝ ꝙ iste doctor erat de opinione philosophi. qꝛ vel ipse credit ꝙ creatio pōt fieri de verbo vel nō. Si sic ergo nō oportebat eū querere ex quo facta fuerunt celum et terra. Si nō ergo vel habet ponere aliquā materiā eternā que nunq̄ habuit principiū vel oportet in numeris ire in infinitū quod est impossibile. Quare necessario sequitur ex verbis eius ꝙ ipse non credebat textū legis in quo dicitur In principio creauit deus celum et terram quasi vellet dicere de nihilo nisi ꝙ ibi erat aliqua res eterna que omni tpe fuit cuȝ deo. manifeste hec opinio est heretica et contra omnes qui habent legeȝ diuinaȝ. ¶ Est adhuc alia autoritas alterius doctoris qui dicitur rabi Symeon qui dicit in littera ꝙ ordo temporis fuit anteq̄ mundus creatur. et qui hoc intelligit sua intentio ē ꝙ corpora celestia sūt eterna qꝛ tp̄s nihil aliud est nisi numerus mot⁹ celi. ¶ Item veniūt ɔtra textus sacre scripture. Et pͥo dicunt in abodazara. ca. i. ꝙ nō recipient tpe messie aliquē aliaꝝ gentiū qui velit venire ad legem dei hoc est falsissimum et contra oēs pphetas. Dixit eniȝ patriarcha Jacob Geñ. xlix. loquēdo de messia et ipse erit expectatio gentiū. Item dixit zacharias. iij. ca. Et applicabunť gentes multe ad domuȝ in die illa erunt mihi in ppl'm. Itē dixit ysa. cap. xi. In die illa erit radix iesse q̄ stat in signuȝ ppl'oꝝ ipsum gentes deprecabunť et erit sepulchrū eius gloriosū. ¶ Itē peccāt dicēdo malū qꝛ dicunt peccatores esse et malos hoīes. quos de⁹ dixit bonos et iustos. Et pͥo Adam quē deus formauit et non est dubiuȝ ꝙ cum maiori ꝑfectiōe que posset esse in homine carnali et ipsi applicant ei il

ind pctm carnis tā abhominabile sicut dictū est supra. Itē cōtra noe de quo dr Gen.c.vi. Noe vir iustus atqꝫ pfectus fuit in generationib⁹ suis cū deo ambulauit. et ipsi dicūt in yama in ca. yomi aquipozim sup tex. Gen. in ca. ix. vbi dr. Euigilās noe ex vino cū didicisset q̄ fecerat ei fili⁹ su⁹ iunior. querūt qd est qd fecit fili⁹ suus iunior. Respōsio est duorū doctorū qui sunt duarū opinionū: quorū vnus dicebat Rau et alius Symuel. Rau dicebat ꝙ illud qd fecit chan Noe patri suo est ꝙ castrauit ipm. Symuel dicebat ꝙ habuit cū patre copulā carnalē et quilibet istorū rabinorū ducit rationes ꝓ opinione sua arguēs contra alterā. Sꝫ ꝯclusio est p thalmudistas: ꝙ ambo doctores dicūt veritatē. et ꝙ illa duo fecit patri suo. scꝫ ꝙ castrauit ipm et habuit copulam carnalē cū eo. Ecce ꝙ falsissima inuentio et ꝙ turpissima diffamatio per illos inuēta. ¶ Itē dicunt falsum cōtra patrē Abraā. de quo dicit tex. Gen. xxv. ꝙ qn̄ abraam mortuus fuit. dedit oia sua ysaac. Sed filijs cōcubinarū dedit munera et misit eos ad terrā orientis. Dicunt ipsi in cāhedrin ca. vlti. que fuerūt illa dona q̄ dedit eis. Respondent ꝙ docuit eos noia immundicie. et declarat rabi salomon ꝙ hoc est cōuocationes demonū. Ecce ꝙ manifeste dicūt cōtra testimoniū qd dedit deus de abraā. c. xviij. vbi dicit. Scio enī ꝙ ꝓceptur⁹ sit filijs suis et domui sue post se vt custodiant vias domini: et faciant iusticiam et iudicium: vt adducat dn̄s propter abraam oia que locutus est ad eū Quomodo est credibile ꝙ ipse hereditasset filios suos de cōuocationibus demonum et quō hec est via dei. ¶ Itē dicūt falsum cōtra Joseph de quo facit scriptura relationem manifestā sue virtutis cōtra petitionē quā ei faciebat dn̄a sua de adulterio. Dicunt ipsi in hulim in ca. qd incipit calhabacat ꝙ de facto intrauit domū intentione copulandi cū ea et venit angelus gabriel: et rapuit sibi genitalia. et qn̄ voluit facere peccatum inuenit se impotētem. ¶ Item dicūt contra dauid de quo legim⁹ ꝙ in fine dierum suorum: qꝛ ei deficiebat calor naturalis adduxerunt ei Abisach sunamitē: vt seruiret ei et dormiret cum eo. iij. Regū. c. i. Sicut probatum est in medicina ꝙ calor domicille vel iuuēcule prodest multum homini antiquo: vt excitetur sinus calor naturalis. et textus refert ad litteram ꝙ seruiebat regi et dormiebat in sinu suo et rex non cognouit eam: scilicet carnaliter. Sed thalmudiste dicunt in canhedrin in ca. quod incipit cohengadol. ꝙ dauid concubuit cum ea in presentia bersabee. xiiij. vicibus in modico tēpore et alia turpissima referunt circa hoc que non sunt digna scriptura. ¶ Item in libro Judicum ca. iiij. vbi narratur illud magnū bonum quod fecit illa honorabilis mulier Jahel propter dei seruitium: scꝫ occidendo sisaram inimicum israel. Et videmus etiā in illo cantico. ꝙ ordinauerunt ꝓphetissam delbora et barach magnā laudē quā com-

mendauit de p̄dicta Jahel. Sed turpissimi thalmudiste dicūt in libro nazir talia verba dicit rabi iohanna septē vicibus cōcubuit cuȝ sisara in illo instanti: ⁊ postea occidit eū. ¶ Item lȝ balaam voluerit facere malū populo. ⁊ eū malū pronunciare. verūtamē ꝓpheta erat. Et ideo dixit tex. de eo auditor sermonū dei q̇ nouit doctrinā altissime. Sed isti ꝓditores ⁊ diffamatores opponūt ei multa turpissima de q̇bus nullā mentionē facit scriptura sacra. ⁊ hoc scribūt in libro berahoth. ⁊ in canhedrin intricando se super verba asine q̄ dixit ipsi balaāȝ q̄n eam verberabat dicēdo sic ⁊ quō ego nō sum asina tua sup quā equitas om̄i tēpore. Dicūt ipsi ꝙ ambasiatores regis balaas iter rogauerūt. quare nō eq̄tas i equo respōdet balaā: q꜓ habeo equū meum ad pastū vt pinguescat. Eadē hora dixit asina nō est verū: q꜓ ego sum asina tua. Et dixit ipse sic est. ad portandū onera. Respōdit illa nō est verū nisi sup quam equitās. Et dixit ille verū est in casu ꝙ accidit sicut modo q̄n non est equus ad manū. Rn̄dit asina nō est sic sȝ omni tp̄e et adhuc ꝙ sum asina tua de die: ⁊ tua vxor de nocte. Ecce turpissimi luxuriosi in quo inuoluunt liguas suas. ¶ Itē dicūt in hulim in ca. qd̄ incipit calhabacat q̄d voluit dicere tex. in li. iudicum in ca. xiiij. q̄n dicit̄ de samsone. Creuitq꜓ puer ⁊ benedixit ei dn̄s. dixit rabi Johada. scis i quo bn̄dixit. in sua virga: q꜓ sperma qd̄ exibat ab ea erat sicut vnus riuus currēs et q̄n cōprehenderunt eū philistei ⁊ extraxerūt oculos eius ⁊ faciebāt ꝙ moleret in carcere. Dicunt isti turpissimi ꝙ istud molere quod dixit textus sonat ꝙ quilibet philistinorum ducebat ei vxorē suā vt concuberet cum ea si forte possent ex ea habere hominē ita fortē sicut ipse erat. Item in aliis locis thalmuth loquūtur modo ꝯtrario: q꜓ multos viros quos scriptura dixit peccatores ⁊ narrat littera peccata eorū ipsi excusant eos: ⁊ dicūt ꝙ nō peccauerunt. Et primo de ruben filio iacob de quo dr̄ ad litteram in tex. Gen. ca. xxxv. Abijt ruben ⁊ dormiuit cū bala cōcubina patris sui ꝓpter qd̄ peccatū fuit ei amota primogenitura sicut p꜔ primo Paralip. ca. ij. Sed ipsi dicūt falsos oēs textus. Et dicūt in libro sabbat in ca. qd̄ incipit Rabina talia v̄ba dicit rabi yonatha quicunq꜓ dicit ꝙ rubē peccauit nō est nisi peccator Et sic dicunt peccatores ꝓphetas scribētes textus. ¶ Itē iustificāt filios heli. de quibus dr̄. i. Regum ca. ij. filij heli filij belial nesciētes ⁊c. Item in eodē ca. heli autē erat senex valde ⁊ audiebat oīa que faciebant filij sui vniuerso israeli: et quomodo dormiebant cuȝ mulieribus q̄ obseruabant ad ostiuȝ tabernaculi. Itē iustificāt filios samuelis contra textum qui facit mentionem ꝙ non ambularent in viis samuelis patris sui: et ꝙ vendebant iusticiam ꝓ pecunia. Itē dicunt ꝙ dauid nō peccauit i adulterio bersabee: nec in morte viri mariti eius. Iteȝ dicūt ꝙ salomō non peccauit

in idolatria quã fecit in fine dierũ suoꝝ. Finaliter per omnia videtur v̄ba sacre scripture reputare falsa

¶ Item diffamant moysen in mirabilibus que deus per ipsum faciebat: ⁊ hoc dicit rabi salomõ sup hystoriam chore quando ipse ⁊ sua familia intrauerũt tabernaculum ad ponendum incensum ⁊ mortui sunt ibi omẽs. Dicit rabi salomon scias ꝙ venenũ posuit eis moyses in inceso cum quo cõbusti fuerunt nadab ⁊ abiud filij aarõ. Item dicunt in li. qui vocatur sabbatin in. c. qd incipit yecioda sabbat ꝙ si duo hoies vel plures faciũt simul vnũ peccatũ ꝙ immunes sunt a pena. sicut si duo hoies cũ fustibus verberant vnũ alterũ: ⁊ ille moritur non peccant: quia lex dicit ꝙ quando anima peccauerit habebit talem et talem punitionẽ non dicit anime in plurali. ita ꝙ volunt ꝙ nullus est dignus punitione: nisi quando ille qui facit peccatum est vnus solus.

¶ De fatuitatibus iudeorum quo ad claues chore.



Uintus passus est de fatuitatib⁹ ⁊ ridiculis ac manifestis impossibilib⁹ iudeorum. Et primo quo ad claues chore asserunt iudei in libro doctrinaꝝ suarũ ꝙ cũ chore heremũ cũ moyse et filijs israel ꝑteriret trecentos hẽbat camelos honustos nihil aliud ferentes nisi solas claues thesauri eiusdẽ que claues de vacarum corijs facte erãt oẽs: vt leui⁹ ferri possent. Cõputemus mõ si placet ⁊ videam⁹ vtrũ hoc stare possit. Demus adminus libre septẽ claues ⁊ ꝙ quisq̃ camelus admin⁹. dc. tulerit libras erũt que claues quas vn⁹ ferebat camel⁹ tria milia. dc. fierent itaq̃ claues tricentoꝝ cameloꝝ mille milia ⁊ lxxxv. milia. Sed cũ queq̃ claues admin⁹ sit vni⁹ arche quot sunt claues ꝓculdubio erũt ⁊ arche. Dent itaq̃ cuilibet camelo admin⁹ due arche. ⁊ erũt cameli archas ferẽtes quingenta ⁊. xl. milia. Sed ⁊ serui cõsuetudinẽ diuitũ quibus maior cura de custodiendis diuitijs oportuit adminus duos camelos vnum habere custodẽ qui thesauros cum summa seruaret diligẽtia vix etiã dormitaret. Inuenirenturq̃ custodes cameloꝝ. cc. sexaginta milia: libro autem attestante didicimus: quoniam exercitus chore ꝑ domos et cognationes et familias suas: non erat nisi octo milia. dc.

¶ De fatuitatibus iudeoꝝ dicentium dan. prescidisse lapidem magnum: ⁊ similiter og regem basan.



On minus ridiculosum est illud qd dicũt filijs scz Jacob patrẽ suũ ad sepulchrũ portãtib⁹ Filios esau simil'r patrem a sepulchrum deferẽtes cũ magno comitatu eis occurrisse. Cũ vtriusq̃ magnus esset exercitus ⁊ singule partes sepulchrũ sibi vẽdicare vellẽt. Dan mõtem ascẽdisse dicũt ⁊ tante magnitudinis prescidisse lapidẽ quãta multitudo esse poterat toti⁹ exercit⁹ esau. ipsamq̃ molẽ capiti

impositā attulisse vt sup hostium cuneū eā ꝑiciens oēs vno ꝯsterne ret ictu. Lūq̄ aduenies iā ambos cuneos cōcordes inuenisset: molē quā attulerat in mare ꝑiecit cuius magnitudīe aqua maris terminos suos excedēs duas ciuitates sui ef fusiōe subuertit. Et ipe sunt quas lōgo tp̄e post pharao rex egypti fi liis israel edificare precepit. Nōne queso hec adinuentio iuste summo risu digna videt. Cū eñ Jacob fi lij.xij.tantūmodo adhuc essent vi ri esau de tribu sua iā.cccc.existe bant.nūc igit numero filioꝝ iacob aucto quāto magis existimari pōt filioꝝ esau numerus fuisse. tātam eñ oportuit eoꝝ esse multitudinē vt ꝛ filijs iacob ꝛ toti egyptiorum gēti q̄ cum ioseph venerat obsiste re potuisset. Nunc igitur vnusq̄sq̄ iudicet quid hoꝝ admiratione sit dignius.s. vel vbi tantū inuenerit montē.vel quo mōte tammire ma gnitudinis molē vel quō in capite tanti pōderis gestare potuisset la pidem vt tammagnā ꝯsternere po tuisset cohortes. ¶ Non eñ minus stupēdū est illud monstruū q̄ Og rex basan vidēs ingentē exercitū israel.dc. scilꝫ milia ꝛ tria milia et ccccc. viros a.xx.ānis ꝛ supra ex ceptis mulieribus et paruulis qui supputari nō poterant molē inau dite magnitudinis suo capiti im posuit. ꝛ cū ea expeditionē totam ꝯsternere voluit vppupa auis mi nima moli illi supsedit ꝛ tādiu eā rostro suo cōcudit donec foramen magno iuxta capitis ei⁹ quātitatē peracto moles caput trāsiliens in eiusdē humeris subsedit. Capite aūt sano ꝛ toto corpe incolumi for tassis adhuc a colo subleuasset nisi ad auctorū subito dentiū quantitas impedisset.mox eñ vt lapis in co lum descēdit dētes sibi repēte ita sunt adaucte q̄ cū voluit eā suble uare minime potuit. Qd̄ moyses intuēs cuius corpus decē cubitos habuisse asserūt: ꝛ totidē eius vir gale ascribūt se sup terrā in modū saliētis decē cubitos erexit ꝛ cum in aliquo corporis loco cum virga ꝑcuteret. Si ergo cōputēt decē cu bitos q̄bus a terra eleuatus est: et decē cubitos ei⁹ corporis ꝛ decem alios quos virga in altū porrecta habebat a terra ad summitatē vir ge.xxx.inueniēt cubitos: sꝫ cum in tantū erect⁹ esset moyses virge tñ summitas qua eū ꝑcutere intende bat nequaq̄ vlteri⁹ attingere potu it q̄ ad eū modū quo sura iūgitur pedi que vulgo cauilla dr̄. In quo q̄dē cū ꝑcussisset cōtinuo cadēs ex pirauit. In hoc cognoscere q̄libet pōt q̄ a plāta pedis quā terre fixā tenebat vsq̄ ad nodū in quo ꝑcus sus est.xxx.cubitos habebat.ab eo igit loco vsq̄ ad summā nō min⁹ q̄ octingēti cubiti erant. soluq̄ ca put facile decē cubitis cōstare po terat. vnde sequit q̄ auis illa mo lem ipsam decē cubitis ꝑforauit. In quo facto quot sint mirāda q̄ ve potius mirer cū ꝯsidero stupeo vbi eñ vel tñ lapidē inuenire vel tñ pondus portare aut quō tā par uula auis tñ tamdurū tamq̄ spis sum saxeū corpus tamcito valuit penetrare. Quoue pacto dentes ei

tam subito crescere: aut qua ratiõe tam immẽse ⁊ inaudite magnitudi nis credẽdus est fuisse cũ p̃sertim lex dicat lectũ eius ferreũ nouẽ cu bitos habuisse. quoue pacto tãtus homo tam facili vulnere cecidisse.

¶ Dicũt moysen i celũ ascẽdisse ⁊ ibi deuictis ãgelis legẽ accepisse.



Dicunt item iudei q̃ moyses p̄ lege suscipiẽda in celũ ascẽdit ⁊ ibi cũ angelis taliter altricat⁹ sit Dicebãt em̃ inquiũt angeli legem hãc deferre minime sinemus quaꝫ nobis plusq̃ filiis israel necessari am scimus. Ad hoc moyses insolita visione pterritus nihil respõdere p̃sumpsit: sed dño se cõfortante vt secure rñderet ⁊ precipiente angelis ait. Cũ lex hoc regendoꝝ corporuꝫ p̃cepta cõtineat nõ satis cõsidero qd vobis q̃ spũalis tm̃ creatura estis sit necessaria. Angeli qd ad hoc dicere nõ habẽtes victi cõticuerũt. De moysi igitur victoria deũ risere et valde letatũ esse dicũt. ⁊ ita post triumphũ cũ lege alacrẽ descendisse. Quot queso diuersitates fatuitatis in hac continent lasciuia. quomodo em̃ moyses corpore mole depressus altitudineꝫ celi conscendere potuit. Aut quomodo dari deo legẽ volente angeli p̄hibere. quid iterũ stolidius est q̃ dicere deuꝫ vno vincẽte ⁊ alio victo exultare ⁊ puerili more ridere. Itẽ si angeli vt dicunt tam auidi illius lẽgis retinende erãt cur non prius a deo eam quesierant vel quid contentionis proderat eis deseruire. poterant enim legem istam etiam cũ iudeis obseruare: nec erat ratio cur eam moysi deberent inhibere.

¶ De fatuitatibus iudeoꝝ dicentium quẽdam noie iosue decepisse angelum mortis ⁊ in celuꝫ saltasse ac ibideꝫ dei sententia remansisse.



Memorãt ⁊ aliam fatuitatẽ iudei q̃ oibus ridiculum prestat. Dicunt em̃ angelum mortis cuidã viro apparuisse nomine Josue filio leui doctori et q̃ dixisse. Ad hoc venisse me scias vt animã tuã suscipiã ⁊ moriaris. Nequaq̃ inquit ille q̃ cõmones faciam nisi mihi prius padisum ostẽdis. Susceptuꝫ igitur angelus in alis suis duxit ad locũ vnde videret paradisum. Callidus autẽ ille de alis eius elapsus est ⁊ in paradisum se cadere permisit. Angelus autem deceptum se esse doles irato nimis vultu egredere ait vt moriaris. Nequaq̃ ait ille vt egrediar. Cũq̃ secũdo ac tertio angelus ad ipsum cum magno clamore repeteret: ⁊ ille eius verba negligeret commotus nimis angelus ad deum pergẽs huius rei querimoniam fecit. Deus autem eum redire rogauit vt hoiem illũ ex dei nomine de paradiso egredi p̃ciperet Veniẽs itaq̃ angelus ad padisum ait deus vt egrediaris p̃cepit. Jurauit ille: ⁊ ait. Per deũ non egrediar. Rediit angel⁹ ad deũ ⁊ dixit Jureiurãdo se nunq̃ inde egressurum firmauit. Dãs itaq̃ iudicium deus respõdit oia volumina vite ⁊

actuum eius reuolue et diligēter relege. si q̄n eum iurasse et periurasse inueneris modo quoq̃ nihil sibi iurasse valebit. Si autē vnq̄ periurum esse probaueris: non in hac vice timebit. Volumina itaq̃ oia angelus studiose discutiens nunq̄ periurasse inuenit. Dimisit itaq̃ vi ctus qui vt dicunt vsq̃ in presentē diem incolumis permanet atq̃ viuus. ¶ Considerare possunt iudei q̄ risu dignissima i hoc notari possint sermūculo. Quid eni̅ plus miremur an fatuitatē angeli qui callidem hois artē prius nō agnouit an hoiem audito per angelum dei precepto ausum fuisse iurare. an dicamus dei impotentiā: q̄ non nisi per mendacium eū de paradiso potuisset expellere. an ascribam⁹ deo ignorantiam q̄ non aliter scire potuit vtrū periurus fuisset: nisi eius vite libros reuolui iuberet. patent hec omnia fatuissima esse.

¶ Dicunt mortuos suos in aduētu messie suscitandos: vt iterum terram incolant vbi plurima de resurrectione tractantur.

Asserūt etiā iudei inusitatū miraculum: scȝ mortuos suos post captiuitatis euasionē resuscitari: vt terram incolant qd̄ multis auctoritatibus pbare nitūtur. Primo auctoritate moysi dicentis ad populū israel Deut. xxxij. Uidete q̄ ego sum solus et non sit alius de⁹ preter me. ego occidam et ego viuere faciā. percutiā: et ego sanabo. Cū ergo deus se occisurū promittat et viuificaturū: non videtur predicta fides abijcienda. Sed hec auctoritas a rationis exorbitat semita. q̄r hoc verbum ad ostendendū omnipotentiā suā dixit non q̄ ipse suos mortuos suscitaturus sit. nec est negandū quin a die qua se deus pmisit hoc facturū vsq̃ in diē presentē concedamus hec miracula fecisse. quia ipse mariā sororē moysi prophete Job. Ezechiam: Naman. et alios q̄plures cū voluit percussit et cū voluit sanauit. Itē ipse in vna nocte omnia egypti primogenita interfecit. et sub vnius noctis spacio in castris sennacherib centum octuaginta milia occidit. Sed itē econuerso in manu helye filium vidue. in manu autē helizei sunamitis filiū suscitauit. Sic ergo omnipotentē mortuos suscitasse non negamus. quin oēs hoies in die iudicij ad eos suscitandos et confiteamur et credamus. Sed qd̄ adijciūt q̄r scȝ denuo terras ihabitaturi sint nō credimus. Dicet iudeus hoc nō debet videri cōtra fidē esse cū ab helya vel ab helyseo resuscitatus postea longā vitā duxerit vxorem habuit filiosq̃ genuerit: et pristina humana vite cūcta officia impleuerit. Rn̄def q̄ verū ē et bene potuit esse vel per miraculū vel per p̄cem sancti viri: q̄r corpus nōdū erat dissolutū: q̄uis etiā hoc nequaq̄ crederem⁹: nisi testimoniū super hoc ppheticū haberem⁹. Uerū ea q̄ cōtra vsum cōtigere solēt fides hoīm suscipere facile nō solet. nisi taliū cōfirmaref auctoritate pphetarū

Primus istius cōsiderationis punctus est quare iudei in presenti tempore non cōuertuntur ad fidem iesu xpi. Respondetur qꝫ ad hoc possunt iiii. assignari cause satis efficaces. Prima ē incōsideratio veritatis aduentus xpi. Pro cuius intellectu notandum qꝫ in libris thalmulth considerantur tres species materierum. quarum vna est placitorum siue causarum ciuilium et criminalium et de aliis dependētibus inter gētes eorū. et hec assimilantur legibus imperatorum iner nos. Secunda species ē eorum que vetantur vel licentiātur in lege sicut sunt cibi et alia et que sunt res munde et que immunde et de sacrificiis et orationibus et festiuitatibus et hec sunt inter eos sicut decreta iter nos. Tertia species materie est hystoriarum legis siue creationis mundi vt vite antiquorū patrum et miraculorū in lege et de aduentu messie et conditionibus eius: et de resurrectione mortuorum et de die iudicii: et de inferno et paradiso: et hanc particulam tertiā vocant iudei algadoth. i. annunciatiōes et singulare vocāt agada. i. annūciatio. Item vocāt ea idiasor idest glose morales: et singulare vocāt indias. Et predicte annunciationes et glose morales non sunt omnes diuisim ab vna parte immo sunt disperse per diuersas partes librorum thalmuth intantum vt post septem vel octo lectiones veniet aliqua auctoritas predictarum annunciationū Cū gorabini scolarū thalmuth legūt suas lectiones inquantū pertinent ad primas duas species materierum declarant illa optime cum omnibus illis glosis et expositionibus et innouationibus que possunt ad propositū suum applicare. Sed cum accedūt ad locum qui in aliquo tangit materiā tertiā scz ānūciationum. dimittunt illud et nolunt legere dicentes qꝫ est res de qua non erit aliquis fructus quod ipsi faciunt qꝛ non est intentio eorum labor nec cōsiderare nisi materias q̄ sunt de pane lucrando pro quibus populus eorum vulgaris honorant eos et dant salarium: et hic modus obseruatur per omnes rabinos in omnibus terris et in omnibus temporibus et in omnibus scolis eorum. Et hec causa principalis obstinationis eorum est qꝛ scz nō considerant nec vident ea que pertinent ad pdictā tertiā speciē et vulgaris eorum populus manet ignorātia excecatus. ¶ Secūda causa est incōferentia auctoritatum sacre scriptu

re, quia dato quod aliquomodo cum occurrit aliquid in lectionibus suis de tertia materia considerent nõ est mirum si vna auctoritas vel due vel tres non explicent ad plenũ veritatem salutis cum aliquãdo videantur alique auctoritates vel obscure vel contrarie sed deberent illas scripturas ad inuicem conferre cum omnibus prophetijs tangentibus illam materiam et deberent videre glosas et trãslatiões chaldaicas que facte fuerunt per duos doctores: qui inter eos pro magis autenticis habentur cum illi super easdem auctoritates loquantur et non est dubium quin statim illuminarentur a spiritusancto si tales conferentias scripturarum cum eorum circũstantijs facerẽt vel viderent veritatẽ sole clariorem. Unde augustinus in libro octuaginta triũ questionũ: questione lxix. non potest inquit oriri error qui palliatur nomine christiano nisi de scripturis nõ intellectis: et hoc ideo quia antecedentia et subsequentia non contulerunt vnde ibidem solet circũstantia scripturarum illuminare sententiam. Unde hereses sunt orte per se legendo que conferendo repulse sunt quia conferẽtes diuersas sententias adduxerunt que ex se inuicẽ mutuo inueniri potuerunt: qualiter essent intelligende: et hoc modo meruerunt cognoscere veritatem et venire ad viam salutis. Uenerabilis petrus alfonsi et magister alfonsus et magister iohannes et hieronymus de sancta fide de quibus sepe facta est mentio in isto volumine qui solẽnia opera fecerunt recognoscentes veritatem fidei catholice: et errorem in quo fuerant inuoluti. ¶ Tertia causa que impedit conuersionẽ aliquorum iudeorum est inordinatus amor ad vxores et filios et parẽtes. Unde expertus sum in hoc casu cum venerit ad me quidam de sapientioribus iudeis istius regni qui mecum cõferens de secretis legis, affirmauit se veraciter credere fidem christi. et quod ad hoc inductus erat diligenti studio scripturarum non solum biblie sed etiam thalmult et philosophorum. Cũque ab eo quererem quare nõ efficiabatur christianus. Respondit quod immo summe desiderabat hoc implere. Sed quia habebat patrem qui eũ tenerrime diligebat cogitans quod cũ sciret pre tristicia moreretur. Dixit quod non vincere poterat seipsum nisi faceret cum consensu patris. Dicebat etiam quod nõ erat alius modus vt predictum consensum posset habere nisi quod ego tenerem modum cum rege vt ipse caperetur, et poneretur in carcere et inde scriberet patri suo quod esset necesse quod efficeretur christianus quia aliter nõ posset euadere mortẽ. Mihi autem nõ placuit hic modus palliatus mẽdacijs in lege christi quia quicquid ipse haberet in corde de veritate fidei, populus acclamaret ipsum non fuisse factum christianum voluntarie sed compulsus carceribus et timore mortis quod non est honestum in lege christianorum quia pro veritate huius legis recipienda relinquere debet quisque patrem et matrem vxorem et filios fratres et sorores et agros vt centuplum accipiat et vitam eternam possideat. Durauit collocutio predicta inter me et predictum iudeũ fere per quattuor annos nec adhuc est factus christianus du-

stante in eo ipedimento pdicto amoris paterni inordinati. ¶ Non min⁹ etiā detinet eorū animos ne conuertātur. cupiditas inordinata diuitiarū per vsuras cū hec sit pinguis quedam acquisitio diuitiarum sine labore. Unde dicitur in thalmuth q quedam domina dixit vni rabino: q vidit q erat pulcher et gratiosus. Similis est facies tua habenti gregē porcorū vel comprestanti pecuniam suā ad vsuram. ¶ Quarta causa que impedit cōuersionē iudeoꝝ est inclinatio magna ad opiniones et constitutiones et cerimonias et consuetudines quas habuerunt et habēt in thalmuth. In quibus toto tempore vite sue fuerūt nutriti. Unde per duo exēpla hoc ostēditur de iudeis ad litterā Hiere. xiij. Primū exemplū est de nigredie ethiopis. Unde dicitur in tex. Si mutare potest ethiops pellē suā quasi dicat non potest mutare nigredinē suā. Secūdū exemplū est de pardo qui non potest mutare varietatē pellis sue. Unde dicit aut pard⁹ varietates suas: q vtrūq3 predictorū est a natura: sic est de iudeis q nō possunt reuerti ad bonū propter cōsuetudinē ad malū: quia consuetudo est quedā natura vt dicit philosoph⁹ in libro de memoria et reminiscētia. ¶ Sciendū tamen q hec similitudo non tenet simpliciter: sed tm̄ secundū quid. Illa eñ natura que est causa nigredinis ethiopis in nullo subiacet impio ratiōis: et ideo ethiops non potest illā immutare quātūcūq3 conetur ad hoc. sed habitus ex consuetudine peccandi generatus et per modū nature inclinans ad malū causatur ex inclinatōe appetit⁹ sensitiui q nat⁹ē obedire rationi. Et idō p conatū libi arbitrij ad oppositū pōt reuerti ad bonū. tm̄ cū difficultate ppt habitū inclinātē ad oppositū: et hoc dr̄ ipossibile sm̄ qd ,put dr̄. v. meth⁹. vno mō dr̄ ipossibile qd vix pōt fieri aut cū difficultate. In exēplis aūt positis de ethiope et pardo est ipossibile simplr̄ secūdū naturā. tm̄ deo non est ipossibile. verba sunt nicolai de lyra in predicto passu et in veritate magna virtus cordis ē necessaria vt possit hō declinare ab his i quib⁹ a pueritia fuit nutritus cū illa doctrina q a teneris annis est imbibita sit diuturna: nec oēs hoies sūt sufficiētes violentare pprias volūtates vt similia dimittant nisi solū illi qbus de⁹ fecit tantā gratiā vt cōtēnerent gaudia et bona tēporalia cū nihil sint in cōparatione bonoꝝ spiritualiū et amplexent verā spē saluationis aiarū suarū: et boni finalis eterne beatitudinis earū sicut pmittit venienti ad xp̄m esa. lviij. Et requiem dabit tibi dñs de⁹ tu⁹ semp. Et iplebit splēdoribus aiā tuā et ossa tua liberabit et eris qsi hortus irrigu⁹: et sic fons aqrū cuius non deficiēt aque: sic et xp̄s ait Mat. xi. Regnū celoꝝ vim patit et violenti rapiūt illud. Et iohānis. vi. Nemo potest venire ad me: nisi pr̄ meus qui misit me traxerit eum.

¶ Utrum iudei volentes conuerti sint ad fidem recipiendi.



Ecūdus pūctus ē. Utrū sint recipiēdi iudei q volunt ad fidem xp̄i conuerti hoc dico: quia multi eorū fuerunt et sunt

ita mali q multa dāna faciūt i ecclesiam dei. Uerūtñ facta diligēti examinatiōe de mō aduēt⁹ eoꝝ nō sunt repellēdi ex q voluīt itrare sub alis fidei xpiane ꝛ lꝫ nō faciāt bona intētione sꝫ ꝑpter lucrū tēporale tales baptizati sunt ꝛ recipiūt sacrm licꝫ nō rē sacramēti q est grā. tales ꝑpe saluationē sunt cū pietate dei plus q̄ illi q nō intrauerūt. nec venit eis ad volūtatē vt sub illo intrarēt. Et ꝑpter hoc dixerūt sapiētes israel q semꝑ dꝫ hō laborare in lege lꝫ nō faciat bona intētiōe: q2 ex hoc poterit venire ad bonā intētionē. Et sic iudei talit venīētes poterūt venire ad rectā itētionē fidei cū dei adiutorio vel ex vsu q exercitabunt in ea. vel q2 de⁹ faciet eis aliq̄ signa vt sic cuꝫ cognoscāt in suis opib⁹ vel q2 dabit eis aliqs tribulatiōes vt corrigant ꝛ redeāt ad bonū vel q2 addiscēt ex hoc ꝛ filib⁹ libris q ondūt radices fidei iesu xpi veri messie diligēter in eis studēdo vel ex eo q iformabūtur cōtinue a p̄dicatoribus euāgelicis fidē xpi nūciātibus: ꝛ si tales infelices fuerint indurati intrinsecus iudaica pfidia. habebūt forte eorum filij vel nepotes seu aliq̄ q ex eis procedent cognitionem huius catholice veritatis et saluabuntur.

¶ Quis sit seruandi modus iudeos ad fidem christi recipiendos.


Ertius punctus est scire q̄s modus dꝫ teneri i receptione iudeoꝝ venire volētium ad fidē xpi ne quātū possibile fuerit detur occasio maloꝝ q sentimus a spūsancto: mod⁹ ordinat⁹ est a quo q2 vt cōiter deuiant recipientes nō est mirādū si taliter receptos non experiamur veros esse xpianos et ideo recipiēdi sunt cū multa deliberatione ne ad vomitū redeant. et modus ponit in decretis de conse. di. iiij. iudei. vbi sic habetur. Iudei quorum pfidia frequēter ad vomitum redit si ad leges catholicas venire voluerint p octo menses inter cathecuminos ecclie limē introeāt. et si pura fide venire noscunt tunc demum baptismi gratiam mereant quia si casu alio periculum infirmitatis intra p̄scriptum tempus incurrerint ꝛ desperati fuerint baptizentur. ¶ Et si queras an debeat talis iudeus aliquaꝫ abstinentiam facere vel etiam dies queri signa ad sacrū conferendū. Respōdetur q vtrūq debet fieri vt pꝫ de conse. di. iiij. ne quod absit. vbi sic dicitur. Ne qd absit longa dilatio retro possit animas iudeoruꝫ reuocere fratri nostro epo loci illius loquere vt penitentia ac abstinentia. xl. dieruꝫ indita aut die dominica. Aut si celeberrima festiuitas occurrit eos omnipotentis dei misericordia protegente baptizes. Sic ergo pꝫ q iudei in die dominica vel aliq̄ solēni die dn̄t baptizari. ¶ Sed nunqd iude⁹ q est seru⁹ xpiani si baptizet fiet liber. Respondet q nō: fm Ray. sed remanet seruus q2 seruitus introducta est de iure diuino. di. xxv. dic. vi. et per ius gētiū et iure canonico cōfirmatū. xij. q. ij. ecclesiam. cōcordat gotfridus ꝛ hostiēsi. Addit Ray. q vbi de bona cōsuetudine non solent esse christiani serui consulerem q dominus in re

missionem peccatorum manu mitteret cum vel saltem ꝙ pecunia mendicata vel seruitio ad tẽpus ꝑstito secundum arbitrium boni viri redimeret se.xij.q.ij.Cum redemptor.

¶ Utrum liceat iudeos ad baptismum compellere.



Quartus pũct⁹ est si iudei sint cõpellendi ad recipiẽdũ baptismuꝫ:hic sunt duo vidẽda. Primuꝫ est de paruulis iudeoꝝ.⁊ sm de adultis iudeis. Ad pmũ rñdet sctũs. Thomas in scda scde.q.iiij.ꝙ nõ licet inuitis pentibus. Sed qñ ad annos discretionis puenerint possunt fidẽ suscipere etiã pentibus inuitis. Cõcordat guilhel.dicẽs ꝙ nec lꝫ nutricibus occulte baptizare paruulos iudeoꝝ. Si tñ in articulo mortis puulorũ hec facerẽt non credo ꝙ peccarẽt. Doctor vero subtilis scotus in iiij.di.v.dicit ꝙ pueri iudeoꝝ possũt auferri pentib⁹ inuitis et baptizari ⁊ hoc p principes legislatores.quia legislatores possunt ordinare ad salutem vniuscuiusqꝫ subditi velit nolit. Ita põt princeps eccl'ie ꝯbigr̃a. Si respublica idigeret bellatorib⁹ et iudei filios suos taliter differrẽt ꝙ essent inepti ad bellãdũ.tunc princeps posset eos auferre a parentib⁹ et ipsis inuitis posset eos facere nutriri ⁊ instrui ad bellãdum ita videt̃ in ꝓposito. Alij dicunt ꝙ nõ dꝫ fieri qꝛ eccl'ia tenet oppositũ sed hoc nihil est qꝛ quottidie possunt ab ecclesia noua institui ꝑ salute cõi. Alij dicunt ꝙ nõ debet fieri propter ꝓphetiam ysaie.qꝛ reliq̃e israel salue fiet sed hoc nõ obstat qꝛ hoc põt intelligi de fidelibus:vel qꝛ etiaꝫ possunt aliqui ĩ aliqua insula saluari. ¶ Ad secũdũ scꝫ de iudeis adult'ꝫ vtrũ sint cõpellẽdi ad fidẽ suscipiẽdã.hic dicit supradict⁹ doctor scotus vbi sup̃ ꝙ oẽs deberẽt cõpelli ad fidẽ qꝛ melius ẽ cõpelli ad bene agẽdũ ꝙ male agere impune sicut ipsi agunt.

¶ Qua pena feriẽdi sint iudei conuersi ⁊ ad propria ĩstituta redeũtes.



Quintus pũctus est qua pena sunt feriẽdi iudei ꝯuersi redeũtes ad vomitũ iudaismi. ⁊ lꝫ supradictum sit de pena qua feriri debent a iure. nunc libet hic explicare duo. Pmo q̃ pena sint feriẽdi ex lege regni. Secundo q̃ pena sint feriẽdi ex lege regni ꝑ eos instituta. ¶ Circa primuꝫ notandũ.ꝙ in hoc regno castelle est liber q̃dam antiquoꝝ regũ gotthoꝝ q̃ lingua nostra dicit̃ el.furo.nizgo. vbi libro.xij.ti.ij.c.xvij.ad litterã ꝑdictorum pena ponit̃ vt sequit̃ sicut xp̃iani debẽt cõqueri de illorũ malis q̃ veniunt ꝯ sctãm fidẽ iesu xp̃i. Ita debẽt tenere tales mõs ꝙ null⁹ hõ possit hẽre veniã q̃ dimittit meli⁹ ꝓpositũ ⁊ redit ad pei⁹. Et qꝛ audatia crudelior ⁊ mirabilior dꝫ hẽre crudeliorẽ penã ⁊ mai⁹ tormẽtũ. Jõ statuim⁹ hãc legẽ.ꝙ oĩs xp̃ian⁹ ⁊ maxime illi q̃ nati sunt de xp̃ianis siue sit vir siue mulier.q̃ ĩuent⁹ fuerit ꝙ circuncidat̃ vel ꝙ habeat mores iudeoꝝ vel q̃ sit inuẽt⁹ de cetero ꝙ de⁹ nõ mãdet redire ad iudaismũ.recipiat mortẽ a xp̃ianis vel a nobis et sic punit⁹ crudelissimis penis vt intelligant quãtum est exosum et excõ

municatum mali quod fecit. et omnia bona sua habeat rex taliter quod heredes nec propositi talium personarum non consentiant in tali errore. hec ibi. ¶ Secundo declaratur quod pena sunt feriendi ex lege per ipsosmet iudeos instituta. Unde in supradicto libro. xii. titu. ii. c. xvii. scribitur constitutio quedam sive lex. quam iudei toletani miserunt regi Sisyndo cuius tenor talis est. Noster domine potentissime ac honoratissime rex Sisyndo nos omnes iudei civitatis toletane qui subscribere habemus vel facere signa infra in hac lege salutes. nos recordamur quod bene et iuridice alio tempore nos compellabatis quod faceremus fedus et scriptum et precepto regis titilai qui iam transivit quod omnes deberemus observare et tenere fidem christianorum et sic nos omnes fecimus. Sed quia obstinatio nostre duricies et antiquitas erroris patrum nostrorum nos impedit ne credamus in domino nostro iesu christo veraciter nec teneamus fidem christianorum firmiter. Ideo nunc sponte et voluntarie respondemus vestre altitudini sic pro nobis sicut pro nostris uxoribus et pro filiis nostris: per hunc nostrum scriptum quod decetero non faciemus aliquam consuetudinem iudeorum: iudeis. qui noluerint baptizari nec habebimus aliquam societatem cum eis ullo modo non contrahemus matrimonia cum aliqua nostri generis usque ad sextum gradum. non faciemus incestum cum aliqua muliere nostri generis nec nos nec nostri filii nec nostraque generatio. sed tam viri quam femine decetero matrimonia contrahemus cum christianis non faciemus circumcisionem nostre carnis. non observabimus pascha nec sabbata sicut solebant observare ceteri iudei nec alias festivitates. non preparabimus cibos secundum eorum consuetudinem non faciemus aliquam rem quam habent alii iudei in usu et consuetudine nec quomodo ipsi vivunt sed omnes credimus cum munda fide et cum magna voluntate et cum magna devotione iesu christi filii dei vivi secundum quod evangelia et apostoli mandant. Et illum confitemur et honoramus omnes tenemus hanc sanctam legem christianorum veraciter tam in diebus festivitatum quam in matrimoniis et cibis et in omnibus aliis moribus: nec dolum aliquem nec aliquam rationem tenemus contra eam ex nostra parte quum in non impleamus et faciamus omnia que promisimus ¶ De carnibus porci promittimus observare quod si non poterimus comedere quia non habemus eas in consuetudine semper tamen omnia que cum eis cocta fuerint comedemus sine tedio et sine omni nausea. Et si aliquis de nobis inventus fuerit qui faciet contra ea que supradicta sunt vel contra minimum eorum vel quod ausus sit aliqua facere contra fidem christianam. vel si moram fecerimus in faciendo ea que promittimus verbo seu facto iuramus per illummet patrem et filium et spiritum sanctum qui est unus deus et trinus quodque quecunque omnium qui inventus fuerit transisse predicta vel aliquid eorum quod nos eum comburemus vel lapidabimus. ¶ Et si forte pietas vestra voluerit eius salvare vitam statim sit factus servus et quod detis ipsum et omnia bona sua cui volueritis pro semper. vel quod faciatis de eo et de bonis suis quod volue-

ritis.non solum quia habetis potestatem regis sed quia vobis concedimus per hunc nostrum scriptum. et istud fedus ⁊ scriptum fuit factũ transanctis.xij.dieb⁹ kalen̄. marcij i.vi.ãno quo vos regnastis: hec ibi.
¶Ecce vidimus qua pena feriēdi sunt iudei redeūtes ad iudaicas cerimonias vel ad instituta eorum nō solum ex lege regia sed etiam ex lege per eos statuta. que ciuitatum et locorum totius regni ꝙ iudeos ciuitatis toletane. cum illa imperialis ciuitas ab antiquo nominetur nec maioris conditonis sunt alij iudei alibi conuersi ꝙ toletani. Credo ꝙ si vera fieret inquisitio p̄sertim isto tempore ꝙ innumerabiles ignibus traderētur de his qui iudaizare realiter inuenirentur. qui si hic non puniantur crudelius ꝙ publici iudei eternis ignibus cremabuntur.

¶Quomodo iudei recepturi sunt antichristum.



Sextus punct⁹ est videri quomodo iudei recipient antixp̄m ⁊ decipientur ab eo. Erit enim antixp̄s s̄m sanctos nequissimus qui nascetur in babylone siue generabitur de tribu dā. Un̄ super illō gen̄.xlix. via dan coluber in via. Beatus ysidor⁹ supra pentateucō dicit: ꝙ ē hoc intelligendū de antixp̄o ⁊ propterea illa tribus non annumeratur in numero signatorum Apo.vij. sup quo dicit Beda. ꝙ dā. pretermisit quia de illa tribu nasciturus est antixp̄s. cuius aduentus vt ait apostolus. erit s̄m operatiōe; sathane qꝛ totum faciet instigante dyabolo q̄ illū possidebit atq; cooperante. nec tamē ita possidebit eū ex toto vt veniatur ei sicut humanitati diuinitas in xp̄o. nec ita vexabit eum vt careat rationis iudicio alioquin nō imputaretur ei quicq̄d ageret sicut furibundo. ¶Commestor quidem dicit ꝙ a principio conceptionis illius diabolus in vtero matris eius descendet cuius virtute deinceps aletur puer et nascetur et adolescet. Sed dicūt alij et forte melius et verius ꝙ more ceterorum hominum a die cōceptionis sue habebit angelum sui custodem vsq; ad annum discretionis tunc extolletur super omne quod dicitur esse deus et angelorum presidio penitus deserto occupabit eum diabolus qui ideo tunc soluēdus dicitur. quia totam potestatem suam antiquam sibi relaxatam per illum exercet et pro voluntate sua inclinabit eum ad malum sicut possessor ad libitum suum trahit iumentum et in cunctis malis artibus instruet eum. Cum ergo venerit iste impius antixp̄s filij israel qui ab alexādro inter montes Caspios in plaga septētrionali sup occeanum vbi nūc est finis imperij magni canis inter duo castra dicta guth et maguth fuerūt inclusi vt refert magister hystoriarum et s̄m iosephum facto terremotu in conspectu p̄ncipis mōtib⁹ cadētib⁹ sup mōtes ibidē p̄ti mōtib⁹ p̄ti muro idissolubili ⁊ port̄ ferreis obserati q̄ adhuc ibi dicunt̄ eē incantati. nudi incendētes carnibus crudis ⁊ arborꝫ fructibus viuunt et in maximo numero consistunt intantū vt s̄m aliq̄s possent.xxiiij.regna implere. q̄ etiā

quadam celesti virtute et montium portarũ ꝛ muroꝝ firmitate ꝛ impera toris de catayo scꝫ magni Canis vel regine Amosonum milicia obserati exire nequeunt: excepto dumtaxat qꝛ pro monstro ipse magnus canis ali quos de eis quãꝗ portis apertis extra hit ꝛ mirabili gratia in exercitu suo secum ponit. Isti predicto antixpo ad iungentur virtute quoꝝ regnabit ꝛ erit monarcha potentissim⁹ Et congre gatis aliis iudeis qui sunt per orbeꝫ dispersi veniens hierosolimã circũ cidet se dicens iudeis se esse xpm ip sis in lege pmissum: ꝛ xpm vero nrm fuisse deceptorem ꝛ magũ. oẽs itaꝗ iudei accedentes ꝛ ei adherentes cõ fluent ad ipsum: qꝛ ipsi nimio deside rio feruent de aduentu messie p quẽ expectant a captiuitate liberari de cepti signis ꝛ allecti promissis. et qꝛ videbunt eum omni prosperitate et gloria clarescere regesꝗ subiugare Ideo illi longo excecati errore eum tanꝗ verum messiam suum recipient ꝛ vt deũ colent: ꝛ tanꝗ rex ꝛ dñs ab ipsis metuetur. Et propterea aposto lus. ij. ad Thes. ij. vocat eum hoiem peccati. filiũ perditiõis qui aduersa tur ꝛ extollitur supra omne qđ dicit deus. Aut ꝙ colit ita vt in tẽplo dei ipse sedeat quod edificabit in hieru salem scđm quosdã: vel vt verius lo quar scđm alios ipse sedebit tẽpluꝫ dei: ostendens se tanꝗ ipse deus sit. hoc est ꝙ dicit beatus Aug. xx. de ci. dei. c. xix. ꝙ illud ꝙ nos habemus de antixpo in templo dei sedeat. greci habent in templum dei sedeat. tanꝗ inquit aug. ipse sit templum dei. i. ecclesia. ex quo dicto accipitur argu mentum ꝙ antixps erit falsus xpia nus et finget se virum ecclesiasticus accõmodati⁹ nocẽdum qꝛ in tẽplum dei. i. in modum ecclesie. ait aug. hoc ideꝫ vult frãcisc⁹ de maronis in. iiij. di. xlviij. q. ij. allegãs aug. vbi s. ipse etiam vt facilius xpianos ꝛ iudeos ad ritũ suũ attrahat diẽ dñicũ in fa uorẽ xpianoꝝ. ꝛ diem sabbati in fa uorem iudeoꝝ faciet custodiri vt pꝫ in decretis de ꝯse. di. iij. ꝯuenit. Sic ergo pꝫ quõ iudei decipientur ab anti xpo ꝛ quõ recipient eum vt messiam suum et colent.

¶ Quomodo cognoscent se per an tichristum deceptos.



Eptimus pũct⁹ est scire quõ iudei cogno scent se deceptos per an tixpm ꝛ quomodo conuer tentur finaliter ad fidem catholicaꝫ Notãdum ergo ꝙ postꝗ iudei rece perunt antixpm tanquã messiaꝫ suũ decepti ex his que dicta sunt in pce denti puncto tunc mittet deus ad co rum ꝛ aliorum multorum conuersio nem Helyam ꝛ enoch qđ erit iter oc cultum aduentum antixpi qui est p natiuitatem ꝛ manifestum ei⁹ aduẽ tum qui est per predicationem ꝛ ap tam persecutionem. Tunc ergo pre dicti helyas ꝛ enoch qui viui adhuc in padiso terrestri reseruãtur veniẽt ꝛ manifeste se ostẽdit in hierlm ꝛ in cipit publice predicare ꝯtra antichri stum destruentes eius pcessum et de clarantes manifeste eius deceptio nes ꝛ astutias dyabolicas. Ipsumꝗ coram omni populo arguent menda cem et fallacem ostendent: ꝛ aperiẽt thezauros absconditos iudeis de ve ritate salutis fidei iesu christi: et fi

vt dicitur Malachie vltimo. Conuertent corda patrum in filios. Glosa ad instructionem posteriorum de fide saluatoris in quem et ipsi crediderunt. et corda filiorum ad patres eorum glosa. qui percipient fidem quam illi habuerunt. Unde iudei et christiani pari religione tunc in christum consentient. Sic ergo iudei cognoscentes se fuisse deceptos in christum credent pro ipso mori parati erunt vt dicit Methodius capitulo. xliiij. milia virorum ex omni tribu israel pro christo interfecti. ¶ De predicatione autem Helye et enoch et facta conuersione eorum scribitur Apoca. xj. Dabo duobus testibus meis scz helye et enoch et prophetabunt id est predicabunt diebus mille ducentis sexaginta. glosa id est tribus annis sicut ipse christus predicauit: amicti saccis. i. predicantes penitentiam et exemplum ostendentes: hi sunt due oliue id est spiritu sancto vncti: et duo candelabra idest lumen dantes aliis. Tunc videns antichristus se confusum et quod detecta est eius malicia exibit in publicam persecutionem et occidet eos in hierusalem et iacebunt corpora eorum in plateis tribus diebus et tribus noctibus et dimidio quia nullus audebit sepelire corpora eorum metu antichristi vt quicunque viderint timeant eis conformari. Occisores autem eorum leti erunt propter mortem eorum. Sed post tres dies et dimidium resurgent et occisores audient voces angelorum dicentium helyas et enoch attendite huc et ipsis videntibus ascendent in celum in nube et istud multum confirmabit iudeos conuersos ad fidem christi per eos Sed et amplius confirmabuntur per mortem antichristi qui secundum quod dicit glosa super apostolum tribus annis et dimidio regnabit. Unde danielis. xij. Jurauit angelus per viuentem in eternum quod in tempus scilicet vnius anni: et tempora scilicet duorum annorum: et dimidium temporis. i. dimidium anni scz regnabit antichristus: et idem dicit glo. quod hoc spacio dicitur desolatio duratura sub antichristo. Quare autem ita modicum regnabit declaratur a christo Mathei. xxiiij. vbi dicitur quod nisi breuitati fuissent dies illi non fuisset salua omnis caro: super quo dicit glosa quod hec tribulatio quanto ceteris grauior tanto erit breuitate mediocrior. Et gregorius quia enim et superbus et infirmus aspicit eos dies quos singulariter malus intuit misericorditer breuiabit. In fine vero predicti temporis collocabit papilionem et solium suum antichristus in monte oliueti. Et tunc dominus noster iesus christus: vt ait Ambrosius ostendet se ei et interficiet eum spiritus oris sui: idest virtute precepti sui. Ipso nanque iesu clamante in aere moriatur antichristus per michaelem vt dicitur fulminatus. maxima quoque pars suorum vt legitur a michaele interficietur et hoc viso erit finalis et totalis conuersio siue confirmatio conuersionis iudeorum ad fidem christi. ¶ Et si queras vtrum occiso antichristo statim christus veniet ad iudicium. dico quod non sed secundum glo. danielis. xij. concedentur. xl. dies ad refrigerium sanctorum et penitentiam subuersorum Quantum autem sit spacium inter istos quadraginta dies et finem mundi

di nemo scit. Sed quid fiet de ministris antichristi qui remanserũt post eius mortem dicitur ꝙ gaudebunt ducentes vxores ⁊ dicentes licet princeps noster mortuus sit tamen habemus pacem ⁊ prosperitatem. et cum talia dixerint repentinus super eos veniet interitus: ⁊ extunc ecclesia vsq̓ ad finem mundi conquiescet pacificata. quia extunc fraudulentia ⁊ seuicia dyaboli cessabunt. ¶ Uisum est ergo quomodo iudei cognoscent se deceptos ⁊ quomodo conuertentur finaliter ad fidẽ iesu christi. ¶ Sed dicet aliquis nunquid hec finalis iudeorum conuersio fuit a prophetis prenũciata dico ꝙ sic. Et primo hec prenunciauit ysaias in. c. x. vbi sic habetur si fuerit populus tuus israel sicut arena maris reliquie conuertentur ex eo: super quo dicit targuz. Si fuerit populus tuus israel multus sicut arena maris residuuz ꝙ neq̓ peccauit: vel ꝙ penituerit de peccato conuertetur. glosa rabi. Etiam si fuerit israel sicut arena maris ꝓpter multitudine ego conflabo eos vt argentum ⁊ redigentur in modicum residuum. Residuum vero [illius] modicum conuertetur ad bonum. Causa vero conuersionis in fine mundi ponitur in pereth heleus. capi. Causa vero couersionis scriptum est abacuch. ij. quoniam adhuc visio ad terminum et loquetur ad finem et non mentietur si tardauerit' rex iste: messias expecta eum: quia veniens veniet et non tradabit. Et forte dices ꝙ nos sumus expectantes et ipse nõ immo sicut dictum est ysaie xxx. propterea expectat vos ⁊ vt misereat vestri. ex quo igitur ipse est spectans ⁊ nos sumus expectãtes qui retarda regula iudicij ẽ retardãs nos cur expectamus ad recipiendũ mercedez sicut dictum est ysa. xxx. Beati oẽs q͂ spectant eũ. dicit rabi. Consummati sunt oẽs termini vel fines ⁊ non pẽdet res nisi in penitenta ⁊ in bonis operib' Rabi elyazar dicit si israel fecerint ponitentiam redimentur: si autem non: nõ redimentur: sed deus sanctus ⁊ benedictus constituet eis regem cuius statuta erunt durissima sicut aman ⁊ reducet eos ad bonum. huc vsq̓ thalmuth transumptiue in pugiõe in parte finali. c. vlti. ¶ Secundo introducitur osee ꝓpheta qui in ca. iij. scđm expositionez magistri Nicolai de lyra declarat duo. sc3 statum iudeorum ab ascensione xp̄i vsq̓ ad finem seculi ⁊ eorum conuersionẽ finalez. De primo dicit dies multos expectabis me hoc dicit in signuz ꝙ plebs iudaica spectaret messiaz ⁊ adhuc spectat: non fornicaberis hoc dicit q2 non seruiunt ydolis ⁊ non eris cum viro. i. cum xp̄o a quo est modo sepata propter suam incredulitatez hic est ille vir de quo dicit hier. xxxi. Femina circumdabit virum gremio vteri sui: sequitur sed ego expectabo te. loquitur in persona dei qui expectat iudeorum finalem conuersionẽ consequenter hec declarat per ꝓdigiale factum dicens quia multos q͂si dicat factum predictum designat ꝙ dies multos sedebunt. i. manebũt filij israel sine rege. i. sine principe sic videmus ꝙ non habent de se regem nec principem sed alienis regibus et principibus seruiunt et sine sacrificio. i. sine altari quia non possunt sacrificare extra hierusalem a

quia sunt expulsi et templum destru-ctum et sine ephot.i.sine veste sacer-dotali quia sublatis sacrificijs cessat vsus vestis et sine serephin idest ima-ginibus in quibus demones solent dare responsa apud iudeos non sunt talia ecce iudeorum status ab ascen-sione domini vsque ad finem. Sequi-tur secundum scilicet iudeorum finalis conuer-sio et post hec.i.post iudeorum abie-ctionem et excecationem reuertentur filij israel scilicet ab errore suo: et querent dominum deum suum scilicet deuote et dauid idest dei filium iesum christum et quod sic de-beat intelligi patet per translationem chaldaicam apud hebreos autenticam que sic habet. post hec reuertentur filij israel et querent cultum dei sui et obe-dient messie filio dauid regi suo. Se-quitur in textu et pauebunt ad domi-num scilicet ipsum reuerendo et ad bonum eius scilicet timendo declinare ab eo quod bonum est in oculis ipsius et subdit tempus in nouissimo dierum.i.circa finem mundi implebitur istud. Patet ergo quod finalis conuersio iudeorum fuit a prophetis prenunciata ac etiam inter medium tempus.

¶ Utrum certis iudicijs et quibus anti-christi cognosci potest aduentus.



Ctauus et vltimus punctus huius considera-tionis vltime tertij libri e-an tempus antixpi quo iudei sunt conuertendi possit deter-minate cognosci. Respondetur quod pre-sumptuosum est huiusmodi viatori quocum-que modo hoc velle inuestigare cum ipsa suprema veritas hec voluerit nos nescire quod beatus augu.xviij de ci.dei.c.liij.declarans dicit de an-tichristi tempore quando erit impo-tune omnino queritur: si etiam nobis hoc nosse prodesset: a quo melius quam ab ipso deo magistro interrogantibus discipulis diceretur: non enim siluerunt inde apud eum sed a presen-te quesierunt dicentes: domine si in tempore hoc restitues regnum israel At ille non est inquit vestrum nosse tempora vel momenta que pater po-suit in sua potestate: non vtique illi de hora die vel anno sed de tempore in-terrogauerunt quando istud acceperunt re-sponsum: frustra igitur annos qui re-manent huic seculo computare vel diffinire conamur. cum hoc scire non esse nostrum ab ore veritatis audia-mus: quos tamen alij quadringentos Alij etiam mille ab ascensione domi-ni vsque ad eius vltimum aduentum compleri posse dixerunt. quemadmo-dum autem quisque eorum astruat opi-nionem suam longum est demonstra-re et non necessarium. coniecturis quippe vtuntur humanis non ab eis ali-quid certum de scripture canonice au-ctoritate profertur. Omnium enim de hac re calculantium digitos resol-uit et quiescere iubet ille qui dicit non est vestrum nosse tempora vel momen-ta. hec ille. ¶ Huic sententie Augu. concordat falsitas eorum qui tempus certum determinauerunt cum tam supradicti: quod etiam alij de quorum numero fuit arnaldus deuilla noua qui in tractatu quem fecit de fine se-culi determinat quod antichristus erit venturus in quartodecimo centena-rio a natiuitate christi. et patet quod su-mus iam vltra per.lxxv.annos. Quidam etiam alius magnus predicator per or

dem discurrens circa annum domini Mil.cccc.x. in sermone. Ecce hic positus est in ruinam: declarauit tempore suo iam natum esse antichristum per plures visiones et exempla cuius oppositum patet. Unus alius parisien. conclusionem posuit affirmatiuam quod anno domini Mille.ccc.viij. et dimidio debebat apparere et publicari mundo et anno domini Mille.ccc lxxviij. et dimidio erat nasciturus. patet manifeste in assignatione temporis aduentus antichristi omnes istos defecisse et deficient quicunque alii presumpserint predictum tempus assignare. ¶ Sed dicet aliquis diligens scire licet tempus determinatum presumptuosum sit assignare. non tamen erit illicitum signa inquirere ut his cautiores reddantur fideles. Dico quod verum est non tamen inquiri debent talia signa curiositate sciendi: sed animo seipsum et alios edificandi in timore dei. ¶ Sed nunquid aliqua talia inueniuntur certa propinqui eius aduentus. Dico quod in sacra scriptura inueniuntur prenunciata nouem signa precipua propinquitatis aduentus antichristi. Primum signum est totius mundi generalis perturbatio: de quo Daniel prophetauit in capi.xij. veniet tempus quale non fuit ab illo tempore quo gentes ceperunt esse usque ad tempus illud quod exponens christus. Mat. xxiiij. dicit quod erit tribulatio magna qualis non fuit ab initio mundi: et ibidem declarando que erunt iste tribulationes: dicit quod surget gens contra gentem et regnum aduersus regnum. pestilentie et fames et terremotus erunt per loca terroresque de celo. etc. Secundum signum est scisma ecclesie crudelissimum de quo dicit apostolus. ij. ad Thessalo. ij. Qui tenet nunc teneat donec de medio fiat: super quo beatus Augusti. xx. de ciuitate dei. capi. xix. dicit quid dixerit scilicet apostolus me prorsus fateor ignorare: et ibi recitat Augusti. multorum suspitiones circa istud quidem enim dicunt ipsum paulum voluisse hoc dicere de romano imperio ad vitandum calumniam. alij autem credunt neronem antichristum futurum et resurrecturum. Alij autem nondum mortuum sed occultatum donec suo tempore reueletur et restituatur in regnum. dicit tamen ibi Augustinus quod mira est sic opinantium temeritas. Sed istud dictum difficile ibidem pertractans dicit sic non absurde intelligitur qui tenet scilicet imperium teneat donec de medio fiat: id est tollatur de medio per antichristum ipsum imperium vel aliter inquit. donec de medio ecclesie exeat ministerium iniquitatis quod scilicet nunc est occultum.

¶ Ex prima autem expositione accipitur argumentum quod antichristus pugnabit contra romanum imperium et tunc oportet quod ille imperator sit fidelissimus qui resistit ei. Ex secunda sequitur quod malum illius persecutionis orietur ab ecclesia vt infra ipsam sit prius pugna intestina. Has duas illationes ponit francíscus maronis in suis floribus de ciuitate dei capitu. quo supra. Et predicta malicia nihil aliud videtur esse nisi scisma grauissimum in ecclesia dei siue discessio a fide. Istud est ergo signum precipuum quod debet preuenire antichristum iuxta illud. ij. ad Thessa. ij.

Nisi venerit discessio primum: et reuelatus fuerit homo peccati filius perditionis &c. quod exponunt doctores de discessione a fide: q autez sit istud signum manifestatiuu eius aduetus patet: quia postq dixit qui tenet nunc teneat donec de medio fiat statim subiungit: et tunc reuelabitur ille iniquus. ¶ Tertiu signu e multiplicatio vitiorum de quo christus ait. Mat. vicesimoquarto et quia abudabit iniquitas refrigescet charitas multorum. sic apostolus dicit. ii. ad Thimo. iii. capi. In nouissimis temporibus instabunt tempora periculosa et erunt omnes seipsos amantes. cupidi elati blasphemi: paretibus inobedietes: ingrati: scelesti: sine affectione sine pace: criminatores incontinentes. Immites sine benignitate: proditores: proterui: tumidi: voluptatum amatores magis q dei. habentes speciem quidez pietatis: virtutem eius abnegantes. ¶ Quartu signum est neglectio sine contemptus sane doctrine de quo. ii. ad Thi. iiii. erit eni tempus cum sanam doctrinam non sustinebunt: sed ad sua desideria coaceruabunt sibi magistros prurientes auribus: et a veritate quidem auditus auertet: ad fabulas autem conuertentur. ¶ Quintu signu est perturbatio omnis prelature spiritualis et terrenalis iurisditionis de quo Danie. iiii. In tempore illo non erit priceps: neque propheta: neque dux in populo meo qui scilicet obseruet veritatem vite iusticie et doctrine.

¶ Sextum signum est vindicatio diuinalis per flagellum et correctione de quo Ezechie. vii. Uenit tempus prope est dies occisiois qui emit no letetur et qui vendit non lugeat: quia ira super omnem populum. ¶ Septimum signum erit cessatio verbi diuini quo mentes obscure et tenebrose ad verum lumen gratie reducuntur: deuiantibus ostenditur salutis via: et errantibus manifesta fit semita veritatis: hec omnia appropinquante tempore antichristi ob defectuz diuini verbi de mentibus hominum disperibunt sicut notat beatus bernardus in suo euangelio eterno non in solo pane viuit homo: allegans illud Apoca. viii. Et cu agnus aperuisset septimum sigillum factu est silentium in celo quasi media hora. Septimum nanque sigillum vt dicit septimum est iudicium in ecclesia dandum: quidnam per celum nisi ecclesia dei exprimitur cuius equidem multitudo per conuersationem celestis esse deberet quid hoc silentium nisi defectio verbi dei. Nam et multi apparent predicare. verbum tamen dei adulterantes seipsos predicant non dominum iesum christu. Sed notanter hoc silentium merito media hora fieri dicitur: quia inter perfectionem institutionis christi et sue radiose doctrine et vite: et difformitatem auersionis et dyabolice cecitatis qua auertet antichristus multitudinem christianorum post flagitia variis modis quasi medius status est cum lumine veritatis silentium imponitur et vox ignorantie per facti euidentiam incipit exclamare sicut in Gen. xviii. capi. de sodomitis et gomorreanis scriptuz est. Clamor sodomorum et gomorreorum multiplicatus est. Gomorra eni cecitas et sodoma pecus silens interpretatur

Ex hac namq; abysso ignorantie dei et malicie mūdi successum sumet et prosperabitur antichristus sicut Apocaly. xi. capi. scriptum est. bestia id est bestialis et crudelis. antichristus ascē det de abysso id est prosperabitur et successum habebit ex ignorātia mūdi qui iure abyssus poterit appellari: quia mundus tunc propter defectū diuini verbi ignorantia plenus erit in cūctis bonis. propterea Job. xx. capitulo ait dicit abyssus: id est priuata ignorantia non est in me lumē scz alicuius necessarie veritatis hoc sibi. ¶ Octauum signum est dubitatio in fide et pullulatio erroris et deceptionum de quo dicitur prima ad Thimo. .i. In nouissimis temporibus discedent quidem a fide attendentes spiritibus erroris: et doctrinis demoniorum in hypocrisi loquētium mendacium. ¶ Nonum signum est destructio ecclesie [illegible] de quo prophetauit Johannes Apocaly. xii. q mulier id est ecclesia fugit in desertum vbi alitur a deo per tempus: et tempora et dimidium temporis. Hec nouem signa propinqui aduentus antichristi ex sacris scripturis colligere potui: videat et contempletur diligens lector si forte mundum in presenti inueniet aliquibus de predictis signis vulneratum: et recurrat diligentissime ad fortissimum defensorem iesum christum dominū nostrū q est turris fortitudinis a facie inimici cuius singulari presidio fides christianorum inuiolabilis sine fine perseueret.

¶ Finis.

¶ Incipit liber quartus de sarracenorū bello.













Viriliter vt deꝰ tradidit dissoluto iā expiri opꝫ ī hoc libro iiij. sarracenoꝝ vires q̄d scꝫ cōtra nostrum fidei fortalicium pos sint. Pro cuiꝰ declaro intellectu. xij. ꝯsidera tiōes occurrūt ītelle ctui ptractādē ꝗrum prima erit de origine machometi. Secūda de vi ta ꝛ moribꝰ machometi. Tertia de q̄litate doctri ne ꝛ legꝭ machometi. Quarta de fundamēto legꝭ machometi. Quinta de concordātia ꝛ discordātia legis machometi cū lege christi in articulis fidei ꝛ sacramentis. Sexta de morte machometi. Se ptima de successoribꝰ machometi. Octaua de bel lo sarracenorum per rationes contra nomē chri stianum ꝛ contra veritatem vtriusq̄ legis scꝫ chri sti ꝛ moysi. Nona erit de bellis ꝛ triumphis sarra cenorum ꝛ christianoꝝ per arma corporalia vsq̄ in presens tempus. Decima est de possessione ter re sancte per sarracenos. Undecima est de his ad que compelli debent sarraceni viuētes inter chri stianos de iure ꝛ de his ad que compelli debēt ex ordinatione regni. Duodecima erit de fine legis sarracenorum ꝛ de eorum perpetua seruitute sub iugo xpianorum.

¶ De origine machometi.










Rima consideratio huius quarti libri est de origine machometi que tribus explicatur articulis. Primus est de origine machometi quo ad genus et locum. Secundus de origine secte eius quo ad auctorem. Tertius de origine vtriusque quo ad tempus.

¶ De origine machometi quo ad genus et locum.


Rimus articulus est de origine machometi quo ad genus et locum. Circa quod notandum quod machometus originem trarit ex hismaele filio patriarche abrahe ex agar ancilla. Iste hismael fuit ydolatra pessimus quem deus eiecit a domo paterna iussitque morari in deserto pharan Gen. xxi. cum vocatis. Hic fuit palustris sagittarius ibidem eo. ca. Habuitque vexillum altissimum in quo scriptum erat superbia vite sub quo ipse militauit continue et innumerabiles homines ab eo decepti. Hic genuit cedar de quo Gen. xxv. qui genuit hamel, qui tebich, qui hamessa, qui adech, qui adue, qui adne, qui machack, ydolatram pessimum: qui sacrificia fecit filio suo nisar vt pz in libris generationis mahurith. Iste nisar fuit secundus angelus sathane post hismaelem habens vexillum altissimum in quo scriptum erat vanitas mundi sub quo ipse continue militauit et innumerabiles ab eo decepti. Hic genuit muzar, qui alien, qui emosera, qui melich, qui vain, qui luhe, qui galibe, qui caph, qui mirra, qui coidal, qui abdemenoph, ydolatram pessimum qui habuit artem hismaelis et vexillum nizaris et claues omnium ydolorum meche vt pz in lib. generationis mahurith. Abdemenoph vero genuit abdemutalipb, qui abdala: qui machometum ex enima vxore que fuit filia hasiop, que concepit et peperit predictum machometum in villa quadam que dicitur tirarip. que est prope mecham in arabia. Iste fuit tertius dyabolicus angelus pro confusione generis humani qui habuit vexillum altissimum in quo scriptum erat concupiscentia carnis sub quo ipse militauit vsque ad mortem. Omnesque sectatores sui damnatissime sue secte nec mirum si pessimus fuit: quia secundum apostolum si radix sancta et rami et per oppositum. Si radix pessima qualis fuit hismael et ramus scilicet machometus pessimus fuit. Et sic pz origo machometi quo ad genus et locum.

¶ De origine secte machometi quo ad auctorem.


Ecundus articulus est scire quo auctore secta machometi originem habuit. Circa quod aduertendum quod predictus abdalla pater machometi habebat magnam familiaritatem et societatem cum quodam iudeo astronomo: qui valde peritus erat in scientia astronomie. Erat etiam doctus non solum in lege iudeorum sed etiam christianorum et accidit sic quod illo anno quo enima concepit machometum fuit magna siccitas per omnem terram arabie intantum quod terra non poterat arari nec seminari sic quod iam omnino deficiente pane nihil aliud comedebant nisi herbas et radices camporum. Cum vero venit tempus quo enima peperit filium pre-

dictus iudeus aspexit et signauit cõcordantiam stellarum ⁊ planetarum super natiuitatem pueri. ⁊ intellexit per illã ꝙ puer ille debebat esse homo fortis et potens in regno ⁊ lege. Et cum hoc accidit abdolla non erat in terra illa. quia iuerat in hierusalem ad faciendum orationez sicut tunc erat consuetudo. Sed cum rediit narrauit sibi iudeus ille astronimus quicquid intellexerat de facto pueri et post hec diebus paucis elapsis mortuus fuit abdolla in eadem villa de itrarip. et eo tempore quo natus est machometus erant Arabiani ⁊ affircani in magno cogitatu quia nesciebant certitudinaliter ad quã credentiarũ se attinerent si ad credentiam xpianorũz vel iudeorum seu ad sectã arreanorum. Et cũ esset machometus quattuor annorũ dixit iude⁹ astronimus mentiendo ꝙ venerant duo angeli ⁊ extraxerãt cor machometi et eo diuiso per medium ꝙ extraxerant ab eo vnum coagulum sanguinis et deinde ꝙ lauerant eum multum bene cũ aqua clarissima ⁊ pulcherrima ⁊ post hoc qđ ponderauerant illud cum cordibus decem hoĩm qui erant sue gentis. et deinde cum mille cordibus aliis ⁊ ꝙ semper inuenierunt ꝙ cor machometi ponderabat plus ꝙ̃ omnia alia et ꝙ vnus angelus illorum dixit alteri si istud cor fuerit positum in põdere cum omnibus cordibus omniũ hominum ꝗ sunt in arabia excedet in pondere omnia alia. Et ille iudeus dixit mentiendo ꝙ hoc dixerit sibi archangelus gabriel in visione. Cũ autem machometus esset octo annorum mortua matre. et auo eius. Abdemuthaleph cepit eum in custodia Abutalip auncul⁹ eius frater patris sui ⁊ hic Abutalip tradidit eũ docẽdum predicto iudeo astronimo q̃ instruxit eum in scientiis naturalibus ⁊ in legibus iudeorũ ⁊ xpianorũ. Et q̃ doctrĩa tũc habita cepit ea q̃ postea interposuit in illa mala secta quã cõposuit ad perditionẽ animarũ in eo credẽtium ordinatam. ¶ Addit etiã huic ꝙ cũ esset machomet⁹. xxv. annorum tendẽs in egyptũ ꝓ quibusdam mercanciis exercendis morabat̃ ibidem cũ iudeis ⁊ xpianis ibi existẽtibus aliquo tpe anni. specialiter cum quodam monacho de anthiochia cuius nomen erat iohãne s quẽ in specialẽ amicũ habebat qui erat hereticus et ab illo malo monacho habuit multa tam de noua lege ꝙ̃ de veteri ad defensionem sui contra iudeos et xpianos quomodo disputaret cum illis quia quicquid eum docebat predictus monachus totum erat contra deum ⁊ legem eius ad modum heretici. Fuit etiam discipul⁹ Sergi monachi. qui fuit heretic⁹ arrean⁹. Hic Sergius in errorez nestoriĩ incidẽs dum a monachis fuisset expulsus in arabiam venit ⁊ machometo adhesit Cunctꝗ de veteri testamento et nouo plura edocuit vt tradunt: ex quibus satis patet vnde traxit ortum secta pestifera machometi quia a iudeo: et monachis hereticis ⁊ dyabolo pñcipaliori magistro.

¶ De origine machometi ⁊ sue secte quo ad tempus.



Ertius articul⁹ est de origine machometi ⁊ sue secte quo ad tẽpus. Et licet

multi multa dicant: tamen commu-nius tenetur quod incepit circa finem temporis Eraclij: qui imperauit post focam et habuit victoriam de filio cosdre circa flumen danubij et inter-fecit bestiam illam que habebat ca-pita septem et septem diademata et decem cornua de qua dicitur Apoca lipsi. xij. Bestia illa fuit rex cosdre be stialiter viuens. habebat enim capi-ta septem idest sex reges sibi subie-ctos et ipse erat septimus. Septem dyademata erant insignia regia il-lorum regum. Cornua decem erant decem acies in suo exercitu. Unde primo machabeorum acies ordinata ad bellandum vocatur cornu vbi di-citur bachides autem erat in dextro cornu. Hic cosdre fecerat turrim ar-genteam in qua intermicantibus gem-mis posuit thronum suum ex auro. posuit etiam ibi quadrigam solis et lune et per occultos meatus et fistu-las aquas adduxerat vt quasi deus pluuiam videretur infundere et cum subterraneo specu equis in circuitu trahentibus circumacta turris fabri ca moueri videbatur et quasi quodam modo rugitum tonitrui iuxta possi-bilitatem artificis mentiebatur Oc cisa est autem ista bestia per eraclium filio deuicto. quia noluit salutiferis monitris christianissimi principis ac quiescere: argentum vero turris illius dedit militibus suis. Aurum vero ac gem-mas idest vasa et reliqua vtensilia ad restaurationem ecclesiarum quas tirannus destruxerat reseruauit. et lignum sancte crucis quod predicta bestia in predicta turri tenebat hie-rosolimam reportauit Unde ipse ra-puerat vt patet in historia exaltatio nis sancte crucis. ¶ Circa finem vero huius preclarissimi principis venit machometus et signatur tem-pus Apoca. xiij. Ubi dicitur qui ha-bet intellectum computet numerum bestie id est machometi qui bestia-lis in vita sua fuit vt dicetur. nume-rus enim hominis est et numerus eius est. dc. lxvi. scilicet anni. Sed ad quid referatur iste numerus patet quod non refertur ad numerum annorum vite ipsius quia non tantum vixit. sed se xaginta tribus annis vt patet in spe culo historiali propter quod alij di-xerunt quod refertur ad durationem le gis eius que tantum debet durare. Sed hoc non videtur verum quia lex illa fuit data circa finem tempo ris eraclij vt dictum est qui cepit im perare anno domini sexcentesimode cimotertio et imperauit trigita an-nis. a fine autem huius temporis vsque ad presentem annum qui est. M. cccc. lix. fluxit maior numerus vt patet consideranti. et tamen adhuc durat lex machometi. propter quod alij di cunt quod post mortem machometi lex eius fuit correcta per sapientes sar racenos et ab illa correctione debet incipere numerus annorum duratio tionis legis illius. Sed hoc non vi detur probabiliter dictum tum quia non diceretur lex machometi. sed sa-pientum: tum quia illi sapientes di cuntur fuisse discipuli machometi et sic eius correctio non fuit post da-tionem a machometo per corpus no tabiliter magnum et sic ab illa iam fluxerunt vltra numerum illum vt patet intuenti. et tamen lex machometi non videtur ita propinqua cessatio-ni; cum nouiter gens eius occupauerit

bulationibus qui bonos permittit tribulari: vt de iob ⁊ thobia sacra scriptura exemplariter ostēdit vel forte quia indiscrete se cōmisit predicto certamini non tantū de deo quantum de sua potētia confidēs. Unde predictus imperator bonus catholicus fuit ⁊ modestus. Primum quoque quod fecit iusta ⁊ debita vindicatio patris sui: quoniam omnes quos in mortem patris conspirasse comperit: crudeliter interfecit. ⁊ ecclesias que a tēpore eraclij proaui sui imperio ab hereticis destructe fuerant reparauit contra omnes clericos ⁊ laicos principes et prelatos acephalorū ⁊ monachilatarū heresi maculatos tanquam verus catholicus ⁊ zelator fidei catholice sue sine repromissione processit: ⁊ per istum secundum omēs hystorias reparata est fides in grecia: que tempore patris sui tota corrupta fuerat et integrata est etiā pax ⁊ fides inter latinos et grecos extirpatis hereticorū zizanijs per principem memoratum. In quo est mature ac prouide attendendū quantum facit bonitas principis ad soliditatem fidei: ⁊ bonum ⁊ quietem statum ecclesie ⁊ econtra malicia ⁊ infidelitas principis quantum nocet. quod ostendunt isti duo principes pater ⁊ filius. pater enim quia malus ⁊ infidelis fuit ⁊ vilis hereticus fidem in oriēte corrupit statumque ecclesie annihilauit. Filius vero quia bonus iustus verusque catholicus erexit ecclesiam et fidem catholicam reparauit.

¶ Uincunt sarraceni ⁊ perditur totaliter nomē christianorum in affrica.

Septimū bellum inter arabes ⁊ christianos circa idē tempus accidit in affrica. in qua licet sarraceni nimium essent multiplicati christiani tamen nondum erant totaliter deleti. Unde supradictus abdalla. de quo in precedenti bello fecimus mentionē veniēs in affricam: vt eā subiugaret imperio moabie regis sui. exiuit in occursum eius comes Gregorius qui tunc ibidē morabatur. ⁊ bellauerunt simul ambo: sed finaliter victus fuit comes perdidit quod ibi multos de suis ac relicto campo fugit. ⁊ extunc perdiderunt christiani honorem suum qui in affrica habitabāt et tota illa terra fuit posita sub infideli potestate.

¶ Uincunt christiani ⁊ sarraceni efficiuntur tributarij.

Octauū preliū iter sarracenos ⁊ christianos accidit circa annū dn̄i septingētesimū septuagesimū septimū tempore predicti imperatoris. Tunc enim sarraceni ⁊ romani vt in generali hystoria hyspanie continetur: magnū prelium habuerunt ⁊ cesa sunt de sarracenis tria milia pugnatorum. quo anno mortuus est papa deodatus. Sarraceni autem eo tempore posuerunt treugas cum romanis p. xxx. annos sub hac tamen conditione quod sarraceni darent romanis tria milia libras auri. et quinquaginta equos bonos.

¶ Uincūt christiani ⁊ cremantur naues sarracenorum sub rege bambla.



Onuz prelium inter sarracenos et xpianos accidit circa annū dñi septingētesimū octuagesimū quartū. Imperāte iustiniano pdicti imperatoris filio τ regnante in hyspania virtuosissimo rege bāba tunc enī applicuerūt ad littora hyspanie.cclxx.naues sarracenorū et percurrentes terrā illā maritimā fecerunt magna dāna. τ plurimos xpianos occiderunt. Sed statim vt cognouit predictus rex bamba misit velocissime suos exercitus τ ceperūt naues.τ ignibus concremauerunt:ac maiorē partē arabū occiderunt ense. Aliosq captiuos duxerunt.τ sic regressi sunt cū honore ad predictum regem bambam.

¶ Vincūt xpiani multis militibus sarracenorum occisis in syria.



Ecimum bellū inter sarracenos τ christianos accidit circa annum dñi octingētesimū tricesimū. Imperante supradicto iustiniano:τ sedēte in cathedra petri sysinnio.tunc enī romani syriā peruagantes bello terribili multa milia sarracenorū occiderunt vt in chronicis imperatorum continet.

¶ Vincunt sarraceni in hyspania et occciditur consobrinus regis roderici.



Ndecimū bellū inter sarracenos τ christianos accidit in hyspania imperante leone.iii. et sedente in cathedra Petri Constātino primo.τ regnante in regno castelle rege Roderico.tunc muca rex affrice precepit Cariph cuidā capitaneo suo q auxiliū τ fauorem proditori comiti iuliano daret contra xpianos q.xii.milia electoꝝ ad pugnā ei tradidit.τ ipse secrete in nauibus mercatorū hyspanie trāsduxit.postq ergo oēs fuerūt in hyspania congregati sunt in quodaz monte qui ab illo sarraceno arabice dicitur gibla cariph:τ ligua nostra nominatur gybraltar.q cū rex rodericus sciuit misit illuc quēdaz consobrinū suū qui dicebat mingo cū magno exercitu qui sepe bellauit cuz supradictis sarracenis:sed semper fuit victus τ finaliter interfectus est a sarracenis qui discurrētes p beticā puinciā:q est terra hyspaleñ.ciuitatis multa dāna fecerūt et nō potētib⁹ gotthis bella sustinere terga sunt coacti ostendere inimicis suis:nec ex fuga liberati sunt:sed fere ibi oēs perierunt.

¶ Vincunt sarraceni et perdit hyspania sub rege roderico vltimo rege gotthorum.



Uodecimū bellū inter sarracenos et xpianos fuit in hyspania circa pdictū tps. s. post supradictū bellū. Cū ei supradict⁹ muca viderz strēnuitatē comitꝫ iuliani i victoria pcedētꝫ belli certificat⁹ d ei⁹ fidelitate iterū cū maiori exercitu ipm comitē vna cū cariph misit in hyspaniā qui cū applicuissent inceperūt statim destruere puinciā

beticam q̄ est guadalquevir ⁊ prouinciam iucene. Cum ergo rex rodericus predicta cognouit omnem exercitum gotthoꝝ qui cū ip̄o erāt congregauit: quorum numerus vltra centum milia armatorū se extēdebat: ⁊ intrepide iuit contra eos. inuenit prope flumē quod dicitur guadalete: quod est ꝓpe ciuitatem assidonie: que nunc dicitur xerim ⁊ xp̄iani erant ante. Sarraceni vero vltra flumen. Aliqui tamē dicūt q̄ istud bellum fuit in campo: qui dicitur desangonera que est iter murciam ⁊ lorcam. Rex vero Rodericus insedebat in curru siue in lecto eburneo indutus pannis pōderis aurei et corona aurea coronatus. sicut mos tunc erat regū gotthorum. cōmissum est ergo bellum: ⁊ durauit dieb⁹ octo: scȝ a die dn̄ica vsq; ad diē dn̄icam sine intermissione mortuiq; sunt de exercitu sarracenorum vbi precedebat cariph sexdecim milia hominū. Comes tamē iulianus ⁊ qui cum eo erant bellauerunt tam fortiter q̄ confregerūt acies xp̄ianorum: cadentibus ergo plurimis ex vtraq; parte. ⁊ dispersis xp̄ianis ac rege roderico q̄ magni cordis erat: aliquando fugiēte aliquando furibundo impetu contra inimicos reuertente. finaliter xp̄iani non potentes sufferre prelium terga verterunt inimicis suis fugientes. de morte autem predicti regis in eodem bello dubitatur Veruntamen corona et indumenta ei⁹ ac calciamēta aurea equusq; eius qui dicebatur orelia inuenta sunt in quodā tremedali apud supradictum flumē guadalete absq; corpore nec postmodū de eo aliqd scitum est nisi q̄ in regno portigalie in quadaȝ ciuitate q̄ dicit᷑ viseo inuētus fuit lapis vnius sepulchri in quo talis erat scriptura. Hic iacet rex rodericus vltimus rex gotthorum defecitq; in eodē bello tota nobilitas gotthoꝝ. Post hec sarraceni nō obstantibus viribus gotthoruȝ totā hyspaniā ferro flāma fame attritam suo dn̄io mancipauerunt ⁊ gētem quā per p̄terita secula valde timuerūt ꝓstrauerunt. Si quis diligēter voluerit inuestigare cur deus p̄miserit tā graue flagellum in hyspania breuiter dici pōt q̄ ꝓpter peccata principū Roderici: scȝ ⁊ sui predecessoris vitise. Vicisa enī fuit ꝓbrosus et flagitiosus multaq; flagitia p̄ hyspaniam seminauit ad voluptates carnis soluto pudicitie freno se fornicationibus multis cōtulit plebēq; suaȝ ad lasciuiam ⁊ luxuriaȝ inclinauit sed ⁊ ep̄i et ecclesie ministri asp̄nabantur ecclesiastica officia ⁊ clausis foribus ecclesiarū despiciebāt ecclesiastica sacramēta ⁊ ne aduersus eū parens vniuersalis xp̄iani progeniei insurgeret. Ep̄is ceterisq; ecclesieq; ministris vxores lasciuus rex habere precepit. Et ne romano obedirēt pontifici sub interminatione mortis prohibuit. Hec qdeȝ causa pereūdi hyspanie fuit tota enī gotthoꝝ nobilitas incōtinuis libidinibus ⁊ vitiis immersa altissimū ad iracūdiam ꝓuocauit. Itaq; vicisa datus est in reprobū sensum intātuȝ vt muros ciuitatū

vrbium sui regni subuerterit nec possunt ei resistere ciues paucis exceptis quas nō ausus fuit destruere precepit etiam ꝙ destructis armis vomeres et falces facerent ad colendum terrā quod ipse dolose faciebat sub colore pacis ne contra ipsum possent insurgere: lz dicat Rodericus tudēsis in cronica sua ꝙ rex rodericus fuerat ille qui precepit arma destruere. Rodericus vero successor vicise fuit vir belliger et dirus: et ad omne negocium expeditus: vita tamē et morib⁹ vicise non dissimilis quia cum vxore vel filia comitis Juliani peccauit cū ipse suā i affrica faceret legationem. q2 ergo xpm reliquerant p̄dicti principes cum populo suo ⁊ cōcubinali luxurie fetore: se subderāt. Ideo merito deus p̄misit eos dari in reprobum sensum et ꝙ p̄dictus comes iulianus ꝓditorie se iūgeret sarracenis ⁊ totam hispaniā vt predictū est delerent. Hystoria aūt predicte destructiōis lati⁹ habet in generali hystoria hyspanie.

¶ Uincunt xpiani in aquitania et perimitur aldramānus cū.lxxv.militib⁹ sarracenoꝝ.



Tertiumdecimuz bellum inter sarracenos ⁊ xpianos accidit in aquitania galliarum ꝓuincia. Cum eñ sarraceni hyspaniaz subiugassent accidit circa idem tēpus regnante in francorum regno theoderico rege quo virtuosus princeps karolus marcellus militabat ꝙ ipse karolus ligerim fluuium transiēs eudo neq; ducem aquitanie bellando victum fugaret. Eudo ergo dux per oīa se videns karolo inferiorem sarracenos ab hyspania cōtra karoluz inuitauit. Sarraceni aūt de tali inuitatione non modicū gaudētes cū omnibus eoꝝ familiis galeas habitaturi. fluuiū garenā transierūt oīaq; i ore gladii deuastātes ecclesias dei cremauerunt ⁊ omnia sine deletu etatis vel sex⁹ sanguine implent quibus karolus pīceps strēnuus dei fretus auxilio qui sperātes in ipsum nō deserit animose ac potenter occurrit et ex ipis sarracenis.ccclxxv.milia vna cū ipsoꝝ regio aldramao victoriose perimit de suis vero nō nisi mille quingentos amisit. Tūc eudo dux ad cor rediens karolo reconciliatus castra sarracenoꝝ dirupit eorūq; reliqas toto posse destruxit.

¶ Uincūt christiani et capitur ciuitas auinionēsis de potestate sarracenorum.



Quartūdecimū bellū iter sarracenos ⁊ xpianos accidit post p̄dictū bellū Auiniōe: initū ei sarraceni p̄ualuerūt in occidētali plaga capta hyspania ꝙ ciuitatem ceperant Auinionem. contra quos p̄dictus princeps karolus marcellus veniens bellum maximum cuz eis habuit et ciuitatez Auinionen. aggredit animose. Unde sicut de hiericho legitur cum strepitu et sonitu tubarum vrbem munitissimam cepit et hostes fidei nostre vsq; ad interfectionem contriuit: vt latius

gis ciuitate. xxxij. millia ex sarracenis sine suorum lesione prosternūt sarraceni quoq; residui quorū erat innumerabilis multitudo p orationem sanctorū virorū fame frigore bello et pestilentia perierunt. Unde iiij. anno cōfusi ab obsidione recesserunt nauibus ptim igne cōsumptis partim dimersis itaq; ex tanta nauium multitudine vix quinq; naues ad propria redirent infra ciuitatem vn. xxx. milia hominū pestilētia pierunt quod deus fecit vt suam ptātem et clementiam hominibus ostenderet.

¶ Uincunt christiani in aquitania et perimitur: rex sama cordubeñ. cum suis.



Decimūnonum bellū inter sarracenos et xpianos accidit tēpore supradicti imperatoris leonis circa circa ciuitatem tholosanam. Tunc enim sama rex cordubensis cum magno exercitu aquitaniā intrans terrā destruebat et obsedit ciuitatē tholosanā qd cū francigene cognouerūt venerūt in succursū ciuitatis cū endone duce eorū. Rex vero sama cōtra eos exiuit et bello letali cōmisso cecidit sama sarracenorum rex mortuiq; sunt ibi plurimi sarraceni: alij vero fugientes euaserunt.

¶ Uincunt xpiani et perimitur abdarramen dux sarracenorū in aquitania a karolo marcello.



Uicesimum bellū īter sarracenos et xpianos accidit duob9 annis post predictū bellū. Tunc abdarramen dux sarracenorum inuitat9 ab endone duce contra regē karolū marcellum cum multitudine graui trāsierunt flumen garronam qd transit iuxta tholosam et ignibus cōbusserūt et destruxerunt magnā terrā karoli regis francorū. Cū autē pdict9 rex karol9 sciuit de misericordia altissimi cōfisus venit super eos et bello asperrimo cōmisso victi sunt sarraceni et rex karolus interfecit pdictū abdarramē ducē sarracenorū pluresq; sarraceni ibi ceciderūt. Alij aūt dare sūt terga coacti. Fuerat aūt numer9 sarracenorū qui ibi venerant tricētasexagintaocto miliū captiuauit aūt mille quingētos quos dimisit inter milites suos sicut narrat Sigebertus qd cum vidit pdictus endo dux posuit se in potestate predicti regis petendo veniā humiliter de errore quē fecerat. Rex vero karolus qui erat pijssim9 clementer pepercit ei quo facto predict9 dux insecut9 est sarracenos fugientes qui euaserāt in prelio et multos ex illis quasi sine numero interfecit.

¶ Uincunt sarraceni fugato endone duce frācorū et perēpta multitudine xpianorū in francia.



Uicesimūprimū bellū inter sarracenos et xpianos accidit circa annū dnī septingentesimumtricesimū sextū. Tunc eñi abdarramē rex sarracenorū collecto magno exercitu pposuit debellare terrā regis

karoli francoꝝ et fecit fieri pōtes in fluminibus in quibus non erāt et applanare vias que erant in aliquibus passibus difficiles et magnam partem fluminis rodaz per alueos extraxit vt posset leuius ipsum pertransire et veniens sup ciuitatem orlienensem eā obsedit cōtra quem veniēdo dux: de quo supra dictum est cum magna potestate francoꝝ bellauitqꝫ cū eo et ceciderunt multi ex vtraqꝫ parte sꝫ finaliter victi fuerunt christiani ꝛ fugierunt. Sarraceni vero insequentes eos vsqꝫ ad rodanū peruenerūt ibi franci timore mortis cogitātes liberari flumen predictū intrauerūt ꝛ mortui sunt ibidem fere oēs excepto duce et paucis cum eo vbi vsqꝫ in hodiernū diez apparent sepulchra mortuorum.

¶ Vincunt xpiani et fugat secūdo endo dux in francia.



Vicesimū secūdū bellum inter sarracenos ꝛ xpianos post pdictum subsequenter accidit. Unde pdictus abdarramen cū esset nimium letus ppter victoriam supradictā cogitauit vlterius pcedere et destruere terram francie: et pertransiuit flumina gorgodomā. quod cum sciuit endo comes pduxit iterum contra eū exercitum magnū et pugnauit cum eo scdo. Sed iterum deo pmittēte vict⁹ fuit ꝛ fugit et mortui ibi fuerunt multi francorū fideles.

¶ Vincūt xpiani ꝛ pimitur pdict⁹ abdarramē in frācia cū multitudine sarracenoꝝ p karolū marcelluz.



Vicesimū tertiū bellū inter sarracenos ꝛ xpianos post pdictum bellum subsequenter accidit. Cuz eīm predictus abdarramē elat⁹ in corde suo propter victorias habitas. quas sue attribnebat īdustrie ꝛ potestati voluit vlterius pcedere per terram Francoꝝ insequendo predictum endonem ducē vt eū interficeret. ꝛ pertransiuit petragoricam destruendo ꝛ cōburendo qcquid inueniebat. destruxit etiam et cōbussit ciuitatem que dicitur turres et ecclesiā sancte Marie ac regis palacia. Sed qꝛ deo nunqꝫ placuit superbia ꝛ ipse ponit termios vite humane voluit ꝙ ibi veniret ille maledict⁹ abdarramen. Unde cnm supradictus dux endo fugiēs a prelio veniret ad regem karolus qui erat vir belliger ꝛ sapiens ī armis congregauit magnū exercitū germanoꝝ et hepidarū et francoꝝ venitqꝫ animose cōtra abdarramē ꝛ pugnauit cū eo septem diebus in quibus neuter alterū vincere potuit sed bellū vltimū durauit p totam diem vsqꝫ ad noctem et finalr mortuus est ibidem abdarramē et multi sarraceni. Alij vero nocte fugientes in galeam gotthicam se receperunt: mane aūt facto viderunt christiani tētoria sarracenorum homines vero nō videbant. Euntes ergo quasi ad pugnam dispositi et neminem inuenientes expoliauerunt cāpuz vbi maximas diuitias inuenerunt.

¶ Vincūt xpiani ꝛ fugat rex abde

malech cordubeñ. p frãcos pemꝑta multitudine sarracenoꝝ.



Vicesimūquartum bellum inter sarracenos ꝛ christianos accidit circa annū domini septingẽtesimūquadragesimūprimū. Tunc enī abdemalech rex cordubeñ. collecto magno exercitu proposuit debellare francoꝝ regnū: et veniens non transiuit montes pyreneos. Franci vero cū audierunt ꝙ abdemalech veniebat contra eos circa montes pyreneos preparauerūt se ad pugnandū. Venientes ergo pugnauerunt cū eo et interfecti sunt multi sarraceni ꝛ rex abdemalech fugit ꝛ recollegit se in celsiberiā q̄ est in littore yberū fluminis.

¶ Vincūt xpiani in regno castelle ꝛ occiditur thebā rex cordubeñ. et omnes sarraceni qui cum eo venerant.



Vicesimūquintū bellum iter sarracenos ꝛ christianos accidit circa annū domini septingẽtesimūquinquagesimum. Tunc enī theban rex cordubeñ. habuit bellum cum christianis regni castelle et finaliter victus fuit et mortuus ibidem et omnes sarraceni qui cū eo venerant ibi perierunt.

¶ Vincunt christiani et claret rex alfonsus catholicus



Vicesimūsextum bellum inter sarracenos et christianos accidit circa annum domini septingentesimum quinquagesimū tertium. Imperante supradicto leone ꝛ regnante in regno legiōis rege alfonso catholico supra dicto qui ideo dictus fuit catholicus ꝙ optime custodiuit precepta dei et ecclesie catholice: fuit etiam serenissimus zelator fidei et refector christianorum sancto exemplo: et iste fuit primus rex qui vocatus fuit alfonsus et fuit filius ducis petri de cantabria et gener regis pelagij. Eo ergo tempore predictus rex congregato magno exercitu intrauit per terram campoꝝ que clauditur quattuor fluminib⁹ scilicet de flacarrione. pisorica et doreo: et bellans cum sarracenis conquisiuit illam deuictis sarracenis ingressus est regnum portugalie. et obtinuit viriliter a sarracenis portum et beiambragam viseum et flam[illegible] habuitꝙ post hec plurima bell[illegible] sarracenis semper victorio[illegible] lucratus ꝙ est vltra predicta a sarracenis ledisimam salmanticam numanciā que nunc dicitur samora et omnē maritimam terram galechie rediens in castellum bellauit cum sarracenis et diuicit eos obtinuitꝙ senem septem mancas dominas saldananꝙ amaiam mirandam segobiam abulam ozonam: sepuluedam argantam vianam occani et rinerendicam carboneram alueigiam cisimeram alexancum transmiream subuertam tenicam bardulium: que nunc dicitur castella antiqua. alana ordimam vicalam

ascompompharā, besoriam q̄ nūc dicitur victoria. nauarrā rucomā pācornū ꝛ tarraciū quousq; peruenit ad montes pyreneos. Multa alia loca obtinuit et renouauit: necessariisq; muniuit. ꝛ reduxit ad terram ꝓpriam multos christianorū populos: qui timore sarracenorum fugerāt per montes et deserta vagantes: extraxitq; plurimos xp̄ianos captiuos de potestate sarracenorum: cum quibus terrā populauit. ecclesias auro ꝛ agento ac lapidibus preciosis decorauit. In cui⁹ obitu audite sunt voces in aere dicentes. ecce quomodo iustus moritur: ꝛ nemo considerat. sublatus est iustus a facie iniquitatis: ꝛ anima sua ꝛ memoria est ī pace. regnauit. xix. annis. ꝛ sepultus est in loco qui dicitur cangas. ꝛ successit ei in regno fruela filius eius.

Vincunt xp̄iani fugato nicaph rege cordubeñ. ꝛ perimūtur. liiij. milia sarracenorum sub rege fruela.

Vicesimumseptimum bellum inter sarracenos ꝛ xp̄ianos. accidit circa annum domini septingentesimumquinquagesimumquartum. regnante in regno castelle fruela filio regis alfonsi catholici. Tunc enim nicaph rex cordubeñ. cū magno exercitu iuit: vt percurreret regnum galechie. ꝛ cum ipse totam illam terram vastaret sciuit illud predictus rex fruela. et cōgregato exercitu suo venit contra eum et commisso duro certamine victus fuit rex nicaph ꝛ fugit a campo cū paucis de suis: ꝛ perierunt in illo bello. liiij. milia saracenoꝝ ꝛ extunc rex fruela habuit regnū galechie qd̄ ante sibi rebelle fuerat. Predictus rex fruela regnauit. xiiij. ānis ꝛ mortu⁹ est: ꝛ successit ei in regno aureli⁹ frater ei⁹ qui regnauit sex annis: ꝛ nihil famosum fecit cōtra saracenos. successit ei in regno donus sylo ꝛ nihil singulare fecit cōtra saracenos: regnauit. viij. annis ꝛ mortuus est. successit ei in regno alfonsus secūdus q̄ fuit fili⁹ regis fruela: de quo supra patet in hoc bello de cuius factis infra dicetur

Vincūt christiani et capitur galiana ac efficitur christiana p karolum magnum.



Vicesimum octauū bellū inter saracenos et xp̄ianos: accidit circa annum dn̄i septingentesimū sexagesimū primū. Imperante constantino sexto. Tunc infans karolus: quia in aliquibus contradicebat patri suo frācorum regi pipino venit in hyspaniam: et declinauit ad regem galafram qui tūc erat rex toleti. Quare autē ad ip̄m declinauerat hystoria narrat ꝙ propter eius filiā galianam que mire pulchritudinis erat recepto ergo honorifice p̄dicto karolo a rege paucis elapsis diebus quidaꝫ potētissimus saracenus cuius nomē erat brāmante cum multitudine graui venit sup dictam ciuitatem toleti ꝛ fixis tētoriis ī valle someriam obsedit eā. aggredienti

bus ergo saracenis a p̄dicta ciuitate cū̄ francigenis illis qui venerāt cū̄ infante pugnauerūt cū̄ brāmante ꝛ intātum fuit vigor frācoꝝ accēsus ꝙ vicerūt saracenos brāmantis. Illi v̄o iterū̄ redeūtes cōtra Frācos vicerūt eos qđ videntes frācī timuerūt valde. Sed comes eoꝝ dux qui dicebaꝛ don ibi morāte animauit eos dicēs. Scriptum est ꝙ cū̄ deus vult pauci vincunt multos qđ verbuꝫ audientes animati sunt: ꝛ iterū̄ redeūtes contra saracenos bellauerūt ita fortiter ꝙ vicerūt eos. Sed resumptis virib⁹ saraceni pugnauerūt cōtra francos: et durauit pugna magna parte diei sic ꝙ aliquādo vincebātur frācī aliqn̄ saraceni nec alteri parti finalis victoria cedebat. Inter hec oīa p̄dict⁹ infans karolus in palatio suo dormiebat: ꝛ cū̄ euigilasset a somno et neminē in palatio videret mirat⁹ est valde ꝛ cogitauit ꝙ sui tradidissent eum. Incepitq̄ pre ira ambulās p palacium secū̄ loqui noīabatq̄ nomē suū̄ patris ꝛ matris ac totū̄ genus suum vnde ipse veniebat. q̄ oīa audiens galiana de loco alto ꝛ secreto. Unde cū̄ cōtemplabaꝛ ornauit se festinanter et sola ingressa est ad infantē certificata ex auditis ꝙ hic erat karolus dn̄s francoꝝ: et lꝫ infans karolus vidit eam solā intrantem nō ei assurrexit: qꝛ non habebat in cōsuetudine alicui mulieri inclinare nisi soluꝫ imagini virginis gloriose ꝛ suo nomine. Dixitq̄ galiana karole. Si ego scirem vbi merces datur p dormitione lꝫ sim mulier ego irem illuc: ꝛ si vultis scire quare hec dico: qꝛ videtur mihi ꝙ nō est vobis cura succurrēdi genti vestre q̄ est in magna p̄ssura in prelio sub valle someriē bellās cōtra saracenuꝫ brāmantē ꝛ si rex pater meus sciuerit ꝙ vos non estis ibi non habebitis bonū̄ premiuꝫ. Tūc dixit ei karol⁹ Galiana si ego possum habere vnū̄ equum ꝛ arma cū̄ quib⁹ possum ire illuc cito succurrerem eis. Et ait Galiana. karole. si dederitis mihi fidē ꝙ me ducetis in franciā vobiscū̄ ꝛ me facietis xp̄ianam ꝛ ꝙ me in vxorē recipietis dabo vobis q̄cunq̄ petitis. Promisitq̄ karolus oīa predicta qđ audiēs galiana sciēs ꝙ nō frāgeret sibi fideꝫ nimis gaudens ex pmisso deduxit arma ꝛ ipsa manu ppria armauit infantē tradiditq̄ sibi equū̄ qui dicebatur bankete ꝛ ensem qui dicebaꝛ guiosa q̄ in donis miserat sibi supradict⁹ saracenus brāmante ꝛ celeri cursu venit in locū̄ pugne ꝛ ingressus est bellū̄ animose et primo impetu perimit manu ppria. iiij. de melioribus militibus brāmantis ꝛ multos alioꝝ Uenit aūt verbū̄ ad brāmantē vbi residebat in tētorio suo de nouo milite ingresso pugnaꝫ qui tāta dāna fecerat: ꝛ irato animo exiuit in pugnam querēs militē illum cūq̄ eū̄ inuenisset ꝛ cognouisset ꝙ ille erat equus quem miserat galiane amplius est iratus et irruens in eum ꝛ nō minori animo karolus in brāmantem lancee eoꝝ confracte sunt p pugnos euaginatis ensibus mirabiles ictus multiplicabant ꝛ mi

ratus saracenus de fortitudine militis xpiani quesiuit ab eo qs esset et de quo genere q̃ omnia karolus fideliter sibi aperuit et tunc cepit ipsum timere saracenus sȝ resumptis viribus dixit sibi ego faciam ꝙ nunq̃ redeas ad terram tuam. ⁊ karolus respondit sibi qđ dicis in manibus dei est. ⁊ dixit bramante ego te occidā. ⁊ eleuato gladio qui dicitur durandarte: percussit karolum grādi ictu. Et precidit galeaȝ cum magna parte capillorꝫ et cum magna etiā parte armorꝫ corporis sed tamē nō tetigit carnem ei⁹. De quo ictu karolus miratus eleuato suo ense ꝑcussit predictū saracenū bramantem et amputauit eius brachium dextrū ꝙ in terram cecidit simul cū gladio durādarte. Uidēs autē se letaliter esse ꝑcussum fugit a facie karoli: sed et karol⁹ subito descēdit de equo et cepit gladium predictuȝ: ⁊ ascendēs equum cum vtroq₃ gladio: insequēs predictuȝ bramantē plurimos saracenos ante se reperiēs perimit. Cūq₃ attingisset predictū saracenū bramantē fugiētem eleuato ense qui gniora dicebat percussit ipsuȝ quodā ictu terribili sic ꝙ ipsuȝ duas diuisit in partes: et cecidit mortuus in terram: quo facto descendit de equo ⁊ precidit caput eius ⁊ accepit vaginam gladij durādarte ⁊ omnia arma eius que omnia deduxit galiane. Uidentes autem saraceni dominum suū mortuum terga sunt dare coacti christiani vo expoliauerunt campum vbi multū aurum ⁊ argētum inuenerunt tentoria multa et plurimas alias diuitias. Post hāc victoriam audiuit karolus morteȝ patris sui ⁊ secrete recessit. Deductaq₃ est galiana etiam furtim in franciā factaq₃ est christiana ⁊ accepit eam in vxoreȝ: vt plenius cōtinetur in hystoria hyspanie.

Uincunt christiani peremptis pluribus regibus saracenoruȝ ac pluribus ciuibus captis per karoluȝ francorum regem.



Vicesimūnonuȝ bellum inter saracenos ⁊ christianos accidit circa annū domini septingentesimum septuagesimuȝ septimum. Tūc enim predictus rex karolus rex frācorum pro felicitatis magnitudine dictus magnus congregato exercitu venit super ciuitates pāpilonam ⁊ cesar augustaȝ quas tunc saraceni possidebāt pugnauit contra reges eorꝫ ⁊ occidit eos prostrauitq₃ muros ciuitatum ⁊ cepit plures alias ciuitates saracenorum ac sub ditione sua constituit: quas paucis elapsis diebus saraceni recuperauerunt. Iste karolus simul cum regno francie tenuit romanum imperium ⁊ fuit strennuissimus fidei zelator.

¶ Uincunt christiani ⁊ perimūtur lx. milia saracenorum per regē alfonsum castum.



Tricesimū bellū inter saracenos ⁊ christianos accidit circa annū dn̄i septin-

suo: et fecit similiter duas ptes sui exercitus: et cum vna misit bernardum. de quo supradiximus contra illos sarracenos qui ibant versus poluezerā. et ipse iuit cū altera parte cōtra alios venientes ad se. Bernardus vero inuenit se cū pte sua et habuit preliū magnū cum illis sarracenis in loco qui dicitur valde moro. qui est in fontaria portugalie. et deuicit eos: et plurimos ex illis interfecit. Sed rex alfonsus inuenit se cū altera parte que ibat contra eū et pugnauit cum illis prope flumē de ornelo. et interfecit ibi xij. milia sarracenorū: et deinde insequēs eos tot fuerūt occisi ꝙ paucissimi euaserunt. et tunc rex alfonsus rediit de illo bello ditissimus ex spoliis sarracenorum.

¶ Vincunt christiani et perimitur proditor machometus et castrum sancte christine capitur per regem alfonsum castum.



Tricesimūseptimum bellum inter sarracenos et christianos accidit anno dn̄i octingentesimo decimooctauo. Tūc sarracenus quidā nomine machometus qui cū multitudine magna sarracenorū venerat de merida ad regem alfonsum: vt viueret cū eo p̄dictus rex benigne eum recepit in vasallum: et iurauit illi sarracenus ꝙ p semp esset fidelis regi alfonso ppter qd̄ p̄dictus rex p̄cepit ꝙ habitaret cū multitudine sua in galetia. Sed qr p̄dict⁹ sarracenus erat proditor sicut bellauit cōtra abdarramē filiū albarreāramolim regis cordubeū. et vidēs ꝙ nō poterat eū occidere ex timore concepto venit ad p̄dictū regē alfonsum sic transactis duob⁹ annis postꝙ fuit in galetia assumpsit eū dyabolus: et eleuatus in superbiā voluit similiter facere pditionē contra regē alfonsum: ꝙobrem ꝯgregauit magnum exercitū sarracenorū: et incepit percurrere et destruere totā terrā. ꝙ cū rex alfonsus castus cognouit: congregato exercitu suo venit sup illū sarracenū: et lz ipse nimiū ꝯfideret in multitudie militie sue qū sciuit ꝙ rex alfonsus veniebat sup eū p̄didit cor: et cōcepto grandi timore eleuauit se cū suis in quodā castro qd̄ dicit̄ sancta xp̄iana. et rex alfonsus obsedit eū ibidem: et fecit fieri multas foueas circūquaq3: et pforauerūt castrū in multis locis. Cū ergo ille sarracen⁹ vidit ꝙ tātū āgustiabātur: et ꝙ nihil aliud restabat sibi nisi mors cū multitudinē sarracenorū haberet resumpto corde exiuit extra castrum: et pugnauit cum rege alfonso. sed in fine fuit victus sarracenus ille cū oībus suis et ipse fuit captus: et caput eius abscisum est. Sed et rex statim castrum illud cepit. et mortui sunt in bello illo vltra. l. milia sarracenorum: et plures eorum deducit captiuos. Et sic reuersus est rex alfonsus ouetum magnis cum diuitiis et honore. Predictus rex alfonsus castus regnauit lii. annis et mortuus est. Successit ei in regno Ramirus primus fili⁹ regis bermudi.

¶ Vincunt christiani: et capitur iterum ciuitas barchinone.



Tricesimumoctauum bellū inter sarracenos et xpianos accidit anno dñi octingētesimo decimonono. Tunc multitudo xpianorum venit super ciuitatē barchinone quā ceperant sarraceni. Postq̄ karolus magnus ipsam cōquestauit. Cū ergo predicta multitudo xpianorum venit: obsedit ciuitatē: et post multa certamina capta est ciuitas a xpianis: et tota terra circūquaq̄. mortuiq̄ sūt ibi plurimi sarraceni. Albaca vero a nira mamolim cū exiuit ɔgregauit exercitū suū vt veniret ad recuperandum terrā perditā. et cū se prepararet ad viam percussus est quadam infirmitate. de qua mortuus est. et sic cessauit tempestas illa.

¶ Vincunt xpiani occisis. lxx. millibus sarracenorum.



Tricesimūnonum bellum inter sarracenos et christianos accidit anno dñi octingētesimovicesimo secūdo imperante Ludonico karoli magni filio: et sedēte in cathedra petri Eugenio papa. Ac regnante in regno legiōis ramiro rege filio regis Barremudi. Hic autē rex ramirus successit in regno regi alfonso casto ex eius precepto in morte. Cum ergo audierunt sarraceni q̄ iste regnabat: miserunt sibi nūcios q̄ si volet habere pacem et amorem cum eis. q̄ daret eis quolibet anno centū domicellas christianas quibus matrimonio copularētur. sicut fecerat olim rex mauregacus: et q̄ quinquaginta illarū essent filie nobilium. Alie vero quinquaginta filie ciuium et burgensium: quā ambasiatā cū rex ramirus audiuit nō modicum displicuit sibi: quia rem tam inhonestam et excomitam sibi nunciabant: et ꝓpterea congregauit statim magnū exercitum et fuit ad percurrendum subito terrā sarracenorū: perueniteq̄ vsq̄ ad nauarram destruendo et cōburēdo villas et castra. et quicquid inueniebat: q̄ cum peruenit ad noticiam sarracenorum congregati sunt omnes simul in vnum contra eū quasi innumerabiles et habuerūt prelium cū eo in quodā loco qui dicitur alnella et xpiani fuerūt in bello illo quasi victi et retro cesserunt paulatim retrahēdo se a sarracenis quousq̄ peruenerunt ad collem vnum qui dicitur clanno: et nox tenebrosa cepit eos ibi propter quod diuisi fuerunt exercitus abinuicem. Cum ergo xpiani essent congregati in colle illo multis lachrymis orationes fundebant ad deū ne eos relinqueret: sed succurreret et iuuaret cōtra illos inimicos suos: permanentib⁹ ergo illis in orationibus assiduis vt dictum est. Rex ramirus somno grauatus obdormiuit: et in somno illo apparuit ei apostolus iacobus dixitq̄ sibi. Scias rex ramire q̄ cū dominus noster iesus christus diuisit omnibus fratribus meis aposto

in superbiam cum exercitu magno venit vt percurreret terram regis ordonei predicti et cepit vnū locū qui dicebatur albaida ⁊ circūdedit eam muro forti et turribus plurimis quod cum sciuit predictus rex ordoneus congregato exercitu suo venit velociter et obsedit predictū castrum tunc predictus muca non erat ibi sed statim cū audiuit ꝙ venerat rex ordoneus et obsederat castrum albaide venit citius quo potuit vt succurreret castro et cum puenit ad montem qui dicitur gardusio fixit ibi tentoria sua. Rex autē ordoneus cū cognouit hec diuisit exercitum suum in duas partes quarum vnam diuisit in obsidione castri et cum altera occurrit predicto muce sarraceno. bellauitqꝫ cū eo ⁊ perempti sunt ibi gladio xpianorum vltra duodecim milia de militibus sarracenoꝝ exceptis peditibus quorum cedes fuit quasi innumerabilis: mortuus est etiam ibi quidam gener muce qui dicebatur dan. Sed ⁊ ipse muca tribus vulneribus lancearum percussus cum paucis que remāserunt fugit a bello dimisit i bello quecūqꝫ habebat colligerunt ergo xpiani spolia campi et inuenerunt diuitias vltra modum ⁊ regressi sunt cum rege ordoneo in castrum. Et post septē dies cepit ipsū et interfecit omnes sarracenos quos int⁹ inuenit ⁊ captiuabat mulieres cū paruulis eaꝝ. Destruxitqꝫ castrū vsqꝫ ad fundamentū et reuersus est in terrā suā cū diuitijs et honore. Cū predicta que acciderāt muce cognouit qdā eius filius cui⁹ nomen erat lupus qui p̄sidebat toleti timore magno percussus cepit quecūqꝫ habebat ⁊ venit ad regē ordoneum factusqꝫ est eius vasallus qui postea pro regis ordonei seruitio multa bella cōtra saracenos superauit semper victor existens.

¶ Vincunt christiani occiso rege Lorie saraceno.



Quadragesimūquartum bellū inter saracenos et xpianos accidit anno sequētī: scꝫ octingentesimo tricesimo. Tūc enim predictus rex ordoneus produxit exercitum suū magnū ⁊ iuit ad percurrēdum terram saracenoꝝ que dicitur geste ⁊ corea. Rex autem saracenus predicte ville que dicebatur sentīh exiuit contra eū ⁊ cōmissum est durum bellum nimis: sed finaliter victus fuit rex saracen⁹ ⁊ mortuus ibidē cum multitudine saracenorum: ⁊ rex ordoneus cepit tūc villam ⁊ inuenit intus multitudinem saracenorū cum mulieribus ⁊ filijs quos omnes deduxit captiuos et muniuit villam illam ac dimisit in fideli custodia.

¶ Vincunt xpiani et capitur ciuitas salamantina a rege ordoneo.



Quadragesimūquintum bellū inter saracenos ⁊ christianos accidit eodē supradicto anno: ꝙ cum supradictus rex ordoneus re-

daret de predicto bello victoria habita venit cum exercitu suo super vnū sarracenū qui dicebatur moyseios ꝛ dicebat se regem salamantinum habuitq; bellum cū eo et victus est rex sarracenus cum omnibus suis ꝛ cum cede plurima sarracenoꝝ et tunc rex ordoneus ingressus est ciuitatē ꝛ captiuabat sarracenos plurimos: cum mulieribus et paruulis quos intus inuenit et reuersus est ad legionem cum magnis diuitijs ꝛ honore.

¶ Vincunt sarraceni ꝛ occiduntur prope toletū octo milia xp̄ianoꝝ.



Quadragesimū sextum bellum inter sarracenos ꝛ xp̄ianos accidit anno domini octingentesimo tricesimoquinto. Tunc sarraceni ciuitatis toleti audientes ꝙ abdarramen amiramamolīꝫ hyspanie erat mortuus qui reliquerat. xv. filios ꝛ.xij.filias ꝛ ꝙ machometus eius filius regnabat pro eo rebellati sūt ꝛ miserūt veloces nuncios predicto regi ordoneo ꝙ daret eis adiutorium cōtra eum rex autē ordoneus noluit ire illuc in persona sꝫ misit eis vnū filium suum cū magno exercitu asturianoꝝ et nauarrorum. Cum aūt predictus machometus hoc sciuit pparauit se cū multitudine graui et venit super toletum posuitq; insidias in quodam torrēte qui dicitur tolete ꝛ ipse cū paucis venit contra ciuitatem. Speculatores autem qui erant extra ciuitatem cum viderent eū venientem cum paucis gentibus cogitauerūt ꝙ nō erāt plures et notificauerūt existentibus in ciuitate. xp̄iani ergo ꝛ sarraceni toletani venerunt contra eum ꝛ commisso prelio exierunt illi qui erant in insidijs et mortui sunt de christianis octo milia de toletanis vero. xiij. milia. Sꝫ et pro memoria illius victorie canis ille machometus fecit amputari plurima capita illorum ꝛ trāsmisit illa cordubam et in maritimas partes et in affricam. Predictus autem rex ordoneus regnauit. x. ānis ꝛ mortuus est ex quadam infirmitate que dicitur podagra in oueto et ibi sepultus est. successit ei in regno filius alfonsus tertius.

¶ Vincunt sarraceni ꝛ capitur Roma ac magna pars thuscie a soldano babilonie deuastatur.



Quadragesimū septimum bellum inter sarracenos et xp̄ianos accidit circa mortē p̄dicti Gregorij pape. iiij. qui fuit secundū quosdam hystoriographos anno domini octingentesimotricesimooctauo His temporibus portentum singulare apparuit primo in signo virginis et ab illo signo in signum leonis cancri geminorum thauri cucurrit ibiq; se figens globū igneū emisit iubarumq; pluritatē deposuit. imperator quoq; ista diligenter examinās cū egmardo philosopho contulit sed eiusdem portenti effectum exprimere noluit. Tūc imperator subiunxit ꝙ regni mutationem principisq; mortē p̄tendebat. Tunc egmardus ad confortationē

principis prophete testimoniū introduxit dicens. a signis celi ne timueritis que gentes pauent. ⁊ ait imperator nō aliū timere debem⁹ nisi illum qui nostri et huius creator est syderis sed eius clemētiam laudare tenemur qui nostraꝫ inerciam talibus amonere dignat̄ indicijs. qui ergo talia portenta cum apparent omnibus cōmuniter tangunt. Ideo omnes ꝓ posse ad meliora festinare debemus vt miam in illo dominante consequi valeamus. Et licet tūc impressio illa imperatorem non tetigerit: tetigit tñ totum statū ecclesie et aduentu sarracenorum ad partes romanas. qꝛ tunc quidam scelerati xp̄iani miserunt ad soldanum babylonie vt veniret romam asserentes ꝙ leuiter possit totam ytaliaꝫ possidere. Tāta igitur sarracenorum multitudo superueniens intrauit ytaliā vt totam superficiem terre quasi locuste viderent implere ac per portaꝫ centellensem intrans vi armorum romam cepit ciuitasq; leonina expoliatur omnino ⁊ ecclesia sancti petri stabulum equoꝝ efficitur: et non solum per sarracenos roma tunc capta fuit: sed ⁊ magna pars thuscie deuastatur.

¶ Vincūt christiani et expellūtur a Roma et thuscia sarraceni.



Quadragesimū octauuꝫ bellū inter sarracenos ⁊ xp̄ianos accidit statim post predicta. Naꝫ ad petitionem pape Gregorij quarti supradicti Hurgo marchio lōbardie cum lombardis et lud[illegible]us rex francoꝝ cū gallicis venientes post plurima bella sarracenos cuꝫ multa effusione sanguinis a roma et tota illa terra fugauerūt qꝛ dict⁹ gregorius papa et ludouicus imperator quasi eodē tēpore decesserunt. Ideo sunt notanda que circa finē vtriusq; contigerunt. Unde appropinquantibus ad mortem fuit maxima solis eclipsis tantū ꝙ fuit obscuratus aer ⁊ tenebratus sicut de nocte ita ꝙ sydera apparebāt. Itē luna sic recessit a sole ꝙ lumen recipere videbatur sicut in nouilunio. Post hec egritudo imperatorē grauiter inuasit qui statim prouide de imperio et regni et anime sue saluti disposuit ⁊ ecclesiastica sacramēta suscepit multaq; cuꝫ deuotione migrauit ad xp̄m. et Gregorius papa quasi in eodem tēpore diē clausit extremū hec ex hystoria collecta fratris iohānis de [illegible].

¶ Vincūt xp̄iani occisa sarracenorū magna multitudine. Et eccl'ia sancti Iacobi edificatur per regē alfonsum magnum et lapidibus muro forti.



Quadragesimū nonum bellum inter sarracenos ⁊ xp̄ianos accidit āno domini octingentesimotricesimonono imperante lotario filio supradicti imperatoris ludouici ⁊ sedente in cathedra petri Sergio papa. ij. Ac regnante in regno legionis rege alfonso. iij. qui fuit dictus magnus. Iste fuit filius supradicti regis ordonij d̄ quo supra

gloriosa bella narrata sunt. Et fuit rex piissimus elemosinis clarus ipse fecit ecclesiam sancti Jacobi ex lapidib⁹ muro ꝛ forti opere fabricata. quia prio erat de terra. eo ergo tempore predictus rex alfõsus magnus congregauit exercitũ suũ ex prouincialibus et gasconibus ꝛ nauarrijs venit contra terrã sarracenoꝝ confregit et destruxit quecũqꝫ inuenit ꝛ cepit per vim villaꝫ quandam que dicebatur tunc lencia quam ignibus concremauit et occidit omnes sarracẽos quos ibi inuenit. et reuersus est ouetum magnis cũ diuitijs et honore.

¶ Vincunt xp̄iani perẽptis pluribus sarracenis per regẽ alfonsuꝫ.



Vinquagesimũ bellum inter sarracenos ꝛ xp̄ianos accidit sequẽti anno scilicet octingentesimo quadragesimo. Tunc magnus exercit⁹ sarracenorum regis toleti venit ad percurrendũ et destruendum terram regis alfonsi magni. Cum ergo predictus rex sciuit venit cum exercitu suo contra eos et bellauit cum eis in littore fluminis dolei victiqꝫ fuerunt sarraceni et perdiderunt ibi omnia que portauerant ac mortui sunt ex sarracenis quingenti. xl. Alij vero terga sunt dare coacti. Sed et rex alfonsus secut⁹ est eos viriliter et occidit multos ex eis ac captiuauit reuersusqꝫ ẽ ouetum cum magnis diuitijs et honore. In predicto bello fuit strennuissim⁹ miles Bernardus delcarpio de quo supra mentio facta est cõsobrinus regis alfonsi casti: multas enim cedes in sarracenos fecit nõ solum zelo fidei sed desiderio liberandi patrem suum comitem ditatum sancti de quo supradictum est quem rex alfonsus castus in carceribus posuerat. quia sine scitu sui acceperat in vxorem sororem suaꝫ de qua predictum est bernardũ habuit sed licet propter hoc rebellauerit regi predicto et vt debellaret regem fecisset castrum illud quod dicitur delcarpio prope salamãticam et aluam de tormes: tamen nũ ꝙ potuit ipsum videre nisi mortuũ dato castro regi cogitans ipsuꝫ recipere viuum vt plene continet̃ in generali hystoria hyspanie.

¶ Hoc bello vicẽt xp̄iani sub Bernardo delcarpio. Et capit̃ balbastrum cum alijs locis.



Vinquagesimũ primum bellũ inter sarracenos ꝛ xp̄ianos accidit circa idem tempus. Nam cum supradictus bernardus delcarpio tradidit supradictum castrum regi et vidit patreꝫ suũ mortuum: fuit a rege alfonso magno expulsus a regno suo et venit in regnum francie: sed cum in curia regio francie non fuisset receptus sicut ipse optauerat reuersus est versus hyspaniam. et tunc habuit cuꝫ sarracenis tria magna p̄lia et semper fuit victoriosus: occidit enim plurimos eoꝝ ꝛ habuit ex spolijs innumeras diuitias cũ quib⁹ postea

conquisiuit ex illo loco vbi predi-
cta prelia habuit vsq3 barbegal et lucratus est barbastrum ⁊ segorbe ⁊ montem album.

¶ Vincunt xp̄iani sub rege alfonso. et liberatur coymbra ab obsidione sarracenorum.



Quinquagesimũsecũdũ bellũ iter sarracenos ⁊ christianos accidit anno dñi octingẽtesimoquinquagesimoquarto. Tunc p̄dictus rex alfonsus magnus congregato exercitu suo iuit ad succurrendũ coymbrã quã tenebant sarraceni obsessã ⁊ pugnauit cum eis ⁊ deuicit eos cepitq3 eã et posuit sub dominio suo ⁊ ipse cut⁹ est sarracenos percurrẽs plures alias ciuitates.

¶ Vincunt xp̄iani sub rege alfonso magno et p̄ tuitiõe patrie edificatur castrum magnum.



Quinquagesimũtertium bellũ inter sarracenos ⁊ xp̄ianos accidit anno dñi octingẽtesimosexagesimo. imperante ludouico fratre supradicti lotarij imperatoris. ⁊ sedẽte in cathedra petri Nicolao papa primo Tunc supradictus rex alfonsus magnus congregato exercitu magno xp̄ianoꝝ iuit ad percurrendam terrã toleti et cremauit ac destruxit quecũq3 inuenire potuit. p̄strauitq3 multa castra ⁊ fortalitia que sarraceni possidebant et captiuauit plurimos sarracenos qd̄ vidẽtes sarraceni timore magno p̄cussi miserũt ei nuncios suos nunciãtes eidẽ q̄ sibi darent tributũ si cõcederet eis pacẽ. Rex aũt alfonsus concessit eis treugas per tres annos ⁊ reuersus est in terrã suam cum magnis diuitijs ⁊ honore. Sz cũ reuerteretur cepit vnũ castrum qd̄ tenebant sarraceni qd̄ dicebat quinqualubel Istud castrũ nõ intrauerat in treuga et occidit ibi multos sarracenos ⁊ post hoc fecit vnũ castruz magnuz in maritimis asturiarum pro defensione illius terre ne nauigãtes inimici illaz destruerent et nomen illius castri dicitur gozdon. Et intra castrum fecit vnã ecclesiam sub nomine sancti saluatoris quam fecit consecrari a duobus archiepiscopis ⁊ vno ep̄o quã multis donis decorauit specialiter dedit illi ecclesie quãdam crucẽ de puro auro ornatam [illegible] dibus quam ipse [illegible] ri. Fecit etiaz in [illegible] cobi quandam ca[illegible] critudinis et dotauit p̄dictã ecclesiam plurimis hereditatibus ac ornauit illã auro ⁊ [illegible] ornamẽtis ⁊ lapidibus [illegible] cit etiam iste gloriosus rex alfõsus super corpora sanctoꝝ facũdi ⁊ primitiui ecclesiam mire magnitudinis et pulchritudinis. circa littus cey quam etiam dotauit et honorauit multis necessarijs.

¶ Vincũt xp̄iani per regẽ alfonsũ magnũ i senectute sua.



Quinquagesimũ quartũ belluz iter sar-

raceos et xpianos accidit circa annum domini octuagesimum secundum Cum enim predictus rex alfonsus magnus xlvi. annis regnasset reliquit regnum et dedit illud filio suo garchie et peregrinatus est in sanctum iacobum et cum reuerteretur rogauit filium suum regem garchiam quod traderet sibi gentes cum quibus adhuc semel vel bis posset ire contra sarracenos in senectute sua quod rex garchias concessit eidem. Iuit ergo cum exercitu magno et cremauit et depredatus est et destruxit magnam terram sarracenorum et reuersus est in nauarram cum grandi multitudine captiuorum et multis diuitijs et honore. Post hoc venit samoram vbi de infirmitate sua gloriose finiuit et sepultus est in ecclesia sancte Marie ciuitatis oueti cum vxore sua regina domina xymena.

¶ Christiani per regem Garchiam vincunt capto ayolas rege sarracenorum.



Quinquagesimumquintum bellum inter sarraceos et xpianos accidit circa annum domini octingentesimumoctuagesimumtertium. Cum enim predictus rex garchias post mortem patris regnaret in primo anno regni sui congregauit magnum exercitum suum et iuit ad percurrendam terram sarracenorum confregitque multas villas et cremauit eas prostrauitque multa castra et pugnauit cum quodam sarracenorum rege qui dicebatur ayolas et deuicto bello cepit illum regem et reuersus est in terram suam cum multitudine captiuorum ac cum magnis diuitijs et honore sed cum reuerteretur ex culpa illorum qui regem sarracenum obseruabant solutus a vinculis fugit. Rex predictus garchias anno tertio regni sui mortuus est feliciter in ciuitate zamore et deductum est corpus eius ad ciuitatem oueti vbi honorifice sepultus est.

¶ Lvi. bello vincunt xpiani sub rege ordoneo secundo. Et capitur ciuitas rogel.



Quinquagesimumsextum bellum inter sarracenos et xpianos accidit circa idem tempus. Mortuo enim predicto rege garchia regnauit pro eo frater eius ordoneus secundus filius supradicti regis alfonsi magni. Iste ordoneus tempore patris sui congregauit magnum exercitum et intrauit terram sarracenorum et percurrit illam. percurrit etiam prouinciam beticam que est terra de gnalderquenir et confregit multas ciuitates cremauitque eas et destruxit ac plurimos sarracenorum captiuauit. cepit etiam in illo primo ingressu vnam de nobilioribus et fortioribus ciuitatibus sarracenorum que tunc dicebatur roges et reuersus est in terram suam diues et cum honore.

¶ Isto bello vincunt xpiani sub rege ordoneo secundo et capta talauera ignibus crematur.



Quinquagesimumseptimum bellum inter sarracenos et xpianos accidit

anno domini octingentesimooctua gesimo sexto. Tunc p̄dictus rex ordoneus scd̄s congregato exercitu suo iuit et obsedit talaueram. Sarraceni vero cordubenses ⁊ alij circūuicini cū hec audiuerūt venerūt ad succurrendum ad predictā villā. Sed cū adiutorio altissimi rex ordoneus pugnauit cū eis et deuicit eos. perempti sunt etiam ibi multi sarraceni. Alij vero per fugā euaserunt et tunc rex ordoneus cepit illam villam ⁊ depredatus est quicquid ibi inuenit. ꝓstrauitq; muros ville ac illam ignibus cremauit et sic reuersus est in terram suam diues: ⁊ cum honore duxitq; captiuum ducem exercitus cordubensis. Alij tamen dicunt ꝙ predictam cōquistam fecit iste ordoneus tempore regis garchie fratris sui.

¶ Per regē ordoneū scd̄m capit castrum alhame: ⁊ xp̄iani vincunt.



uīquagesimū octauū bellum inter sarracenos ⁊ xp̄ianos accidit anno dn̄i octingētesimo nonagesimo. Tunc enī predictus rex ordoneus timēs ꝙ perderet tēpus suū si desisteret ab oppugnatione inimicoꝝ fidei xp̄iane ꝑduxit exercitum suū magnū: ⁊ iuit vt ꝑcurreret terrā meride ⁊ cōfregit ac destruxit igne et ferro quicquid inuenit. Cepitq; vnū castrū qd̄ dicebat' calabri: ⁊ nunc dicitur alhame. sic ergo post plurima certamina et victorias reuersus est in terram suā cū multitudine captiuorū vtriusq; sexus. ⁊ anteq̄ egrederet' de terra sarracenorū venerūt ad eū potentiores meride ac terre lucene. ac etiā rex passensis q̄ dicitur bedadios petentes ab eo treugas ꝓpter quas concedēdas multitudinē innumerā pecunie obtulerunt eidē ⁊ reuersus est legionē cū magnis diuitijs ⁊ honore. Et tunc fecit mirificū illud tēplum ecclesie maioris in eadē ciuitate vbi prius erat suū regale palatiū. Jacet sepultus rex in ecclesia p̄dicta retro altare maius in pariete: vbi transitus gentiū efficitur circularis. Successit ei in regno filius eius alfonsus quartus qui regnauit quinq; annis sed nihil magnifici fecit cōtra sarracenos. Hic motus quadā leuitate voluit ordinē intrare ⁊ de facto sic fecit renuncians regnum suū fratri suo ramiro et cū pauco tempore remaneret in religione in monasterio sancti facundi prope ceyam exiuit ab ordine ⁊ venit legionem et rebellauit cū eadē ciuitate fratri suo volens iterum regnare. quod cū frater eius rex ramirus cognouit venit super eum cū magno exercitu quē ꝯ sarracenos paucrat ⁊ obsedit eū in eadē ciuitate duob' ānis. final'r dedit se rex alfōsus fratri suo regi ramiro q̄ eū cepit ⁊ posuit in carcerib' ⁊ alios duos filios regis fruele q̄ rebellauerant ei extraxitq; oculos eoꝝ et post duos ānos rex alfōsus p̄dictus cec' mortu' est ⁊ sepult' ibi legionis in monasterio sancti pauli.

¶ Vincūt xp̄iani p regē ramirum secūdū: occisis. lxxx. milibus sarracenorū ⁊ captiuato rege. Cesar au-

gustano proditore.



Quinquagesimūnonum belluʒ inter sarracenos ⁊ christianos. accidit circa idē tp̄s. Tunc abdarramē rex cordubeñ. ⁊ albenyhaya rex cesar augustanus qui se fecerat vasallum regis ramiri cū terra sua cum multitudine graui venerūt vt percurrerent terrā regis predicti ramiri: ⁊ accesserunt vsqꝫ ad locū qui dicit̃ simanchas. qđ cū rex ramir⁹ sciuit. exiuit contra eos cū exercitu suo: ⁊ cōmissuʒ est durū bellū. Sed cū adiutorio altissimi victi sunt sarraceni ⁊ albenyhayo ꝓditor fuit captus: mortuiqꝫ sunt de sarracenis lxxx. milia. Hec victoria fuit habita in die iusti ⁊ pastoris. ceteri vero sarraceni fugerunt ⁊ recolligerunt se in quodam castro cū abdarramē Sed rex ramirus insequēs eos obsedit eos: et captiuauit plurimos eorum abdarramē furtim euadente. ⁊ reuersus est predictus rex collectis spolijs campi innumerabilibus. et cum rege ꝓditore vinculato ac cum multitudine captiuoruʒ in honore in ciuitatem legionensem.

¶ Bello. lx. Vincūt christiani sub rege Ramiro secundo.



Sexagesimū bellum inter sarracenos et christianos. accidit anno domini octingentesimononagesimosexto. Imperante herico primo ⁊ sedēte in cathedra petri Ioh. xix. Tūc ꝑdictus rex ramirus secūdus cōgregauit exercitum suū ⁊ obsedit quoddā castrum qđ antiquitus dicebat̃ agraui: nūc ꝟo dicitur calatrana. Saraceni autem alioꝝ castrorum circūuicinorū cum exiuerūt: venerunt vt succurrērent predicto castro de caldrana ⁊ cōmissum est duruʒ bellum inter eos et regem ramirum. sed finaliter victi fuerunt saraceni ꝑempta multitudine saracenorum: ⁊ reuersus est in terram suam cū magnis diuitijs et honore. Iste rex ramir⁹ cum infirmaretur grauiter oueti precepit se deferri ad ciuitatē legionensem vbi expoliauit se a regno qđ recepat a fratre suo alfonso dicens hec verba. Nudus egressus sum ex vtero matris mee: ⁊ nudus reuertar illuc dn̄s mihi adiutor non timebo: qđ faciet mihi homo. Quibus dictis animā dedit in manib⁹ creatoris ⁊ sepultus est in monasterio sancti saluatoris eiusdem ciuitatis qđ ipse fecerat ꝓ filia sua dn̄a eluira: et regnauit pro eo filius eius ordoneus tertius.

¶ Vincūt christiani hoc bello. lxi. et capitur castrum de tharaco per comitem fernandum gundisalui.



Sexagesimūprimum bellum inter saracenos ⁊ christianos accidit circa annū dn̄i noningētesimuʒ. Tūc regnante in regno legiōi supradicto ordoneo tertio. Excitauit deus quēdam viruʒ in armis strenuū sibiqꝫ dilectū comitem: scʒ fernandum gundisalui cuius filia scʒ domina viraca vxor

supradicti regis erat comes castelli qui ex desiderio seruiendi deo incepit bella durissima cōtra saracenos. Et primo congressu deuictis saracenis obtinuit castrū qd̄ dr̄ de tharaco qd̄ est situatū ī altitudine cuiusdam rupis prescise. Un̄ saracenis euenit tribulatio magna.

¶ Uincunt christiani et almansor cum. xij. legionibus bellatorum fugatur per comitem fernandū gundisalui cum. ccc. equitibus ex reuelatione quadam sibi facta.



Sexagesimum secūdum bellū inter saracenos ꝛ xp̄ianos accidit anno dn̄i nongentesimo primo. Tūc almansor qui erat potentior saracenus existētium citra mare sub abdarramē amiramamolim hyspanie ꝛ regis cordubensis cum audiuit ꝙ comes fernandus gundisalui ceperat p̄dictum castrū de caraco iratus ac turbatus fuit valde quare congregauit magnā potestatē regum saracenorum ꝛ militum aliarūq; gentium quorum numerus. xij. legionū militū. Una legio est sex milia sex cētum sexaginta sex. Cum vero predictus comes fernandus gundisalui cognouit ꝙ almansor veniebat contra eum in multitudine tamgraui et ꝙ mirabatur dicens: ꝙ non esset locus in quo nō quereret eum misit statim nuncios suos per totū castellū vasallis suis dicēs ꝙ venirent ad eū quia nimiū eis indigebat qui visis litteris parato animo vnanimiter venerunt ad eum cum quibus habuit consiliū suū quid esset melius ire obuiam almansor vel expectare eum: ꝛ inter alios miles quidam dictus gundisalus didaci sic locutus est. O domine nō mihi videtur tempus bellandi cū istis saracenis. Sed si aliquā viam possemus inuenire per quā istud bellum impediretur haberē ego pro bono consilio si vobis placeret nec propter hoc debemus habere pro inconuenienti contribuere eis aliquid aliud quicquid illud esset per quod possemus mitigare iras saracenorum ꝛ lucrari treugas eorum: qꝛ in multis aliis rebus expēduntur diuitie: in hoc ergo nō debem᷒ excusari: quia in bello ponit homo aliquotiēs animam ꝛ corpus ꝛ nihil ei prodest aurum et argentum: et quicquid aliud. Item saraceni sunt multi ꝛ bene armati: nos vero sumus pauci et armis vacui. et si propter peccata nostra vincimur omnes erimus confracti ꝛ tota castella perdetur: et ponetur sub potestate saracenorum. Sed si istud bellum non daretur haberem pro bono consilio: ꝛ pro meliori ꝙ nos possemus facere vt non p̄deremur sic ex nostro defectu nec aliquid nobis p̄desset sine adiutorio domini nostri iesu xp̄i. Domine si locutus sum sine modo peto veniam. et dicet vnusquisq; illud qd̄ sibi melius videtur. Istud cōsilium non placuit predicto comiti fernando gundisalui: et quasi iratus dixit. Amici volo respondere dono grandi saluo didaci. ꝛ enarrando quecūq; dixit ostēdam ꝙ non solum non sunt

dicenda sed nec audiēda. Ipse dicit primo φ excusemus bellū: sed cum homo non possit excusare nec fugere mortē: debet mori honorificentius quo poterit et sic treugas lucramur contribuēdo eis aliquid cum sumus dñi efficeremur serui τ vnde deberemus castellū extrahere a pena et oppressione in qua est amplius ei duplicaretur. Cū ergo omnes vnde nos descendimus feruenti fidelitate decorati: τ in eius obseruatiōe gloriabātur. Ideo nō curauerunt de morte sua τ isto modo impleuerūt quicquid voluerūt et pugnauerūt viriliter ne aliquid indecens facerēt ꝓpter qđ reputari possunt: nec voluerūt habere hereditatē vnde ipsi minus valerēt φ omnes alij viuētes in toto mundo: τ propter eorum magnā fidelitatem vicerunt semꝑ inimicos suos quia propter mortis timorē nunφ errorem aliquē facere voluerunt nec aliquid qđ eis inhonestū esset τ isto modo ipsi vicerunt inimicos suos. Qđ ergo illi fecerūt debet in memoriā nostram venire et concordādo nos cum eis ac eorum facta obseruando nunφ errabimus. Dimittamus ergo iam enarrare parētū magnalia τ redeamus ad factū nostrum. preparemus nos vt eamus ad bellū τ propter mortis timorē nullatenus dimittamus: quia cum dei adiutorio et nostre fidelitatis vincemus inimicos nostros τ extrahemus castellum a pena et confractiōe in qua est nec eorum multitudinem pauere debemus: quia plus potest vnus leo φ decē oues. et occident triginta lupi triginta milia agnos. Sitis certi amici φ nos vincemus almansor hac vice τ erit magnus honor meus. vester autem maior ac de me facietis meliorem hominem totius hyspanie.

Cum ergo predictus comes finiuit orationem suam mouit se cum exercitu suo de loco qui dicitur muneon vbi tunc erat et venit in locū qui dicitur lara: et inde ascendens equum suū intrauit montem vt venationi vacaret. Inuenitqꝫ aprum quēdā: τ secutus est eū solus aper vero fugiens eum recollegit se in quadā speluñca in qua solebat manere. sed non secutus ibi intrauit quādam ecclesiā paruam ibi propinquam et posuit se retro altare. Ecclesia autem illa tota erat exterius cooperta quadam herba que dicitur edera: sic φ nihil eius videbatur i qua tres monachi pauperrime viuebant: et vocabatur ecclesia illa sanctus petrus. Comes autem ꝑdictus insequēs aprum non potuit in equo pre arborum spissitudine intrare post aprum descendit ergo de equo τ ligauit eū ad arborem secure: ipse vero secutus est vestigia apri pedes τ ingressus est ecclesiā ꝑdictam τ accessit vsqꝫ ad altare vbi porcus iacebat. cum autē respexit locū τ vidit φ erat ecclesia: timuit τ noluit accedere ad altare nec occidere aprum. licet ipse multū bene poterat illū occidere τ ait. Dñe deus quem timēt omnes res mūdi. si ego in hoc errarē tu debes mihi veniā dare cū ego nihil scirē huius sanctitatis: quia si ego

sciuissem nō intrassem ibi vt talia facere quimmo venissem in pegrinationem ꝛ oblationes tribuissem. Sed parce mihi tu pater potētissime fili virginis marie ꝛ da mihi vigorē ꝛ adiuua me contra gētem paganā que venit ad destruendam castellā: qꝛ si tu non seruas eaꝫ ego pro pdita illam habeo tu ergo dn̄e illam obserua ꝛ custodi eam. Cum aūt finiuit pdictus comes orationem suā venit ad eū vnus triuꝫ illorum monachoꝝ qui dicebat pelagius ꝛ interrogauit eū quis esset ꝛ quid peteret. Comes vero ei nihil celauit, dixitq; ei ꝙ segregauerat se a gente sua ꝛ intrauerat ibidem post illū aprum. Tūc monachus dixit ei. Rogo te ppter deum ꝛ propter tuaꝫ bonitatē ꝙ sis ista nocte meus hospes: ꝛ dabo tibi panē ordei vt comedas qꝛ de tritico nō habeo: et dabo tibi de aliꝭs q̄ potero habere. Qḋ cuꝫ comes audiuit nō refutauit: sed conuiuiū acceptauit ꝛ māsit ibidē illa nocte. Altera vō die de mane dixit monachꝰ ille pelagius comiti. Certissime credas ꝙ diriget deꝰ negocia tua ꝛ deuinces oēm potestatem illius almansoꝛ. plium magnū habebis cuꝫ eis sed certissime vinces eos: ꝛ tot ex eis occides ꝙ non erit numerus. Itē scias certissime ꝙ recupabis vnā magnam partē terre ꝛ effundes sanguinē regum ꝛ magnatum ꝛ felicitas tua erit tāmagna ꝙ per totum mundū exibit sonus militie tue. Veruntamē scias pro certo ꝙ eris captus bis. Et omnia que tibi dico certitudinaliter scias sic fore ventura. Sed ꝛ ante tertiū dieꝫ sequentem eris positus in magno cogitatu: quia videbis totam gentem tuā vltra modū pauore percussam propter vnū terribile signum quod videbūt nec erit ibi aliquis tāfortis ꝙ non langueseat timore. Sed tu statim cōforta eos melioribus verbis q̄bus poteris exponendo signū: ꝛ ipsi statim perdēt timorem. et exnunc vade feliciter inueniesq; omnes tuos tristes plāctus ꝛ luctus propter te faciētes ꝛ cogitantes ꝙ sis captus vel mortuus a saracenis: ꝛ ꝙ maneant sine dn̄o ꝛ sine aliquo tutore. Sꝫ rogo te ꝛ peto istud donū ꝙ postq̄ deuinceris campū: recorderis huius paupercule societatis: et huius tāpauperrimi loci: ꝛ tampauperis hospitalitatis sicut recepisti: quia nos tres monachi sumus soli faciētes pauperem vitā. ꝛ si deꝰ nobis nō mitteret suaꝫ mercedē: deuoraret nos bestie fere huiꝰ mōtis. Comes vō respondens ei dicit. frater pelagiamice nō timeatis pdere seruitiuꝫ qḋ mihi fecistis: quia si deus cōcedat mihi hanc litē vincere: ego promitto huic loco totā meam quintā partē omniū que lucratus fuero. ꝛ vltra hoc cū mortuꝰ fuero: hic precipiam sepeliri corpus meū vt hic locus factus ppter me sit melioratus ꝛ magis honoratus: faciamq; alterā ecclesiaꝫ maiorē hanc q̄ modo: vbi possint manere plures monachi ꝛ maioꝛ cōuētus: ꝛ dabo eis in quo viuant ꝛ omnia que eis necessaria fuerint. Sic ergo facto vale: venit predictus comes in predi

eundum locū delera: et inuenerat suos sicut dixerat pelagius monachus: sed eorum tristicia versa est in gaudium et leticiam. Narrauitque eis omnia que sibi acciderāt cū monacho pelagio. Altera autem die precepit moneri gentes eius que ita pauce erant: quod mille saraceni erāt pro vno christiano. Sed licet essent pauci erant tamē optimi milites et habebant bonū cor adiuuandi dominum suum. Uenerunt ergo ad locum vbi mutuo se videbant christiani et saraceni: et tāta erat multitudo saracenorum quod montes et valles videbātur cooperti eis. veniebātque sonantibus tubis et anafilis et facientes magnū tumultū: ac cum grādi leticia cogitantes quod vincerēt et caperent omnes illos xpianos et tanta erat multitudo et magnitudo vocum illorum quod videbatur quod totus mundus veniebat ibidem. Comes autē fernandus gundisalui existens in loco suo omnia circūspiciens cupiebat se iam videre cum illis. Et ecce illa hora accidit signum quod sibi predixerat monachus pelagius: quia vnus de militibus eius fortissimis ascēdit vnum equum pulchrum et velocem vrgensque eum calcaribus vt exiret ante eos. aperta fuit terra et deglutiuit eum cum equo suo. Tunc fuerunt oēs percussi timore magno dicētes. propter peccata nostra istud accidit nobis: et bene apparet quod deus derelinquet nos: et fuerat nobis melius consiliū si reuersi fueramus: quia oculariter videmus quod deus vult iuuare saracenos quō ergo nos poterimus ire cōtra eos. Sed tūc virtuosus ille comes dixit eis. Amici nō faciatis sic nec velitis lucrari nomē malum pro semper: nec perdatis cor sine vulneribus nec ostēdatis in vobis talem pusillanimitatē: quia ego volo vobis ostendere. quid vobis ostēdit istud signū. Unde et quo nos faciemus terram submergi cum sit tādura et tā fortis quid aliud erit: quod nos possit sufferre. Et vos omēs estis hoīes alte nobilitatis: et video nūc corda vestra langantia timore contra gētes que non sunt nisi vmbra et ideo vos nolite timere: quia ego hac die desiderabā me videre cum almansor in campo: et experiri quō scitis castellam custodire dominū vestrum. Postquam ergo predictus comes finiuit sermonē suum resumptis viribus suorum militum sicut vir sapiēs in bello precepit deuolui vexillum suū: et iuit virili animo et sine timore percutere saracenos. ibātque castellā clamātes. Castilla castilla. Cōmissum est ergo durum bellū: et milites xpiani intantū fuerunt accēsi desiderio pugnandi et adiuuandi dominum suum quod nihil cogitabant de morte sua: tā strenuissimi ergo fuerūt quod vicerūt potestatem saracenorum: et fugit almansor cum paucis. Hac die deus manifeste ostēdit suam potestatem in hoc quod tres cēti milites xpiani tantam multitudinem saracenorum et tampotētem virum sicut almansor vicerunt. Uictis ergo saracenis fugierūt a campo. Sed et comes fernandus gundisalui secutus est eos cū aliquibus de suis et occidit plus

res eorum: et expoliauerūt campuz victoria habita. et inuenerunt in tētorijs multitudinem auri et argenti et vasa et arma et alia plura. sic φ facti fuerunt ditissimi pro semper. Et exinde venit predictus comes cum omnibus suis ad supradictuz monasterium sancti petri. et dedit sibi multa donaria que inuenerat in tētorijs sarracenorum: deditqꝫ multitudinē diuitiarum monacho pelagio amico suo. Et reuersus est in ciuitatem suam cum Burgeñ. cū omnibus suis: vbi aliquibus dieb⁹ stetit propter vulnera sananda illorū qui in bello vulnerati fuerant.

¶ Hoc bello. lxiij. Uincunt xp̄iani per comitem fernandum gundisalui plurimis sarracenis captis et trucidatis.



Exagesimum tertium bellum inter sarracenos et christianos. accidit circa idem tēpus. Tūc sarraceni dolentes de victoria quā habuerat predictus comes fernandus gundisalui. et scientes φ ipse cū rege ordoneo. iiij. supradicto erat vinculo amoris colligatus congregauerunt exercitum magnū: et venerunt super sanctum stephanum de gormatio qui est in littore dorij et obsederūt castrū illud: et percurrerunt totaz terrā vsqꝫ ad burgis qđ cū sciuit predictus comes fernandus gundisalui venit animose contra eos cū malitia regis: et sua secutusqꝫ est eos vsqꝫ ad doriuz bellās et occidens plures eorū deuictisqꝫ sarracenis reuersus est in terram suam cū multitudine captiuorū diuitijs et honore. Eodem anno mortuus est predictus rex ordone⁹. iiij. zamore: et sepultus est in ecclesia sancti saluatoris ciuitatis legionēsis: quā construxit pater eius et regnauit post eum sancius primus q̄ dictus fuit grossus: ex eo φ pre pinguedine equitare non poterat: nisi cum difficultate. Iste fecit pacē cum sarracenis. quia curauerūt eū a pinguedine sua. regnauit octo annis: et occidit eū quodam veneno pomo: comes gundisaluus qui dominatur vltra dorium. et sic iste qui nihil gloriosum fecit contra sarracenos: male finiuit. Jacet sepult⁹ apud legionē in ecclesia sancti saluatoris. iuxta patrē suū. Et regnauit ꝓ eo ramirus tertius fili⁹ eius.

¶ Uincunt xp̄iani per comitē fernanduz gundisalui: et fugatur secūdo almāsor perēpta innumerabili multitudine sarracenorum.



Exagesimum quartum bellū inter sarracenos et xp̄ianos. accidit anno domini nongentesimodecimoquinto. Tunc supradictus almanzor dolens nimis quia eū defecerat comes fernādus gundisalui. sicut dictū ē supra. lxi. transiuit vltra mare in affricam et precepit predicari per omnem terram sarracenorum. φ venirent ad adiuuādū eū contra xp̄ianā hyspanie: et ad defendendū terrā quā sui predecessores lucrati fuerant. Sarraceni autē audiuerunt hanc predicationem per totā terram diuulga

tam venerunt ad eum sine numero sicut qui veniunt ad indulgentiam cruciate quã nos xpiani fideliter accipimus cũ sedes apostolica de-bitis circunstantiis compensatis illam cõcedit ꝛ vltra predictas gẽtes innumeros congregauit. etiam ille almanzor totam potestatem andaluzie. ꝛ sic venit cũ exercitu quasi innumerabili contra castellam vt destrueret totam terram: ꝛ vt caperet predictũ comitez ꝛ occideret si posset. Que omnia cum cognouit predictus comes fernandus gundisalui: congregauit similiter oĩs Castellanos: ꝛ venit ad locum qui dicitur predrauita. Sarraceni vero erant in vacinas. Comes autez reliquit gentem suam in eodem loco de predrauita: ꝛ ipse solus cum duobus militibus iuit velociter et crete: vt videret monachum pe-rium amicũ suũ supradictum qui dixerat altera vice. ꝙ vinceret titudinaliter almanzor et signa e accidere habebãt. ꝛ cum accessad locũ dictũ est ei quomodo iaz cesserat a presenti vita. quod cũ nes audiuit contristatus est val ꝛ ingressus est ecclesiã illam vt caret deum: vt secum faceret mi cordiam. flexis ergo genib⁹ an ltare fecit hãc orationẽ in abũ-tia lachrymarũ dicens. Domi-ũ magno amore tibi seruiendi sustinui multa aduersa: ꝛ dimi alta solacia ꝛ sum in maxima nicitia cum sarracenis ꝛ xpia-ꝗ reges hyspanie timore sar-norũ obliti sunt tui qui es do is eorum: ꝛ facti sunt vasalli i. et cum ego ꝙ timore mortis errabant male cõtra me. Ego nunꝗ volui societatem: nec amorẽ eorum. ꝛ sic remansi ego solus ab omnibus derelictus inter omnes qui videntes me segregatum ab omnibus vt inimicũ me respexerunt. Et cũ sarraceni cognouerunt ꝙ nolebaz eis obedire. congregauerũt exercitus vltra mare et citra mare. et venerunt super me. Et ego cum tuo adiutorio deuici almanzor et omnem eius potestatem: ꝛ occidi ibi plures eorũ. Tu domine dixisti per Ysayam prophetam. ꝙ nunꝗ deficeres tibi seruientibus. ego autem oẽs alios reliqui: vt tibi seruirem. Peto ergo domine pro mercede. ꝙ habeã ego tuũ adiutorium. ꝛ vt defendas castellã: quia tota terra affrice venit super me. ꝛ da mihi sensum ꝛ fortitudinem: vt ego vincaz hunc sarracenum almansor: ꝛ oẽm eius potestatem: ꝛ cum faceret augurationem captus est quodaz dulci somno: ꝛ dormiuit ibi ante altare. Apparuitq; sibi ille monachus sanctus pelagius indutus vestib⁹ cãdidis sicut nix. ꝛ dixit ei dormis fernande gundisalui. surge ꝛ vade ad gentem tuam: quia deus cõcessit tibi quicquid postulasti ab eo: ꝛ scias certitudinaliter ꝙ vinces sarracenum almanzor ꝛ omnem eius potestatez et perdes ibi multos de gente tua. et adhuc dixit tibi plus dominus noster. ꝙ quia tu es eius vasallus et ei facis seruitium toto corde ꝙ mittit tibi apostolum iacobum: ꝛ me cuz multitudine angelorum ad adiutorium tuũ: ꝛ appare-

bimus omnes in bello cum armis
albis: ⁊ quilibet nostrum ducet cru
cem in suo vexillo: ⁊ cum sarraceni
viderint nos: vincebuntur et di-
mittent tibi campum. Amice dixi
tibi qd mihi mandatum fuit: dece-
tero volo recedere. ⁊ sic recessit a p̄
dicto comite: vigilans ergo ipse et
cogitans in illa visione orando deū
humiliter audiuit quādam vocem
dicentem sibi. surge et vade in viā
tuam: quia iniuste contra me agis
cum tantum demorarís: ⁊ non des
treugas almanzor: nec facias cum
eo pacem aliquam. facies autē de
gente tua tres acies et intrabis tu
cum paucioribus ex parte orientis
et in illa acie ego ero tecum. preci-
pies etiam q̄ secunda acies ingre
diatur ex parte occidentis. ⁊ in illa
acie erit beatus iacobus. Tertia ve
ro acies intrabit ex parte aquilo-
nis. ⁊ si sic omnia feceris: non dubi
tes quin deuincas almanzor: ⁊ ego
sum emilianus qui tibi venio hec
nunciare: et scias q̄ durabit bellū
tribus diebus. Postq̄ sanctus emi
lianus predicta nunciauit exiuit co
mes a sancto petro: ⁊ venit veloci-
ter in predictum locū de predraui-
ta vbi dimiserat gentem suam quā
inuenerat iratam cōtra se: dixerūt-
q̄ ei. domine sine modo facis ma-
gnum malum: ⁊ si errauerítis iuste
accidet vobis: quia sicut latro qui
egreditur ad furandum segregami
ni. ⁊ si vos queramus inuenire nō
possum⁹ ⁊ sumus in hoc valde ma
li: quia tantū vos sufferimus. Un-
de petimus pro mercede q̄ non fa
ciatis nos proditores: quia nunq̄

fuerunt patres nostri: nec parentes
nostri: nec vnq̄ fuerūt in mundo fi-
deliores: q̄ illi vnde nos venimus
Comes autē fernandus gundisal-
ui respondit. Amici rogo q̄ me au
diatis: quia non resipisco de hoc q̄
feci. ⁊ cum sciueritis non iudicabi
tis q̄ tantū erraui: quia ego iui ad
heremitorium sancti petri vt vide
rem amicum meū fratrem pelagiū
et cū accessi audiui q̄ erat mortu⁹
et ostenderunt mihi locum vbi ia
cebat sepultus. Et deinde intraui
ecclesiam ⁊ fudi orationem ⁊ venit
ad me predictus monachus vbi ia
cebā dormiendo: dixitq̄ mihi sur
ge amice: quia hora est. excitat⁹ au
te nihil potuit venire. ⁊ sic existēs
audiui vocem magnam mihi dicē
tem de celo s̄m intellectum meum.
Comes fernāde gundisalui surge
vade viam tuam: quia die tertia vi
ces almanzor et nomen eius pote-
statem reprehende etiam me: quia
tantū tarda[illegible] ille cuius amo
re pugnabas [illegible] ⁊ quia
in heremitorio isto alia vice fui be
ne consultus sic q̄ deuincerem al-
manzor. Ideo nunc iterū iui vt ha
berem consilium cū illo amico meo
pelagio. Et vt seruarem vos om-
ne propter defectum meum errare
tis: quia necessarium est vobis cō-
silium dei ⁊ hominū: quia ex quo al
manzor tam magnum exercitū cō
gregauit multū interest nobis vt
taliter faciamus: q̄ deum habeam⁹
p̄ nostra parte. Et ideo simus om-
nes boni milites: quia non possu-
mus fugam accipere ex aliqua par
te. Et si velimus ire in aragoniam

vel nauarram vel ad omnes alios vicinos nostros oibus sumus odio si, et si peccatis nostris exigētibus victi fuerimus omnes vindicabuntur de nobis: et erim⁹ captiui et miseri filijq; nostri capientur a sarracenis. Qui autē iacet captiuus priuatur omni bono et vellet plus mortem ꝙ vitā cum videt sua hereditari ab inimicis suis: que vobis dico omnia bene intelligitis. et si ꝑpter peccata nūc sumus victi: nunꝙ nostra recuperabimus. Dico autē vobis ex parte mea que cogito facere ꝓ licet ipsi vellent me accipere ad ... sc. tote ꝙ citius occiderē meipsum ꝙ me tradā captiuitati. Et ideo oportet ꝙ firmetis inter vos ꝙ quicūq; fugerit a campo vel se ...derit captiuitati timore mortis sit proditor: et cū mortuus fuerit sit cū iuda in inferno in ꝑpetuū. ...um auem castellā audiuerint ꝗ ...it predictus comes placuit eis ...nino: et oēs inierunt fedus inter ... ante se exponerent morti ꝙ se ...ere captiuitati Altera ergo die ...nane precepit predictus comes ...mnes armarētur: vt darent bel... sarracenis. et ordinauit acies ... sicut ei preceptuz fuerat in ec...a sancti Petri: mandauitq; do...isto gundisalui de salas et fi...uis: ac duobus consobrinis co... ꝙ irent in prima acie: in qua ...t ducēti milites. Deditq; eis ...ilia peditum de montaneis ꝗ ...s erā: homines veloces et va... In secunda acie posuit pro ...onum lupum de viscaya cū ...e terminamya et de byrnana et de castella veteri de castro et de asturijs fuerunt. fueruntq; in summa ducenti milites: et sex milia peditum. Comes vero fernandus gūdisalui fuit in tertia acie et cum eo Rodericus de conia et numos de cama et belas: qui quos ipā die comes fecerat milites viginti etiam scutiferi sui quos etiam eadem die fecerat milites. summa oīm istius aciei fuit quinquaginta militum et trium milium peditum: precepitq; omnibus predictus comes ꝙ si prima die non possent vincere sarracenos cum audierint buccinaz suā ꝙ retraherent se a prelio: et omnes congregarentur sub vexillo suo. Postq; ergo omēs sic ordinauit venerunt omnes in tentorijs suis et veniente nocte viderunt per aera rabidum quēdam serpentem venire sanguine cruentatū: et quasi vulneratum emittentem tam fortes sibillos: ꝙ nullus fuit ibi tam audax quin timeret et tā magnos ignes emittebat per os ꝙ oēs de exercitu se videbant adiuicem. Cum aūt hec viderēt excitauerunt comitē ꝗ iam dormiebat: sed tū cum ipse surrexit iam serpēs ille trāsiret. Attēdens autē predictus comes populum suū pauore percussum: quia ex illa visione conceperant ꝙ erant vincendi a sarracenis. Precepit ꝙ omnes congregarentur ad eum. dixitq; eis. Amici isti sarraceni sunt incantatores et nigromantici: et suis inuocationibus vocant dyabolum qui pro eis facit multa pauorosa. Aliquis autem sarracenus ꝗ ista scit facere fecit illam visionem

per aera apparere: vt eos terreret tali arte mala. cum ergo vos sitis homines intelligentes bene debetis scire: quod dyabolus nihil vobis facere potest: quia bene noscitis quod dominus noster iesus xps potestatem eis abstulit. commendemus nos ergo deo qui omnia fecit: quia ipse potentissimus dandi et tollendi quicquid voluerit. et nihil propter talia signa demus. Eat ergo quisque in hospitium suum: et de bono mane sitis omnes armati in campo. Adiuuabit enim nos deus pater sua pietate et hoc sitis certissimi quod vincemus eos. talibus ergo verbis comitis confortati omnia sic fecerunt et in gallicantu surrexerunt omnes et audiuerunt missam suam. orauerunt: ac de peccatis suis contriti et confessi fuerunt. et rogauerunt deum: quod adiuuaret eos contra sarracenos. Post hec equitauerunt omnes bene armati omnibus armis suis et cum venerit aurora parauerunt acies suas. sicut eis mandauerat comes. Sarraceni similiter parauerunt acies suas: et commissum est prelium magnum: mortuique sunt multi ex vtraque parte. occiditque predictus comes quendam regem affrice sarracenum: et impletus est campus corporibus mortuorum: tam ex xpianis: quam ex sarracenis. nec alteri partium concessa est victoria eodem die. Veruntamen expulerunt xpiani sarracenos a tentorijs suis: et manserunt ipsi illa nocte in eisdem: in quibus inuenerunt omnia necessaria. steteruntque per totam noctem armati. Altera autem die ordinate sunt acies in campo ex vtraque parte et venerunt saraceni contra xpianos magnis vocibus acclamantes intantum quod videbatur quod totus mundus descendebat in profundum xpiani similiter audita missa exeuntes contra eos inceperunt prelium et durauit per totam diem: nec tamen vna pars alteram partem vincere potuit Fuerunt et in hoc secundo bello etiam multi mortui ex vtraque parte et plurimi vulnerati et reuersi sunt xpiani superueniente nocte in tentorijs suis ceci tristes et vulnerati. Et prima vigilia noctis precepit comes predictus vocari omnes suos ad se dixitque eis. Amici rogo quod sitis fortes et non langueatis propter angustias preteritas. Dico enim vobis in veritate: quod cras vsque horam nonam habetis maximum succursum taliter quod vincetis bellum istius saraceni almansor. Si ergo vultis quod vincamus nos: simus cras bono mane in campo omnes ante solis ortum et viriliter animo in eos irruentes: non demus eis spacium: quia scitote quod per vim dimittent nobis campum: et dico vobis quod euadere non poterint: quin sint mortui vel victi. Ibimusque post eos et vindicabimur de malis que nobis intulerunt. Sum enim bene securus de nobis quod non erimus victi Citius enim nos permitteremus mori quam talia pati. Post verba comitis vnusquisque iuit in mansionem suam dormierunt et quieuerunt. Surgentes autem bono mane sicut eis preceptum fuerat armauerunt se et sarraceni similiter ac exierunt in campum vt bellarent. Commissum est ergo durissimum bellum inter vtrosque et xpiani

ducebant ante se signum crucis do
mini nostri iesu christi orantes to-
to corde vt deus iuuaret eos con-
tra inimicos suos: et tā grādis erat
sonus lancearum et ictus ensiuꝫ ac
aliorum armorum ꝙ longissime au
diebātur et licet multi christianoꝝ
interissent de sarracenis tñ nō erat
numerus in tm̄ vt hēant ꝙ enarrāt
viuentes. Et predictus comes vi-
dit ꝙ altiores hoīes sue aciei erāt
mortui et ꝙ alij erāt deordinati et
tristes et ꝙ cito possent deuinci si
non succurreretur. irruit in sarra-
cenos viriliter animans suos ad
victoriam sꝫ tot fuerunt mortui de
christianis ꝙ non cogitabat iā am
plius redire in castellaꝫ. Cuꝫ ergo
esset in maxima pressura incepit
mente orare deū manibus pugnās
et dicens. Domine ex quo non pos-
sum hanc liteꝫ eradicare nolo libe
rare vitam meā licet possim quia
intrabo talem locuꝫ prelij vbi occi
dar qꝛ si euaderē mortem postmo-
dum morerer pre dolore videns ca
stellam sub potestate sarracenoruꝫ
Et licet nos sumus magni pecca-
tores contra nos nolite irasci ne ve
litis totā hanc terrā destruere esſꝫ
etiam magnū maluꝫ si perderetur
terra tam honorabilis et tam bona
O domine iesu xp̄e et quare nō im
plestis que mihi misistis nunciari
scilicet succurreretis in hoc bel
lo et si ego non defeci vobis quare
vos deficitis mihi et quia sic est ꝙ
vos non estis contentus de me in
iquā culpā ego cecidi. Recipite
ergo hunc comitatum meuꝫ in ve-
stra custodia alias totum destruere
tur radicitus. Cū ergo comes p̄di
ctus talia inter se et deum loquere
tur querulose licet semper pugnās
viriliter audiuit vocem quandā de
celo dicentem sibi fernāde scias ꝙ
crescit tibi magnuꝫ adiutoriuꝫ ma
gnus enim succursus accedit ad te
Cū aūt predictus comes eleuauit
oculos suos in altum et videret q̄s
esset q̄ secū loquebatur. Et ecce vi-
dit apostolum iacobū stantē super
se cū multitudine militū et militari
bus splendētibus armis crucis si-
gno insignitis secūduꝫ ꝙ sibi vide
batur qui omnes ibant potentissi-
me percutere sarracenos aciebus
suis ordinatis. Quos cū viderunt
sarraceni timore magno percussi
sunt nescientes quid facerent: mi-
rabant etiam multū vnde venerāt
ille gentes armate et insignite oēs
vno signo. Dixitqꝫ almāzor. Quid
potuit hoc esse vel vnde potuit eue
nire tā magna potestas comiti fer-
nando. Et cū xp̄iani qui iam erant
quasi victi viderūt apostolū iaco-
bum iam fortificati sunt et resūm-
ptis viribus irruerunt in sarrace-
nos et occiderūt multitudinē ma-
gnā eoꝝ. Alij vero terga sunt dare
coacti: fugientibꝰ ergo sarracenis
a cāpo secutꝰ est eos comes predi-
ctus duobꝰ diebus et duabus nocti
bus et occidit plures eoꝝ alios aūt
captiuauit. Quarta autē die reuer
sus est cum gente sua ad locū p̄di-
cti belli de hacinas et q̄sierunt chri
stianos mortuos inter sarracenos
mortuos volebat enim vnusquisqꝫ
ducere mortuū suum in locū suū.
Sꝫ nobilis comes dixit eis. nō ha

Q



Exagesimum octauum bellum inter sarracenos et xp̄ianos accidit āno domini nongentesimotricesimosexto. Tūc supradictus almāzor venit cū multitudine graui et obsedit predictā ciuitatē legionensē. et tanta fuit violenta expugnatio vrbis ꝙ confregit murum in duabus partibus scilicet ex parte occidentis et ex parte meridiei Comes autē galetie guilhelmus gundisalui qui ibi venerat ex regis precepto vt defenderet ciuitatem iacebat tunc in lecto multum infirmus et cū sciuit ꝙ murus erat ruptus in duplici parte fecit se armari omnibus armis et deferri in lecto ad locum vbi murus erat magis confractꝰ quia ibi erat maior pressura et periculosior locꝰ hoc autē ipse faciebat vt ibi occideretur anteꝙ videret cōfractionē ciuitatis. Ipse ergo iacēs in lecto tribus diebus defendit locū illum ruptū et mortui sunt plures exutraqꝫ parte sed finaliter occisus ē ibi et statim capta fuit ciuitas. et p̄cepit almanzor ꝙ frangerentur oēs porte ciuitatis et ꝙ destruerentur turres que erant ibi ex marmoribꝰ mirabiliter fabricate. Et cum p̄dictus almāzor destructa ciuitate voluit intrare monasteriuꝫ monachorum sancti claudij extra muros vrgens cū calaribus equum suuꝫ nō potuit ipsum mouere ab eodē loco sed equus ibi crepuit medius propter quod predictus almanzor destitit a destructione predicti monasterij et dedit ibi multa donaria secundū ꝙ in eodē conuentu presente illustrissimo rege enrrico qui regnat a priore eiusdem audiui referebatqꝫ se vidisse de donarijs illis que dederat almanzor propter predictum miraculum et reuersus est almanzor cordubaꝫ cū magnis diuitijs et honore.

¶ Vincunt sarraceni et occidunt proditorie septē infantes de lara.



Exagesimū nonum bellum inter sarracenos et christianos accidit circa predictū tēpus. Tūc quidā miles qui dicebatur rodericus belasquas finxit se facere bellum sarracenis velle et occulte tractauit cum almanzor quomō morti traderet septem fratres qui dicebantur septē infantes de lara cum eorum patre gundisaluo gustios qui erant fortissimi bellatores qui eo tempore reperiri poterant in mundo. Causa auteꝫ quare ipsos tradidit morti fuit vindicatio de aliquibus iniurijs quas vxor sua et ipse se reputabant recepisse ab eis. Deduxit ergo eos suis verbis blādis proditorie cum exercitu magno vsqꝫ in campū de almenara et p̄misit illos infantes vt depredarentur cāpum. Ipsi vero habebant secum ducentos milites suos qui exeūtes subito apparuit multitudo innumerabilis sarracenoꝝ veniens super eos et factum est prelium magnuꝫ sic ꝙ interfecerūt multos ex sarracenis. sed de christianis mortui sūt in illo certamine illi ducenti mili-

tes sic ꝙ non remanserūt nisi septē
infantes predicti. Et cum viderūt
ꝙ ibi nihil restabat nisi vincere vel
mori commendauerunt se deo ⁊ in
uocauerunt apostolum Jacobuz ⁊
irruerunt virili animo in sarrace-
nos interfecerunt plures et eis sic
ꝙ nullus erat qui ante ausus esset
expectare eos. sed tanta erat mul-
titudo sarracenorum ꝙ pre lassitu-
dine retraxerunt se ad quendā col-
lem vt abstergerent facies suas a
pulueribus. et cuz ibi peruenissent
inuenerunt ꝙ vnus eorū deficiebat
scilicet fernandus gundisalui q̄ in
bello mortuus fuit: propter cuius
mortem nimium doluerunt. Existē
tes ergo ibi habuerunt verbū suuz
cum sarracenis petentes treugas
quousqꝫ nunciarent predicto rode
rico belasquas si vellet eos iuua-
re ⁊ concesserunt eis. Miserunt er
go didacum gundisalui ex eis sed
nihil potuit obtinere. Reuersus er
go ad fratres suos narrauit eis
crudelitatem illius proditoris ⁊ fa
ctum est ꝙ mille equites qui erant
cum predicto roderico. belasquas
mouerunt se vt venirent et succur
rerent infantibus. Sed cuz cogno
uit proditor ille qui erat eorum ca
pitaneus verbis suis fallacib⁹ im
pediuit aduentuz eorum non tamē
sic potuit impedire quin tricenti il
loruz transirent ad eos animo mo-
riendi vel viuendi cū eis videntes
proditionem sui capitanei. Juncti
ergo illis irruerunt secundo in sar
racenos ⁊ factum est preliuz asper
rimum tale quale nunqꝫ quis audi-
uit in tam paruo numero et tanta
fuit cedes sarracenoꝝ ꝙ anteqꝫ ali
quis eoruz occideretur peremerūt
vltra duo milia sarracenorum. Sꝫ
finaliter bellando intra multitudi
nem tāgrauem mortui fuerunt illi
tricenti milites et remāserunt soli
predicti sex infantes ⁊ tā fessi erāt
ꝙ iam non poterāt leuare brachia
ensibus suis. Cum autē viderunt
eos ita fessos capitanei sarraceno
rum scilicet viara et galue propter
eorum strenuitates traxerunt eos
a pressura belli ⁊ duxerunt eos ad
tentoria sua ⁊ fecerunt ꝙ depone-
rentur arma eoruz: dederuntqꝫ eis
ad comedendū panem ⁊ bibenduz
vinum. Sed cū proditor ille roderi
cus belasquas hoc cognouit misit
nūcios suos capitaneis illis dicēs
ꝙ ipsi malefaciebāt ꝓcedētes vitā
talibus hominibus sicut illis et ꝙ
de hoc posset eis maluz euenire. et
ꝙ si sic facerent ꝙ ipse non rediret
amplius in castellam. sed iret ad al
manzor ⁊ faceret ꝙ caperentur ab
eo. timentes ergo illi ne aliqd ma-
luz eis eueniret ab almanzor excu
santes se ab infantibus propter
hoc reduxerunt eos cum armis su
is. sicut primo erant in campum
vbi primo fuerant quos cum vide
runt sarraceni pulsatis atambori-
bus suis irruerunt in eos in tan-
ta multitudine sicut cadit pluuia
de celo et factum est prelium cru-
delius q̄ prius fuerat sic ꝙ breui
tempore occiderūt duo milia et. lx.
et vltra sarracenos sicut narrat hy
storia. Et inter ceteros frater mior
qui dicebatur gundisaluus gundi
salui terribiliora ⁊ mirabiliora su-

per alios faciebat. sed tanta erat multitudo sarracenorum quod non potuerunt eos tollerare. et intantum fessi erant quod nullo modo poterant iam moueri nec equi eorum. Et licet amplius bellare voluissent armis carebant quia iam confracte enses eorum. Cum ergo sarraceni viderunt quod non habebant arma occiderunt equos eorum et ceperunt eos: et expoliantes eos armis suis decapitauerunt eos vnum post alterum sicut nati fuerunt in oculis predicti proditoris roderici belasquez. Et cum peruenerunt ad gundisaluum qui erat minor eorum videns omnes fratres suos ante se decapitatos concepto grandi dolore resumpsit vires et quodam pugione quod habuit in manibus irruit in illum qui decapitauerat fratres suos percussitque ipsum in gutture et mortuus est cepitque subito eius ensem et occidit cum eo vltra .xx. sarracenos vt narrat hystoria. Captus est finaliter et decapitatus est ibi. Ecce quid fecit proditor ille sed postmodum hec proditio notabiliter fuit vindicata quia quidam filius patris eorum quem habuit in quadam sarracena qui dictus fuit mudarra gundisalui postmodum occidit illum et .xxx. milites eius cum eo et vxorem eius ignibus cremauit sicut plenius continetur in generali hystoria hyspanie.

¶ Vincuntur sarraceni et comburitur ciuitas sancti iacobi ab almanzor et deducuntur campane ad mesquitam cordubensem pro lampadibus in signum victorie.



Septuagesimum bellum inter sarracenos et christianos accidit anno domini noningentesimo quadragesimoquinto. Tunc almanzor congregauit exercitum magnum et intrauit prouinciam que dicitur portugalia destruxitque villas et castra loca et cum peruenit ad mare percurrit et destruxit terram galetie et peruenit vsque ad ciuitatem sancti iacobi quam combussit: intrauitque sine timore vbi iacebat corpus beati iacobi vt confringeret eius monumentum. Sed factus fuit quidam sonus terribilis circa eum quo territus fuit. Veruntamen accepit campanas minores quas secum deduxit in signum victorie quas posuit pro lampadibus in mesquita cordubensi. vbi magno tempore steterunt. Sed antequam almanzor recederet de terra illa percussus fuit ille cum exercitu suo a deo propter peccatum presumptionis et feditatum quas fecerat in ecclesia sancti Jacobi quadam terribili et fetida infirmitate quam dicunt medici deciarea sic quod quasi omnes sui exercitus fuerunt ibi mortui et confusi qui euaserunt postea mala morte scilicet subitanea finiuerunt. Et cum hoc sciuit rex beriudo misit plures gentes ad montana vbi se eleuauerant sarraceni remanentes et omnes ibi occisi sunt sic quod vnus ex eis non remansit et almanzor reuersus fuit in terram suam cum paucis.

¶ Vincunt christiani perempta multitudine sarracenorum per comitem castelle Garsias fernandi.



Eptuagesimū primū belluz inter sarracenos et christianos. accidit āno domini noningentesimoquadragesimoseptimo. Tunc quidam sarracenus qui dicebatur abdemelique filius almāzor congregauit exercitum suū: vt percurreret et destrueret terram xpianorum. Qui perueniens vsqz ad ciuitatem legioñ. destruxitqz quecūqz reliquerat almanzor pater eius tam in muris q̄ in turrib⁹ vsqz ad pauimentum: vt non possent amplius illuc edificare christiani. Sz supradict⁹ comes castelle garsias fernandi venit viriliter contra euz cum multitudine militum et peditum: qui fecit predictum sarracenū eleuari a p̄dicta ciuitate. secutusqz est eum fugientem: et interfecit plures sarracenos. sic q̄ ille sarracen⁹ cum magna pena et periculo reuersus est in ciuitatem cordubeñ. nec amplius ausus fuit attemptare p̄currere terram christianorum.

¶ Hoc bello vincūt christiani mortuo almanzor: ac peremptis innumerabilibus sarracenis per regez beriundo.



Eptuagesimū secunduz bellum inter sarracenos et xpianos accidit āno domini noningētesimoquadragesimooctauo. Tunc supradictus rex legionis donus beriundo. vidēs mala que sarraceni continuo inferebāt christianis scripsit regi garsie nauarre et predicto comiti castelle garsie gundisalui. et propter fidem et salutem patrie confederati sunt contra sarracenos: et produxit exercitum suum magnum. Rex predictus beriundo et licet infirmus esset fecit se deduci in lecto cui coniūctus est predictus comes cum militia sua. Rex predictus garsias non venit in persona: sed tamen misit exercitum suum. Omnes ergo predicti coniūcti sunt in quodam loco prope seriam qui dicitur arabice canantaasor: quod nostra lingua dicitur arcamboum. Almansor etiam de quo supradictum est pertraxerat exercitum suum magnum: et intrans p castellam destruxit quicqd inuenire poterat. Cum ergo peruenit ad eos habuit cum illis preliuz suū magnum qd durauit per totaz vnam diez vsqz ad noctē. sic q̄ vna pars alteram deuincere non poterat. mortui tamē sunt ex parte saracenorū quasi sine numero: et dimissum est bellum propter noctem superuenientem: alias ibi fuisset captus vel mortuus almansor. Cum ergo vidit p̄dict⁹ almansor destructionem gentis sue non fuit ausus expectare bellum sequentis diei et fugit de nocte. cūqz peruenisset ad locum qui dicitur bolgaecorax pre dolore et tristitia infirmat⁹ est: nec vltra amplius comedit et bibit et sic mortu⁹ est: sepultusqz est in medina celi. Rex autem predictus cū omnibus aliis christianis sequenti die parauerūt acies suas ad bellandum cogitantes saracenos stare in tentoriis suis. et cuz hora diei spectarent: et nullum saracenū in

uenerunt accesserūt ad eorum ten-
toria ꝛ expoliauerūt campum. Co
mes vero garchias fernandi secu
tus est saracenos qui tot ex eis in-
terfecit ꝙ paucissimi remanserunt
viui: ꝛ reuersus est cum multitudi
ne captiuorum. Sic ergo puersus
ille almansor qui sepe in bellis cō
tra christianos fuerat victoriosus
miserabiliter illa die a xpianis fu
it victus ꝛ mortuus. Illa autē die
qua almansor fuit vict⁹ ꝛ mortuus
fuit visus quidā homo sub figura
pastoris i litore galdaquenir. Cla-
mans ac magnū planctum faciēs.
Dicebat enim primo in arabico: et
deide lingua castellana. Incanan-
taraz or perdidit almansor potesta
tem ꝛ fastum suū ac leticiā. Cordu
besi. autez quando volebant ire ad
illuz hominē ꝛ ab eo querere quis
erat ꝛ cur plorabat eleuabatur an
te oculos eorum: et non videbant
eum. Iterum apparuit in alio lo-
co dicens in lingua nostra en canā
tarazor perdio almansor elātabor.
Creditur ꝙ ille diabol⁹ in figura
hominis qui dolebat de destructio
ne saracenorum propter mala que
inferebant xpianis sub duce pessi
mo almansor. Sequenti anno mor
tuus est feliciter predictus rex be-
rmundo: et sepultus est in ciuitate
legionēsi. in ecclesia sancti ioānis
baptiste regnauit. xxvij. annis. Et
successit in regno rex alfonsus qui
tus filius eius: et incepit regnare
cum esset etatis quinqꝫ annorum.

¶ Hoc bello vincūt saraceni et ca-
pitur ciuitas Abulesi. moriturqꝫ i
carcerib⁹ comes Garsias fernādi.



Septuagesimū tertium bellū inter sara
cenos ꝛ xpianos accidit
anno domini noningētesimo quin-
quagesimo nono. Et regnāte in re
gno legionis alfonso quinto predi
cto. Tunc propter discordiam ma-
gnam inter predictum comitē gar
siam fernandi: ꝛ filium eius sanci-
um saraceni congregauerunt exer
citum magnum: ꝛ venerunt vt per
currerent terram christianoruz ce-
peruntqꝫ abulam que tunc popu-
lata fuerat. Deinde venerunt bo-
mam: et sanctum Stephanum de-
struxerunt. Destruxeruntqꝫ villam
ꝛ per totam illam terram crudeli-
ter occidebant christianos. Cū au-
tem pdictus comes sciuit amaraz
destructionez non potuit sustinere
ꝛ licet gētes sue essent diuise inter
se: ꝛ filium eius proposuit mori p
defensione patrie. Venit ergo viri
liter contra saracenos bellauitqꝫ
cum eis animose. sed deo permit-
tente victus fuit in bello ꝛ captus
a saracenis: sed paucis elapsis die
bus mortuus est in carceribus de
vulneribus que receperat in bello
ꝛ successit in comitatu castelle pre
dictus filius ei⁹ saucius qui post-
modū optime defendit terram su-
am ꝛ lucratus est penāfial: ꝛ sepul
nedam maderuelum monteion et
recuperauit gormacium ꝛ sanctuz
Stephanum ꝛ ozomam que perdi
ta fuerant cum eius pater esset in
carcere. Iste fuit primus qui de-
dit libertatem militibus castella-
nis ꝙ non contribuerent nec irent

in exercitu͂ nisi d͂nis daret eis soli‑dum suu͂ quia ante contribuebant ⁊ ibant in exercitu sine solidata.

¶ Bello.lxxiiij. vincu͂t xp̄iani per regem alfonsum quintu͂ ⁊ vindicatur mors comitis Garsie fernandi.



Eptuagesimum quartum bellu͂ iter saracenos ⁊ christianos accidit anno domini noningentesimo septuagesimo tertio. Tu͂c predictus rex Alfonsus quintus ⁊ comes castelle saucius non potentes sufferre iniuriam qua͂ fecerant saraceni in occisione comitis Garsie fernandi congregaueru͂t exercitu͂ magnu͂ vna cum adiutorio nauarrorum ꝓpter fedus qd͂ inierat pater regis alfonsi cum eis ⁊ peruenit ad regnum toleti comburens ⁊ destruens quicquid inuenire poterat. Et pertransie͂s inde peruenit vsq͂ ad ciuitate͂ cordubeñ. depredando ⁊ destruendo gladio ⁊ igne quicquid inuenire poterat. Quod videntes saraceni vt eos dimitteret in pace dederu͂t ei magnu͂ thesauru͂ ⁊ plurima dona. Similiter rex toleti ⁊ cordubeñ. ⁊ reuersi sunt in terram sua͂ vindicata morte predicti comitis ⁊ cu͂ magnis diuitijs ⁊ honore. Predictus rex alfonsus quintus reedificauit muros et turres ciuitatis Legioneñ. q͂ destruxerat almasor ⁊ filius eius. regnauitq͂ .xxvij. annis. ⁊ mortuus est in portugalia. Co͂gregauerat eni͂ exercitum suu͂ magnum ex desiderio seruie͂di xp̄o. ⁊ inerat in predicta͂ terram: vt caperet villa͂ illam que dicitur viseo que tunc erat saracenorum. ⁊ cum die quada͂ in armis respiceret hincinde murum vt videret portam debiliore͂ ad conquirendu͂ percussus fuit sagitta in spatulis ⁊ sentiens se vulneratum ad mortem facto testame͂to ⁊ ꝑceptis sacramentis feliciter migrauit ad dominum: ⁊ sepultus est in ciuitate legioneñ. apud patre͂ suu͂ supradictum. Regnauitq͂ pro eo filius eius donus berlundo tertius.

¶ Vincunt xp̄iani ⁊ liberat͂ pampilona a manibus saracenorum.



Eptuagesimu͂ quintu͂ bellum inter saracenos et christianos accidit circa idem tempus. Tunc enim te͂pore yemis venerunt saraceni in multitudine graui: vt caperent ⁊ frangere͂t ciuitatem pampilone. Rex aute͂ saucius nauarre stabat tunc vltra portus qui dicitur derontes valles: et cu͂ sciuit doluit vehême͂ter: ⁊ collecto exercitu suo disposuit se magno periculo propter niues magnas que erant in partibus illis. Et cum vidit ꝙ aliter transire no͂ poterat fecit abarcas de corijs crudis loco sotularium pro se ⁊ pro omni gente sua: ⁊ sic transiuit portus de nocte sine aliquo damno. licet cu͂ magna pena et propterea dictus fuit postmodu͂ rex saucius abarca. Cu͂ ergo fuit mane apparuit subito irruens sup͂ saracenos qui obsessam tenebant ciuitate͂: ⁊ tot interfecit ex eis ꝙ vix rema͂sit qui posset re‑

nunciare in partibus suis que ac-
ciderent ibidē. Iste rex ambulans
cum suis abarcis fecit multa bella
cum saracenis: ⁊ cōquisiuit multa
loca in celtiberia et in carpētania
que vsq; in hodiernum diē dicun-
tur donisaucij abarca. Regnauit
xxv. ānis: ⁊ successit ei in regno na
uarre filius ei⁹ donus garsias tre
merosus sic dictus: quia cū ingre
diebatur bella: tremebat valde in
principio. licet post ingressuz esset
fortissimus miles qui dictus fuit
abarca sicut pat̄. Quo mortuo suc-
cessit ei in regno filius eius dictus
saucius maior. Hic duxit in vxorē
dominā elniram filiā comitis sau-
cij castelle ex qua habuit duos fili
os quoruz vnus fuit dictus donus
garsias ⁊ alius donus fernandus.
Quorum pater nō remanēte prole
infantis garsie filij comitis saucij
castelle cepit comitatuz castelle ex
parte vxoris sue. Et ipso mortuo
donus fernādus filius ei⁹ qui du-
xerat in vxorē dominā sauciam so-
rorem regis legionis domi berium-
di de quo supradictū est de eius cō
sensu in ei⁹ nuptijs ductus est rex
castelle. Rex autez p̄dictus donus
beriundo regnauit in regno legio-
nis decem annis: ⁊ mortuus est in
quodaz bello qđ accidit sibi cū pre
dicto rege fernando ⁊ fratre eius
rege garsia nauarre qđ belluz fuit
celebratum prope Cariorē in quo
dam loco qui dicit̄ nantada in val
le tamaron: sicut plenius contine-
tur in generali hystoria hyspanie:
et sepult⁹ est in ciuitate legioneñ.
cum vxore sua domina Therasia.
Quo mortuo predictus rex fernan
dus collecto exercitu suo iuit legio
nem ⁊ obsedit eam: et finaliter re-
ceptus est in regem legionis: quia
ei pertinebat. et sic coniuncta sunt
ista duo regna. ⁊ ipse dictus rex ca
stelle et legionis: et vocat⁹ fuit rex
fernandus magnus.

¶ Uincunt xp̄iani ⁊ capiunt̄ quinq; reges saracenorum per rodericū.



Eptuagesimū sextum bellum inter sa racenos et christianos accidit anno dn̄i Mil lesimo. xvi. Regnante in regno ca stelle ⁊ legiōis supradicto rege fer nando magno. Tūc excitauit deus quēdam virum sibi dilectum ⁊ ar mis strenuū dictum rodericum de viuar. Iste fuit filius cuiusdaz no bilis militis qui diceba͂t Numus laynes quē genuit ex vxore sua le gitima terasia. Numens filia comi tis Numi aluaros de maya. lz alij qui alia afferant: tamen hec est rei veritas: sicut patet in cronica pre dicti regis fernandi magni. Cum ergo ingrederētur eo tēpore quin q; reges saracenorum: vt percurre rent castellam transierūt super ci uitatē burgeñ. ad montes doca: et percurrerūt ville foratuz ⁊ sanctū dominicū delacalsada ⁊ lucromū ⁊ nayaram totamq; illam terrā ⁊ ex trahebat magnaz prisam captiuo rum bestiarū gregum ⁊ armētoruz Cum ergo ipsi irent cum tāgrandi preda: predictus rodericus conuo cauit totam illam terram: ⁊ dedit illis saltuz in montibus doca. bel-

lauitque cum eis et deuicit eos. cepit que predictos quinque reges viuos: et cepit totam predam suam ac cum illis captiuis regibus: et cum tota preda venit ad matrem suam et diuisit spolia nobilib⁹ et omnibus aliis qui fuerunt cum eo in bello: et facta est leticia magna ac laudauit deum propter victoriam et mercedem quam sibi fecerat. Dixitque non habeo pro bono tenere reges captiuos. sed habeo pro bono liberare eos: vt vadant libere in terram suam. Soluit ergo illos quinque reges saracenos et precepit quod abirent. sed et ipsi regratiati sunt propter tantum beneficium venientesque in terram suam benedicebant ei: et miserunt ei parias cognoscentes se voluntarie suos esse vasallos. Hic rodericus peregrinans in sanctum iacobum recepit beatum Lazarum sub specie leprosi in societate sua in mensa et lecto quem inuenit iacentem in luto in via horrentibus ergo omnibus qui cum eo erant nocte illa qua secum fuit in lecto cum dormiret roderic⁹ insufflauit ille leprosus flatu magno per spatulas roderici sic: quod flatus ille puenit vsque ad pectus: et euigilans non inuenit leprosum illum apud se: nec amplius eum videre potuit licet a lecto surgeret: et eum diligenter quereret. Reuersus ergo ad lectum: et luminaribus incensis cum diligenter cogitaret in his que sibi illo leproso acciderant post paululum. Ecce apparuit vir quidem albis indutus vestibus qui dixit ei. Roderice dormis. Tunc respondit et dixit. non dormio: sed quis es tu qui cum tanta claritate et odore venis? Tunc ille respondit. ego sum sanctus lazarus quem tu recepisti et cui multa bona fecisti sub specie grani ex dei amore. et propter honorem et bonum quod mihi fecisti: concedit tibi deus vnum magnum donum quod cum flatus ille quem sentisti tibi euenerit. scias pro certo quod omnia que inceperis in bellis vel alias omnia feliciter consummabis. Tuus honor crescet de die in diem: et erit timor tuus super saracenos et christianos: sed et inimici tui tibi nunquam nocere poterunt: morieris morte honorabili. nunquam eris victus: sed semper victor existens: quia deus concedit tibi suam benedictionem. fac ergo semper bonum. et sic disparuit. Ille autem surgens a lecto genibus flexis in terra: fudit orationem suam ad deum gratias immensas agens propter tanta beneficia sibi largita. Hic post peregrinationem suam intrauit in campo cum Martino gundisalui: deficit et occidit eum propter quod lucratus est ciuitatem calagurritanam pro rege fernando: quia erat questio super eadem inter predictum fernandum regem: et regem ramirum arragoni cuius esset et facta est concordia inter eos: quod illi duo milites pugnarent et parti victoris ciuitas concederetur.

¶ Hoc bello vincunt christiani et occiditur alymaymon rex saracenorum.


Septuagesimumseptimum bellum inter saracenos et christianos accidit anno domini millesimo decimonono

Tunc rex garsias nauarre ⁊ rex sar
racenorũ Alymaymon cõgregaue-
runt exercitus magnos: ⁊ in loco q̃
dicitur recurnasceta factum est pre
lium magnum ⁊ mortuis plurimis
sarracenis victus est rex alymay-
mon: ⁊ mortuus in bello a predicto
rege garsia.

¶ Christiani vincunt per roderi-
cum de viuar peremptis plurimis
sarracenis.



Eptuagesimũ
octauum bellum inter
sarracenos et xp̃ianos
accidit anno dñi Millesimo.xxvij.
Tunc cum supradictus rex fernan
dus magnus esset in galechia vene
runt sarraceni cu3 exercitu magno
vt conquererẽt extrematurã. gen-
tes vero illius terre miserunt velo
ces nũcios p̃dicto roderico viuar
vt eis succurreret: qd cum audiuit
non detinuit se: sed misit statim p
parẽtibus et amicis suis: et venit
cõtra predictos sarracenos qui de
ducebant predã magnã captiuorũ
gregũ ⁊ armentorũ. ⁊ inuenit eos
inter achensiam ⁊ sanctũ stephanũ
de gormatio. Irruit ergo in eos vi
rili animo: ⁊ commissum est bellu3
cãpale asperrimũ: vbi plurimi ce-
ciderũt sarraceni. Deuictis sarra-
cenos: ⁊ secutus est fugiẽtes p se-
ptem leucas occidendo ⁊ vulnerã-
do eos: ⁊ reuersus est honorifice
cũ tota preda quã ducebãt sarrace
ni: ⁊ tot fuerũt spolia cãpi in eo q
valuit. quinta pars fuit ducẽtoru3
equorũ. ⁊ valor centũ miliũ marca-
rũ argẽtei: q oia diuisit sine cupidi
tate bellatoribus suis: ⁊ reuersus
est in terram suam cum diuitiis
honoribus.

¶ Hoc bello vincunt christiani per
regem fernandum magnum et ca-
pitur viseum.



Eptuagesimũ
nonũ bellũ inter sarra
nos et xp̃ianos. accidit
ãno domini Millesimo
xxxiij. Tunc predictus rex ferna
dus magnus cõgregauit exercitũ
suũ magnũ: ⁊ iuit cõtra sarracenos
portugalie ⁊ meridie ⁊ badayo3 q
oia hec tũc possidebãt sarraceni:
cepit viribus ceam ⁊ guneã q sunt
in portugalia: ⁊ plura alia castra q
erant circũcirca. ⁊ l3 in illis rema
nerẽt sarraceni p vasallis suis. fi-
talicia tñ semp permanserũt in re
gis potestate. ⁊ obsedit viseu3 vbi
mortuus fuerat rex alfonsus socer
eius ex sagitta. de quo supradictu3
est: ⁊ in tanta pressura tenuit eam
obsessam q cepit eã: ⁊ cepit illum
sarracenũ qui interfecerat sagitta
regẽ alfonsum. Extraxitq3 oculos
eius ⁊ prescidit etiã eius manus ⁊
pedes. In his rodericus supradi
ctus fuit strenuissimus miles.

¶ Vincunt xp̃iani: et capitur lame
gum et plura alia loca per fernan
dum magnum.



Ctuagesimũ
bellũ iter sarracenos
⁊ xp̃ianos. accidit an
no domini millesimo
xxxiiij. Tũc supradi-
ctus rex fernãdus magnus. cõgre
gato exercitu suo iuit sup lamegũ

et licet ciuitas esset fortissima. statim tñ obsedit eã: τ tot ingenia ac castra lignea posuit circũquaq; et tam fortissime cõquestauit eã ꝙ vi armorũ cepit eam. in qua inuenit multitudinẽ diuitiarum: τ cepit captiuos oẽs sarracenos quos intus inuenit: quorũ maiorẽ partez retinuit ꝓ edificatione ecclesiarũ que prostrate fuerant. τ post hec iuit super castrũ sancti martini. qđ iacet super riuum de malua: τ cepit eum ac deinde obsedit terrasam τ cepit eam. Reuersusq; est in terram suã cum diuitijs τ honore.

¶ Isto bello vincunt christiani: et post septem annos capitur conubra ꝑ regẽ fernãdũ magnũ aperiẽte sancto Jacobo portas ciuitatis.



Octuagesimũ primũ bellũ inter sarracenos et xpianos. accidit ãno domini Millesimo.xxxv. Tunc predictus rex fernandus magnus. cõgregato exercitu suo voluit habere conubrã et consilio predicti roderici de viuar peregrinatꝰ est in sanctuz Jacobum. dixit enĩ sibi ꝙ deus iuuaret eũ ad capiendũ illã τ insup ꝙ in reditu volebat ꝙ eum faceret militẽ: τ ꝙ credebat se recepturuz militiã contra conubram. Acquieuit ergo illustris rex consilio eius multas elemosynas ꝑ viã distribuens: τ mãsit ibidẽ in oratione tribꝰ diebꝰ. petẽs a deo adiuuari in eo ꝙ desiderabat meritis apostoli iacobi. Venit ergo post hoc cũ exercitu suo magno τ obsedit conubram posuitq; ingenia τ castra lignea circũquaq;: sed villa erat tam fortis et tam magna: ꝙ septẽ annis stetit in eius obsidione: τ ꝑpter tantam dilationẽ tẽporis τ inopiã victualiũ iam volebant xpiani dimittere obsidionẽ. sed monachi cuiusdam monasterij qui vsq; in hodiernum diẽ dr larmano viuentes de labore manuũ suarũ. ex longo tpe fecerãt magnã prouisionẽ victualiũ secrete. habebant enĩ multitudinẽ tritici et ordei: milij τ leguminũ. sentiẽtes ergo ꝙ rex volebat recedere venerunt velociter ad regẽ: τ dixerũt ei ꝙ non amoueret obsidionẽ. quia ipsi darent cibaria ex his q̃ longo tpe congregauerant. τ factũ est sic. Nã dederunt sufficientiã exercitui quousq; sarraceni deficiebãt fame. fames ergo τ pugna sine intermissione deduxerũt sarracenos ad hoc ꝙ venerũt: τ ꝓcidentes ante regez fernandũ petierũt ꝓ mercede solã vitã. τ ꝙ darent ei villam τ oĩa bona q̃ habebant. Pius ergo rex concessit eis vitã: τ ipsi dederũt ei villam quãdaz die dñica hora tertia. Sed interim ꝙ ꝑdictus rex erat in ꝑdicta obsidione. accidit ꝙ quidaz eṗs grecie dictꝰ Assianus peregrinatus est in sanctũ iacobũ: τ cũ eẽt ibidẽ audiuit ab hoĩbus ciuitatis ꝙ sanctꝰ iacobus apparebat sicut miles in bellis xpianoꝝ succurrẽs eis quod verbũ displicuit sibi τ dixit non vocetis eũ militẽ: sed piscatorẽ. Et cũ in hoc pertinaciter permaneret placuit deo ꝙ idẽ dormiẽti apparuit sanctus iacobus portans in manibus quasdam claues et dixit ei hylari vultu tu tenes in

derisum q me dicant militē xpiani: et asseris q nō sum miles. Ideo nunc veni ad te: vt hoc tibi ostēdā nec āplius dubites de militia mea quia sum miles iesu xpi et adiutor christianorū contra sarracenos: et cum hoc diceret traditus est sibi equus albissim⁹ in quē apostolus ascendit armatus omnibus armis mirabiliter splendentibus admodū militis: et dixit ei q volebat ire in adiutorium regis fernandi qui iacebat super conubriā iam septē annis eam obsidentē: et vt sis magis certus. dico tibi: q cū his clauibus quas in manib⁹ teneo cras hora tertiarū aperiam ei portas ciuitatis conubre: et dabo eā regi fernādo: quibus dictis disparuit. euigilās ergo a somno predictus eps assyanus bono mane cōuocauit clericos: et omnes habitantes in ciuitate. dixitq eis que viderat et audiuerat diem: et horam signatā apertionis conubre: et sicut dixit veridice sic repertū est. Et tunc predict⁹ rex cepit predictam ciuitatem: et fecit militē predictum rodericum de viuar in maiori mesquita conubre cingendo sibi ensem et dando ei pacem in ore: et fuit vocatus ruidas et reuersus est rex per sanctum iacobū in terrā suam cum honore.

¶ Vincūt xpiani et capiunt ac destruūt pluria loca p regē fernādū magnū: et efficit tributari⁹ rex toleti



Exuagesimum secundū bellū inter sarracenos et christianos. accidit anno dñi Millesimo. xliiij. Tūc predictus rex fernandus magnus. congregato exercitu suo magno ad percurrendam terrā sarracenorum conquisiuit quedā castra. Unde plurima mala exiebant xpianis. s. gormatio vadi regis aguileram barbingnā ribas sanctuz moram. et multas alias turres. Unde speculabātur sarraceni ꝓpter quas xpiani erāt discooperti cū intrabant terrā illā quas oēs destruxit. Destruxit etiā plura alia fortalitia que erant in valle de bargeterus: et in circuitu tiraz otervsq medinam celi. et exinde venit in catabriam: et expulit inde sarracenos posuitq eā sub dominio suo et oīa montana ouem destruxit igne et ferro. Et exinde venit toletum et perimit plurimos sarracenos: et captiuauit. destruxitq talamancam. alcalam. ozedam. et lucratus est plurima alia loca regni toleti et multitudinē diuitiarū que oīa dimisit cū militibus suis. Et exinde venit super gnadal et faiariam. et obsedit eā: nec requies dabatur habitantibus in ea pre multitudine ingeniorum et machinarū: quare illi sarraceni habuerūt mittere nūcios suos ad regē toleti: vt liberaret eos bello vel donis. Rex ergo ille Almaymō multitudinē auri et argēti multosq pannos preciosos misit regi fernādo petēs treugas vt veniret ad eū secure. q ei concessum. Uenit ergo rex ille sarracenus: et fact⁹ est vasallus regis fernandi. sic q quolibet anno dabit ei parias: et reuersus est rex fernādus in terrā suam cum magnis diuitijs et honore.

¶ Vincunt christiani per regē fernandum magnum: et efficitur tributarius rex hyspaleñ. ac defert corpus bti isidori iciuitatē legioneñ.



Octuagesimū tertium bellum inter sarracenos et christianos. accidit āno domini Millesimo. l. Tunc predict⁹ rex fernādus magnus. ꝯgregato exercitu suo venit in portugaliam et obsedit montem maiorem vbi plurima damna recipiebat conimbra et tā fortiter expugnauit eam machinis suis ꝙ breui tempore habuit eam. Ibi apparuit strenuissimus miles ruidas de viuar. qui vadens vt obseruaret colligentes herbam tres lites sarracenorū deuicit. Mouit ergo rex illustris exinde exercitum suum in algarbium comburens et destruens quicquid inuenire poterat: captiuando: destruendo: et occidendo sarracenos quousqꝫ peruenit ad ciuitatē hyspaleñ. Et tūc benabamech alimucanus rex hyspaleñ. vidēs predaʒ et magna dāna q̄ per suū regnū rex fernandus faciebat. misit ei nuncios suos cum magnis diuitijs: et factus est eius vasallus cōcedens ei parias quolibet anno. Rex autē fernandus habito consilio suorū. recepit eū in vasallū et dona petiuitqꝫ ab illo rege sarraceno corpa sanctarū iuste et ruphine. Si volebat eius amorē habere Respōdit rex sarracenus: ꝙ nesciebat vbi erant illa corpora. Uerūtamē ꝙ si ipse sciret vel quicūqꝫ ali⁹ ꝙ sibi placebat: et non solum illud: sed in omnibus alijs: in quibus sibi posset cōplacere. Et tunc reuersus est rex fernādus samoram cum magnis diuitijs et honore: et populauit eādem ciuitatē que a tpe almanzor destructa fuerat. Et ex illo loco misit duos epos: scʒ legioneñ. et astoriceñ. et comitem nimiū ac duo diuites viros ad regē hyspaleñ. ꝓ honorabilibus illis corporib⁹ sanctarum iuste et ruphine. Qui cū puenerūt ad predictā ciuitatē hyspaleñ. recepit eos ille rex sarracenus cū honore: et exposita ābasiata rex habito suo consilio respondit ꝙ de corporibus illis nihil sciebant. Uerūtamē ꝙ darent eis parias. Episcopi autē illi cū sancti essent viri steterunt in oratiōe tribus diebus et ieiunijs: quibus sic in oratione permanentibus apparuit sanctus Isidorus dicens eis. Serui dei nō est voluntas dei: ꝙ corpora beatissimarū virginū iuste et ruphine extrahantur ab hac ciuitate: qꝛ hec ciuitas debet conqueri a xpianis. et vult ꝙ hic maneant ꝓ consolatiōe eorū. Sed deus habet ꝓ bono semper vestrā sanctitatē. et ꝑpter honorē regis fernādi a quo recepit multa fuitia ꝙ deducat corp⁹ meū i ciuitatē legioneñ. et cū audierūt timuerūt timore magno. et steterūt ꝑ aliquā morā attoniti et muti ꝑpter magnā claritatē et sētiētes mirabilem et nō assuetū odorem: et tūc sanctus ille confessor Isidorus fecit signum crucis super eos. et statim redierunt in seipsis: et interrogauerunt eum quis esset. Qui rūdit ego sum ille isidorus qui fuit archiepis

hyspalen. tunc facta gratiarum actio ne petierunt ab eo q eis ostenderet locum sepulture: et ostendit eis dando certa signa eis quo iacebat in sibilia veteri: et disparuit ab oculis eorum. Illi vero venerunt ad regem dicentes q nolebant ei ostendere: quod petebant placuit regi: et venit cum militibus suis ad locum signatum: et fodientes presente rege inuenit sepulchrum sancti confessoris. et aperientes sepulchrum exiuit odor mirabilis in modum aliusqui et balsami qui profuit in salutem non solum christianorum: sed etiam sarracenorum: et extracto corpore honorifice inuoluerunt ossa illa nobilibus pannis: et rex propter miraculum quod viderat doluit de concesso: et voluit accipere illud si potuisset. Sed cum hec cogitauit amplius corpus illud videre non potuit et motus est intellectus eius in aliud. sic q obliuioni tradidit quod cogitauerat: et post hec mouerunt se episcopi ac alij ambasiatores cum precioso illo corpore per viam suam plurimis miraculis chorusicando. et cum peruenerunt legionem: et rex fernandus sciuit iuit ad eos cum solenni processione. et cum magno honore posuit illud sanctum corpus in quodam monasterio quod ipse fecerat in monumento aureo super altare maius. et extunc ecclesia illa vocata est sanctus Isidorus quam dotauit lapidibus preciosis auro et argento ac plurimis possessionibus. Est autem monasterium illud quod ego vidi canonicarum regularium: vbi sunt sepulture multorum regum: quorum imagines tenent cruces in manibus sinistris et in dextris enses euaginatos.

Uincunt christiani per regem fernandum magnum: et subiugatur celtiberia et carpetania ac liberatur hyspania a subiectione imperatorum romanorum.



Euagesimumquartum bellum inter saracenos et christianos accidit circa predicta tempora. Tunc enim predictus rex fernandus magnus ad requisitionem regine domine sancie vxoris sue congregauit exercitum suum magnum contra saracenos carpetanie et celtiberie que sibi rebellauerant deditque ei predicta regina de suis thesauris magnas diuitias pro stipendijs militum. Cum ergo predictus rex peruenit ad terras illas intantum confregit illas et tot saracenos occidit et captiuauit q per vim et contra eorum voluntatem reduxit terras illas ad pristinam seruitutem. et reuersus est in terram suam cum magnis diuitijs et honore deditque regine in recompensationem eorum que sibi pro exercitu suo dederat omnes pariter illorum saracenorum. Celtiberia est illa terra que vadit a sancto sebastiano et parte occeani maris indirectum vsque mare cesaraugustie quod est mare mediterraneum et ex flumine ybero vsque ad regnum morcie vocatur carpetanea. Iste rex fernandus liberauit regnum ne esset subiectum imperatori: nec recognosceret superiorem in temporalibus et hec fuit causa quare fuit vocatus magnus sicut plenius continetur in generali

hystoria hyspanie. Hinc illustri regi beatus ysidorus reuelauit diem mortis sue vt se disponeret pro ingressu beatitudinis eterne qui venit ante corpus beati ysidori ⁊ genibus flexis ac coronatus regia corona sic orauit. Dñe iesu xpe cuius est omnis potestas et omne regnũ quia tu es rex omniũ regnorũ, ⁊ rex omnium gentiũ, domine reddo tibi nunc regnũ quod mihi dedisti sed peto pro mercede ꝙ anima mea sit posita in luce cui⁹ nõ est finis qui bus dictis expoliauit se vestimentis suis regijs auro decoratis ⁊ abstulit coronã quã tenebat in capite et posuit eam super altare et indutus est cilicio circa carnem, ⁊ iterũ fecit orationem ad deum et absolutus est ab episcopis de peccatis suis: et statim ibi recepit vltimam vnctionẽ: sparsitq3 cineres super se ⁊ pcepit se deduci in peregrinationẽ ad sanctã mariã de almasam que est prope cabesom vbi nouem dieb⁹ stetit et appropinquãte morte fecit se deduci in cabesom et ordinato testamento suo diuisoq3 regno tribus filijs sc3 Sancio alfonso et garsie: post penitentia3 lachrimabilem triũ dierũ die quarto fuit dies sancti iohannis baptiste hora tertia data benedictiõe filijs suis migrauit ad dominu3: sepultus est in ecclia sancti ysidori ciuitatis legionen̄. iuxta patrẽ suũ quem ipse ...nã fecerat deduci. Regnauit viginti duobus annis, ⁊ sex mensib⁹ successit ei ĩ regno castelle Sancius filius eius primus Alfonsus in regno legionis et garsias in galecia et portugalia.

Uincũt xpiani et efficitur tributarius rex cesagaruftan⁹ per regẽ sancium castelle et quõ proditorie p vellido dolpho occiditur rex iste saucius secũdus rex castelle.



Sexuagesimum quintũ bellũ inter sarracenos ⁊ xpianos accidit anno dñi. Millesimosexingentesimoseptuagesimo. Tunc predictus rex Sanci⁹ videns ꝙ rex fernãd⁹ pater suus pro honore fidei xpiane ꝯquestauerat puincias portugalie ⁊ lucitanie hyspalen̄. cordubeñ. toleti celtiberie et carpẽtanie sunt ꝙ reges earum facti tributarij ei. Ideo congregato exercitu venit super ciuitatẽ cesagaruftanã ⁊ obsedit eam ac cũ ingenijs et machinis pluribus de die et nocte eã fortissime expugnabat ꝓpter qð post multa damna que receperũt sarraceni rex ciuitatis misit regi Sancio multitudinẽ magnã auri ⁊ argenti ac lapidũ pciosoꝝ ⁊ fact⁹ est eius vasallus cu3 tota terra sua et tributarius cũ oĩbus ei⁹ sic ꝙ quolibet anno darent ei certũ quid et firmata hac pace. Reuersus ẽ rex sauci⁹ in terrã suam cũ diuitijs et honore. Iste rex sancius nõ fuit cõtentus de diuisione regnorũ quam fecerat pater eius fratribus suis. Et ideo desiderio habẽdi omnia regna, l3 penã pditionis posuiss3 pater cuicunq3 eoꝝ frãgenti dispositionẽ eius. Congregauit exercitu3 magnũ, ⁊ iuit Primo cõtra regem garsiam fratrem eius qui erat rex

R

regis hyspalensi. Et extunc sarraceni et xpiani vocauerunt eum adruidas campeator que omnia multum placuerunt regi alfonso.

¶ Vincunt christiani et capiuntur septem milia sarracenorum per cid campeatorem et quomodo per inuidiam expellitur a regno.



Ctuagesimumnonum bellum inter sarracenos et xpianos accidit post predictum bellum paucis elapsis diebus. Tunc enim rex alfonsus sextus predictus. Congregauit exercitum suum magnum et intrauit terram sarracenorum in vuadalia vbi plurima damna eis intulit. Sed cum ipse esset in partibus illis bellans congregati fuerunt ex aduerso plurimi sarraceni et intrauerunt per regnum castelle obsederuntque gormatium et fecerunt in terra illa multa mala et damna. Cid autem adruidas campeator qui remanserat infirmus in recessu regis et iam conualescebat audito damno quem sarraceni faciebant congregauit omnes gentes quas potuit et iuit contra terram toleti et percurrit illam destruens quicquid inuenire poterat et deduxit secum preter alias diuitias septem milia sarracenorum inter viros et feminas, et sic reuersus est in castellam cum honore. Istud factum seminarium inuidie fuit inter milites castelle. Et ideo tenuerunt modum cum rege alfonso quod cum campeator esset expulsus a regno et sic factum est et cum recederet nocte quadam cum dormiret dictum est ei in visione vade audacter et noli timere semper tibi bene erit dum vixeris eris que diues et honoratus et in suo recessu cepit vnum castrum sarracenorum quod iacet super benares et dicitur castreyum gentes vero sue percurrerunt terram illam vsque guadalfaiariam. Et congregatis omnibus spoliis quinta pars deputata ipsi cum fuit vendita sarracenis precio trium milium marcharum argenti.

¶ Vincunt christiani et capitur alcozar per Cid campeatorem.



Onagesimum bellum inter sarracenos et xpianos accidit sequenti die. Cum enim predictus Cid adruidas campeator iret in confinibus regni bellauit cum sarracenis de alcozar et occidens plurimos eorum cepit locum illum quadam arte mirabili ibi inuenit plures diuitias et istud factum magnum intulit timorem sarracenis omnibus terolii et calataiubii propter quod scripserunt regi valencie abuacar que acciderant dicentes quod si non succurreret eis quod etiam caperent terram eorum.

¶ Vincunt christiani fugatis et vulneratis duobus regibus per Cid Campeatorem.



Onagesimum primum bellum inter sarracenos et xpianos accidit paucis elapsis diebus post predictum bellum. Quia tunc rex valencie vidit supradictas litteras misit duos reges cum tribus milibus armatorum et cum omnibus aliis genti

bus illius frōtarie veneruntq̄ su-
pra locum deacozar et obsederunt
ibi ipsum Cid adruidas cāpeatorē
cum militia sua tenueruntq̄ ibi eū
obsessum tribus ebdomadibus et
abstulerunt ei aquam. gentes autē
quas secū habebat in numero erāt
pauce quia solum erant quadringē
ti equites et tricenti pedites. Ui-
dens autem q̄ aquam perdiderant
die quadam parauerunt arma sua
et armauerunt se secretissime ⁊ su
bito apertis ianuis exeuntes irrue
runt viriliter in sarracenos ex īspi
ato. Sed ⁊ illi videntes eos veni-
re parauerunt se vt melius potue-
runt ⁊ statim factum est preliū ma
gnum cecideruntq̄ plurimi sarra-
ceni. Sed et inter cetera strenuissi
ma que ibi fecit Ipse ad quendam
militē sarracenū feriēs ense nudo
diuisit in duas partes vt equū suū
daret cuidam militi suo qui pedes
pugnabat equo suo mortuo et vnū
regem illorum duorum qui dicebat
...ris percussit letaliter propter qđ
...dit terga. Alius vero rex qui di-
cebat gnalue fuit etiā percussus
in capite a martino antolines mili
strenuo propter quod etiā dedit
terga. Uidentes ergo sarraceni q̄
reges fugiebant ⁊ omnes ipi timo
percussi relicto campo fugierūt
secuti sunt eos christiani occidē
tes ⁊ vulnerantes eos sine nume-
ro quousq̄ peruenerunt ad portas
olit ⁊ calambit quia rex feris fu
terolium ⁊ gnalue calatambiū
inde reuersus est cum bellatori
bus suis ad locum vbi fuerat bel-
lum et expoliauerunt campum vbi

multas diuitias inuenerunt ⁊ īter
cetera de equis sarracenorū postq̄
congregauerūt eos quia erāt sper
si inuenerunt quingētos et decē de
ferunt de equis christianorū quin
decim et intrauerunt castrū suum
de alcozar cū magnis diuitiis leti-
cia et honore. de equis vero quos
habuit pro parte sua virtuosus Cid
misit. xxx. cū sellis ⁊ frenis ⁊ singu
lis ensibus pendentibus ex arzoni
bus in donū regi alfonzo castelle
predicto vt haberet amorem eius
qz iratus erat ab eo vt supradictū ē.

¶ Uincūt xpiani ⁊ fugatur rex de
nie: ac comes cromani capitur p
Cid campeatore.



Nonagesimum secundū bellū inter sar
racenos ⁊ xpianos acci
dit anno domini Millesimooctua-
gesimooctauo. Tūc predictus Cid
campeator cum esset eius timor su
per omnes sarracenos cesar augu-
stanos valentinos et super omnes
illarum partium acceptis electis
militibus suis iuit ad percurrēdā
terrā sarracenorū et peruenit vsq̄
ad locum qui dicitur huerta ⁊ vsq̄
ad montem aluanū spacio quinq̄
dierū ⁊ exiuit sonus eius inter om
nes sarracenos et christianos. pro
pter quod comes remon berengel
barchinonen. qui in sua recommē-
datione habebat illos sarracenos
coniunctus fuit bauelphaie regi de
nie. Qui magnis exercitibus con-
gregatis secuti sunt predictū Cid
campeatorem cogitantes q̄ ab eo-
rum manibus euadere non posset

ipse autem tunc deducebat magnā predam peruenerunt ergo ad eum nnpmar de tonar nec predictus comes remon voluit acceptare verba honesta ipsius Cid sibi nunciatis ꝗ nihil ducebat de suo et ꝗ dimitteret eu3 in pace. Videns ergo virtuosus Cid eoꝝ superbiam qui tollere volebant ea que ipe lucratus fuerat ab inimicis dei et legis nostre irruit in eos viriliter ⁊ ceciderunt multi ex pte aduersa. Alij vero quasi innumeri fuerunt vulnerati et deuicit eos cepitqꝫ predictum comitē vnum et lucratus est illa vice ense3 que dicebatur colada. Se3 post tertium diē virtuosus Cid liberauit comitem predictum et remisit eum ad partes suas cu3 duobus militibus.

¶ Vincūt xpiani et fugatur iteru3 rex denie per Cid cāpeatorem.



Nonagesimum tertium bellū inter sarracenos et xpianos accidit āno domini Millesimooctuagesimonono. Tūc predictus benalfaie vna cum predicto comite remon venerunt cū multitudine graui ⁊ obsederunt castrū de almenar regis cesaraugustani qui erat valde confederatus ipsi Cid cāpeatori misit ergo rex cesaraugustanus p Cid campeatore sibi confederato vt succurreret castro ipsius. Qui venit super eos et commissum est durum bellum effusaqꝫ est multitudo sanguinis. sed finaliter vicit eos Cid qui nunquam victus fuerat et fugierunt a campo rex abenalfaie. ⁊ predictus comes secutus ꝗ est eos per tres leucas occidēs ⁊ vulnerans plurimos eorum et reuersus est cum multitudine captiuorum et cum magnis diuitijs et honore in ciuitatem cesaraugustanam: vbi honorifice ⁊ cū magna leticia fuit receptus.

¶ Vincunt christiani et capitur castrum de rueda per Cid campeatorem qui obtinuit priuilegia magna pro nobilibus et ciuibus castelle.



Nonagesimumquartum bellū inter sarracenos ⁊ xpianos accidit anno domini millesimononagesimo. Tunc predict⁹ rex alfonsus sextus hispano tertius rex castelle venit in succursum cuiusdam vasalli sui sarraceni contra vnum vuandalum qui se eleuauerat cum castro de rueda quod est prope cesaraugustam. Sarracenus autem ille qui se eleuauerat cum castro habuit verbum suum cum infante ramiro qui erat ex parte regis alfonsi dicens ꝗ volebat dare castrum predicto regi alfonso ⁊ exiuit colloquendo cum rege: inuitauitqꝫ eum ad prandium intra castrum sed rex non acceptauit conuiuium illuminatus a deo qꝛ erat conuiuium proditionis. Intrauerunt ergo cum eo ad conuiuiu3 predict⁹ infans et comes garsias qui cum fuerunt intra castrum occisi

sunt lapidibus quod factuz nimis displicuit regi: et cogitando vituperium qd sibi fecerat ille sarracenus misit pro Cid ruidas cãpeatore qui libenter venit ad mandatuz eius. et recepit eum rex honorifice. Narravitqz sibi dãna q receperat ab illo sarraceno. Tunc pepercit ei et invitavit eũ q veniret secũ in castellã: sed noluit acquiescere quousqz cõcessit sibi sequẽtia. s. q cũ aliquis nobilis haberet exire de regno q daretur ei spaciũ. xxx. dierũ. Secũdo q nihil faceret contra aliquẽ nobilẽ: nec civẽ: nisi primo eẽt exauditus sicut debet esse de iure. Tertio q nihil faceret cõtra foros et privilegia ad bonos usus villarum et locorũ. Quarto q nõ faceret impositiones inordinatas. Quinto q si cõtra hec faceret: q ppter hec tota terra posset rebellare et elevari quousqz fieret emẽda per regem que oia rex concessit sibi et iterũ invitavit eũ: q secũ veniret: sed ipse noluit quousqz vindicaret ipsum de illo sarraceno proditore. Regratiatus est ergo rex alfonsus sibi: et reversus est in castellam. Virtuosus vero Cid obsedit castrum predictum: et in tanta pressura posuit eum quousqz moriebãtur fame: nec poterant iam bellare pre fame: et volebant sibi dare castrum si salvaret vitam eorum. sed ipse noluit vindicaret regem. cepit ergo vi ... castrum: et captivavit sarracenum illum alinofalas: et omnes qui erant cum eo: omnes occidit preter alinofalas proditore: et aliis ... suis quos misit regi alfonso placavit. ergo regem cum vidit presentẽ sive dominum ipsius Cid campeatoris: et fecit magnam iusticiam de isto proditore et sociis eius: et regratiatus est ipsi Cid: qz vindicaverat eum.

¶ Vincũt christiani et fugatur rex denie: et capitur rex aragonum per Cid campeatorem.



Onagesimum quitum bellum inter saracenos et christianos accidit ãno domini Millesimo nonagesimo primo. Tunc predictus Cid campeator congregatis militibus suis ivit ad percurrendam terram benalfaie regis denie: q cum rex ille scivit doluit valde: et misit veloces nuncios ad petrum regem aragonie cuz quo erat federatus q veniret ad adiuvandũ euz contra Cid campeatorẽ qui etiam dolens: quia cum intraverat terrã suam similiter congregavit exercitum suum: et ambo reges venerunt super eũ qui erat edificando quoddam castrum super modella quod dicebatur alcola. paraverunt ergo ibi acies suas: et commissum est durum bellum et ceciderũt multi: sed finaliter habuit victoriam Cid campeator de illis duobus regibus: et fuit captus rex aragonie cum multis comitibus et militibus suis. Alii vero dederunt terga. et cum hac honorabili preda reversus est cesaraugustam ubi cum magna leticia et honore: receptus

fuit a rege et filijs eius. Sed virtuosus Cid compatiēs regi petro et suis militibus: quia xpiani erāt soluit eos et permisit eos ire libere in terram suam. Et post hec venit Cid campeator in regnum cum diuitijs et honore qui receptus fuit a rege alfonso honorifice deditqȝ sibi multas villas et castra ac priuilegia quod quecunqȝ locum caperet a saracenis vel alijs inimicis esset suum iure hereditario et successorum suorum.

Vincunt christiani et capitur toletum ac plurima loca per regem alfonsum sextum.



Onagesimum sextum bellū inter saracenos et xpianos accidit anno domini Millesimo nonagesimo quinto Imperāte henrico et sedente in cathedra petri gregorio septimo. Tunc predictus rex alfonsus brano tertius Rex castelle congregauit exercitū suū magnū: et venit super toletum. Erat enim iam solutus a iuramento qđ fecerat alymaymon regi toleti propter eius morteȝ et filij sui ysem. Venit ergo pdictus rex et cogitauit quomodo capere posset ciuitateȝ illam tāmagnam et tamfortem: et recordatus est verbi qđ audierat cum esset sub arbore in orto regis pdicte ciuitatis quādo erat cuȝ pdicto rege alymaymon. Querebant enim inter se cōsiliarij predicti regis ipo presente rege quomodo possit capi ciuitas illa tā fortis: et respondit vnus illorū quod non poterat capi nisi septem annis esset obsessa: sic quod nulla prouisio posset intrare et tūc in octauo anno posset capi pre fame. Istud verbū audiuit rex alfonsus lȝ ipsi cogitarēt quod dormiebat. sic ergo cum venit ex hoc verbo abstulit eis panem et vinum et fruct9 per quattuor annos. et hoc vndiqȝ per totam terrā et tenuit eam obsessam alijs quattuor annis ex quadruplici parte ciuitatis. et cum intra ciuitatem esset populus sine numero defecerunt eis iam victualia: et sub quibusdaȝ pactis data est eis ciuitas in die sancti vrbani mēsis maij. et capta ciuitate illa que quondā fuerat honor et gloria gottorū exiuit inde et percurrit omnes terras circūquaqȝ et cepit tunc sanctam Eulaliam maquedam alhanam argancam scalonam ozedam butragam atenciam ozaman berlāgam et medinam celi et plurima alia loca: et reuersus est toletum vbi collocauit thronū suū et fecit ibi habitationem suam et facta est mesquita maior ecclesia cathedralis dicta sancta maria et fecit quod eligeret archiepiscopus qui esset primas hyspaniarum et dotauit ecclesiam illaȝ pluribus villis castris locis et possessiōibus honorifice sicut et nunc est: et in die consecrationis ecclesie obtulerunt rex et regina de thesauris suis et posuerunt in illa ecclesia reliquiarū multitudinem quas habebant propter quas venerandas et indulgentias obtinendas concurrit ibi multitudo populi ex toto archiepiscopatu certis temporibus anni.

¶ Vincūt christiani cruce signati transeūtes in terram sanctam ꝛ capiuntur ciuitates ricia ꝛ laudicia.



Onagesimum septimū belluȝ inter saracenos ꝛ xp̄ianos accidit anno dn̄i millesimo nonagesimo septimo sedēte in cathedra petri vrbano scd̄o predict⁹ papa anno dn̄i millesimo nonagesimo sexto apud claruȝ montē aluernie in mēse nouembris consiliū celebrauit vbi exposita est miseria ciuitatis hierusalem dedecus xp̄i et opprobriū nūciatur cōsilium ꝛ auxilium postulatur. Unde occidētis populi innumerabilis multitudo duces: comites: ꝛ nobiles: ignobiles: diuites et pauperes. episcopi: clerici: et religiosi. senes: pueri: et puelle. dolētes loca sancta ꝓphanari a gētibus et thurcis ab appulia ꝓuincia lingua occitana hyspania: Acq̄tania: britania: normania: Schocia: flandria: francia: germania: lothoringia: borgūdia: lombardia. aliis ꝓuinciis regnis ꝛ terris nullo vnq̄ angariante: sed omnes pari fide et voto ꝛ deuotione iniurias xp̄i vlturas ire se parentes signo crucis signati pace firmissima vbiq̄ terrarū composita de terris suis egrediētes nulluȝ in tāta multitudine regem habētes nisi xp̄m sepulchrum ipsius tāto tēpore sub seruitute redactum ꝓponunt reddere libertati: ꝛ quanto quiscunq̄ pronior erat prius ad mundi militiam tanto erat pronior modo ad dei militiam exercendam. Judeos vero in vrbibus quas transibant credere compellebant vel trucidabant. Unde multi zelo paterne legis mutuo se peremerunt. Alii credere se simulantes post ad iudaismum relabātur. Et si queraẜ quis incitauit p̄dictum vrbanum papā vt crucē predicaret: ꝛ quis tantaȝ multitudineȝ cōmouit. Respondetur q̄ hoc venit ex inspiratione diuina que facta fuit cuidaȝ pauperi religioso viro gallico qui dicebaẜ petrus heremita. qui cum peregrinaretur in sanctum sepulchruȝ videns loca sancta ab impiis irreuerenter tractari. vidēs etiam venerabilem symonē ciuitatis patriarcham cum subditis suis viliter: et cum omni abiectione: ꝛ pluribus oppressionibus affligi commota sunt viscera eius vehemēter: ꝛ cepit anxius contristari ꝛ cogitare si cōmode posset afflictis subuenire. Cum aūt quadam nocte dominice resurrectiōis in eccl'ia lachrymis ꝛ orationibus dn̄o supplicans pernoctaret longo vigiliarū labore fatigatus supra pauimētum ecclesie somno humanitus irruente cepit paululum dormitare dominus aūt iesus xp̄s apparuit ei ī somnis iniungens ei legationē ad dominuȝ papam. ꝛ ad principes occidentales ꝓ liberatione terre sancte: quā legationē ip̄e fideliter adimpleuit veniēs ad predictum papaȝ ꝛ omnes alios principes xp̄ianos cum litteris predicti patriarche ꝛ aliorum fidelium hierosolymis cōmorantiuȝ. Sic ergo congregati sunt oēs supradicti cū petro heremita.

Erat autez huius sancti exercitus eminentiores. Adamarus podiensis episcop⁹. Godefridus dux lotoringie. eustacius ⁊ baldonius fratres eius. Robertus comes flandriensis. Redolphus comes metensis. Hugo magn⁹ frater regis francorum. Stephanus comes blesensis Raymundus comes tholose ⁊ sancti egidii destimundus dux apelie. Robert⁹ comes normanie Anshelmus de aboldumōte. Raymūdus torene. fertur autem ꝙ Cid ruidas campeator fuerat inuitat⁹ ab istis principibus pro isto passio facien do ꝓpter eius magnā famā. Sed ipse occupatus cum rege Alfonso contra saracenos in expugnatione toleti ⁊ aliorum locoꝝ vt infra dicetur. ab illo conuiuio facto excusauit. exposit[illegible] etiam sua sancta occupatione: ⁊ creduntur tunc transfretasse plusꝙ ducēta milia xpianorū inter quos Gulfrerius de turribus multos insultus hostibus inferēs atq₃ damna vna die rugitū leonis a serpente circūligati audiuit qui socijs dissuadētibus accedens audacter serpentem truncauit leonē liberando cuius rei leo memor eūdem sequitur vt leporari⁹: ⁊ ꝙdiu in illa terra fuit multa fecit ei cōmoda in venationibus ⁊ bellis: et quacunq₃ vidit domino aduersari subito prosternebat nec dn̄o redeū te in naui positū derelinquere voluit: sed nautis nolētibus eum recipere vtpote animal crudele secutus est dominū suū natando p maria quousq₃ defecit. Anno ergo predicto scilz Millesimo nonagesimo septimo. exercitus dn̄i fines paganorum attigit: et factū est primū bellū magnū cū saracenis ad pontem fluminis pharphar nono kalēdas marcij: vbi multo saracenorū sanguie effuso victi sunt a xpianis Et capte sūt ciuitates Nicea ⁊ laodicia: ⁊ lz essent tāti in exercitu tanta fuit rerum oīm habundantia: vt aries vno denario. bos vero tamē nummis duodecim venderetur.

¶ Vincūt xpiani ⁊ capit̄ āntiochia



Onagesimum octauum bellum inter saracenos ⁊ christianos accidit anno predicto scz Millesimo nonagesimo septimo. Cū enim exercitus domini predicta obtinuisset loca: ⁊ i manu imperatoris Constantinopolitani reliquisset ꝓfectus inde varijs transcursis regionibus ⁊ prolixi itineris diuturno labore plurimum fatigati mēse septembri ante ciuitatem antiochie. nam tunc erat saracenorum subiecta dominio castra locauerunt. Cum autez per mēses vero nouem in obsidione ciuitatis continue laborarēt: ⁊ varijs tribulationibus essent oppressi: vz fame frigore yemalibus [illegible] multimodis egritudinibus ac [illegible] sis morbi generibus a thurcis in ciuitate cōmorantibus sibi illatis parum proficissent: nec vllis bellicis instrumentis contra munitissimam ciuitatem ꝓualerent. Respexit deus afflictionē populi sibi per quēdam fidelem christianum in ciuitate sub infidelium dominio com

morantem: qui de nocte per scalaꝫ dominum boamundum principeꝫ tarētinum clam cum militibus in ciuitatem recepit. Illi vero portas vi aperientes interfecto eius du‑ce nomine Acciano cū aliis fere.xi. milibus quibusdam aliis vinculis nancipatis ciuitatē nobilem mul‑tarum prouinciarum a diebus an‑tiquis metropolim ꝛ mediatricem diuino munere possederunt.

¶ Vincūt christiani ꝛ fugatur cor‑ranus cū exercitu suo antiochia ꝛ eius obsidione liberaretur et in‑uenitur lancea qua perforatuꝫ fuit latus christi in cruce.

Nonagesimū nonum bellum inter saracenos ꝛ christia‑nos accidit anno do‑mini Millesimo nonagesimo octa‑uo. Capta enim antiochia: vt pre‑dictum est: nox superuenit Corrobo‑ras magno cum exercitu paga‑norum: ꝛ christianos obsidēt tanta fame afflicti sūt vt vix se aliqui ab humanis carnibus abstinerent. ia. ergo perurgente ꝛ fame in‑tolerabili compellēte de necessita‑te facientes virtutem pauci cōtra eos ad prelium coacti sunt exi‑stente lancea domini sancta qua latus christi in cruce fuerat perforatū que ante sub terra per reuelatio‑nem reperta fuerat eos pro vexil‑lo precedēte exercitu christianorū ꝛ inter infidelium multitudi‑nem audacter ingrediēs: ꝛ brachio forti viriliter pugnans diuino fretus adiutorio gloriose de ho‑stibus obsedentibus triumphauit aliis gladio trucidatis: aliis terga vertētibus equorum velotiū presi‑dio fuga elapsis expoliauit: ergo campum exercitus dñi ꝛ tantū au‑ri ꝛ argēti equorum et victualium copiā inuenerunt vt omnes cumu‑latu diuitiis et victualibus supra modū habundantes cum hymnis ꝛ laudibus ciuitatē ingressi domi‑no pro tanta victoria gratias retu‑lerunt. lancea vero christi fuit per hūc modum reperta. Apparuit eīm sanctus andreas cuidā rustico pro‑uinciali dicēs: veni ostendam tibi lanceam christi. ꝛ rusticus isdē ca‑pta antiochia fodiens in ecclesia sancti petri in loco sibi ostēso pre‑sente raymundo comite tholosano et capellano suo lanceam inuenit. Dubitātibus aūt plerisqꝫ: quidam bartholomeus nomine xpo sibi ap‑parēte certificatus ignem: liceꝫ pe‑dum quem fieri iussit illesus trans‑iuit cum lancea: ꝛ sic exercitus do‑mini fiduciam habens in christo ꝛ lancea a tempore apostolorum in‑uisa intrepidus processit.

¶ Vincūt christiani cruce signati: ꝛ capitur ciuitas sancta hierusalē

Centesimum bellum inter sara‑cenos et christia‑nos accidit anno domini millesimo nonagesimo nono. Tūc exercitus domini dominiū ci‑uitatis antiochie boamūdo predi‑cto concedētes ordinatis ecclesiis ꝛ clero ac patriarcha ꝛ stipendiis

vnde sustētari possint: Siricisqꝫ ꝑficiscentes marchiam ꝛ barrā multaqꝫ castellaqꝫ regiōis illius expugnant tanta fame afflicti: ꝙ corpora sarracenorū fetentia edere compelluntur. ꝛ inde profectus exercitus dñi ad iteriora syrie larga dei manus refocillatus: et est tandem montana hierosolymorū conscendens ante sanctā ciuitatē peruenit tentoria figēs ꝛ castra: ſm militarem disciplinam collocās ex omni per seipsam vrbem obsidione vallauit. Est autē hierusalē ciuitas in montanis sita riuis fontibus ꝛ siluis carens: excepto siloe vbi aqua sufficienter habet. legitur ꝙ prius ꝙ exercitus dñi hierusalem applicuisset: quadā colūba desuper exercitu predicto volans ab accipitre grauiter plagata est. circa quaꝫ reperte sunt littere: quas deferebat talis sententie. Rex acharon duci cesario salutem. generatio canina venit gens contentiosa. contra quā per te ꝛ per alios defendas tuā legem indica idē vrbibus aliis. erectis ergo petrariis: ꝛ aliis bellicis instrumentis: ꝛ scalis muro applicatis: multum laborantes parū in principio ꝓfecerūt. quibusdam eñi ex nostris sagittarū imbre grauiter sauciatis. Aliis vero molarium immissiōe pemptis machinis etiā ligneis ex magna parte igne succēsis ab his qui in ciuitate erant maxime ledebantur. Duꝫ etiā in eadē obsidione pnictus: ꝛ etiā aque penuria laborarēt ex cōdicto communi omnes quotidie nudis pedibus orando: septem diebus circuierunt ciuitatē. Tandē die octauo qui fuit idus iunii feria que specialiter est dies crucifixi ardore animi succensi ꝛ crucis signo muniti. prompto animo ꝑ illo parati mori: qui pro ipso eodē die mortuus est. Strēnui dñi pugiles scalas muris immittētis per sagittas: ꝛ spicula per lapides desuper veniētes et ingencia saxa per gladios ꝛ lāceas ꝛ ignes supra muros ascendendo ciuitas sancta hierusalem a christianis capitur: et in porticu salomonis paganos egredientes tot occiderunt vt in sanguine occisorum vsqꝫ ad equorum genua equitarent. sic diuino munere ciuitas sancta hierusalem a christianis capitur: ꝛ libertati eorū est reducta. que per annos circiter. ccc. sexaginta postꝙ secunda vice ab imperatore eraclio fuit capta ab immundis sarracenis fuerat possessa gratias referentes saluatori nostro domino iesu christo patriarcham latinum et tam clerum ꝙ ecclesias ordinantes ducem godefridum de bullon militē strennuum. et virum deo et hominibus acceptum dominum ciuitatis vnanimiter elegerunt: qui licet ciuitatis administrationem ad multarum precum instantiam suscepisset pro reuerentia tamen christi et cordis humilitate noluit rex appellari: nec coronā auream deportare: vbi dominus noster spinis coronatus fuit pro nostra redemptione.

¶ Vincunt christiani cruce signati cesis centum milibus sarracenorum.



Entesimum primum bellum inter sarracenos et christianos. accidit paucis elapsis diebus a captione sancte ciuitatis hierusalē. Tūc em̄ cū princeps de repatriādo tractaret. Ecce rex sarracenoruz cum centū milibus equitum. & cccc. milibus peditū ad bellādos xp̄ianos ascalonā venit: qui us exercit⁹ domini in quo nō erāt nisi quinqꝫ milia equitū. & quindecim milia peditum occurrens deo eis pugnāte: & nube ab estu so... protegente sarracenos solo im... tu territos proiectis armis eos fugā conuertit. & in hoc bello fa... vi. kal. augusti cesi sunt centuz ... lia paganorum. In portu vero ... alone vsqꝫ ad duo milia suffocā ... eorum vero qui in mari & inter ... neta consumpti sunt: numerus ... oratur. His gestis reuersus est ... rcitus domini in sanctam ciuitatem cum magnis diuitijs et ho... e. & mansit ibidem supradictus ... lefridus electus in regem. Alij ... principes ad propria cum ho... sunt reuersi.

...incunt sarraceni in hyspania: ... ciditur infans saucius alfonsi ... litur concha & plurima alia lo... destruuntur oīa balnea regni.



Entesimum secundum bellū inter sarracenos: et christianos. accidit supradicto āno dn̄i Millesimo nonagesimo nono. Tunc rex alfonsus sextus tertius rex castelle. de quo dictum est supra consilio Aben. habet regis hyspaleñ. cuius filiaz caydā noīe ceperat in vxorem factam christianā q̄ vocata fuit maria: vt nihil esset in hyspania: quod eis non subiugaretur. misit in affricā p sarracenis qui dicebantur almorandes. Erant em̄ mirabiles bellatores: & placuit regi marrochiorū cōplacere regi alfonso. & misit ei militiā magnā illoruz quibus prefecit capitaneū vnum Algnaselum suū maiorem: qui dicebatur halyabenaxa. Hunc predicti almorandes tunc obliti domini sui eleuauerunt myramamolim: et reuersi sunt in optatam partem: qꝫ cōgregati sunt cū alijs sarracenis et expugnauerunt regē hyspaleñ. qui dederat filiam suaz in vxorem occulte xp̄iano: & quia erat amicus regis xp̄iani. Venerunt ergo cōtra predictum regē et ip̄e occurrit eis non tam preparatus ad bellū sicut poterat & debuerat. & occisus est in bello. quo facto eleuatus in superbiā ille sarracen⁹ qui se fecerat vocari myramamolim venit cum sua multitudine graui cōtra terrā regis alfonsi. & obsedit hucles. Tunc aūt rex alfonsus predictus erat infirmus: & doluit vehementer: quia non poterat ire in persona contra eos: sed misit illuc filium suum vnigenitum quē habuerat ex illa predicta cayda vxore sua xp̄iana qui dicebatur infans donus saucius alfonsi. & erat adhuc puer: & cū eo misit comitē donū garsiam de cabra

qui nutriret eũ ⁊ multos alios co-
mites et nobiles cum exercitu ma-
gno: ⁊ venerunt ꝓpe villesium. Cũ
ergo sarraceni obsedentes viderũt
xpianos dimiserũt obsedionẽ: ⁊ ve
nerũt contra eos. ⁊ ordinatis acie-
bus cõmissum est durũ bellũ: ⁊ per
mittẽte deo a peccatis forte exigẽ
tibus victi fuerunt xpiani. ⁊ ibi vbi
maior erat potestas christianorum
cũ predicto infante filio regis ibi
occurrit maior multitudo sarrace-
norum. Infans aũt sentiens equũ
suum vulneratũ: dixit nutricio suo
comiti. pater vulneratus est equus
meus: ⁊ dixit comes. fili sitis fir-
mus; al's vos eritis vulneratus. et
cecidit statiꝫ equus mortuus cũ eo
quod cũ vidit predictus comes ti-
mens mortẽ infantis. descendit su
bito de equo suo ⁊ cooperuit infan
teꝫ cũ scuto. ⁊ ibi defendẽs infantẽ
plurimos sarracenos cuꝫ ense suo
occidit: sed tanta fuit eorum multi
tudo: ꝙ non potuit sustinere: quia
absciderũt ei vnum pedẽ quodam
ense. ⁊ quando vidit ꝙ non poterat
se cõtinere dimisit se cadere super
puerũ: vt moreretur priusꝙ ipse. et
ibi occiderunt comitẽ illum. Cete-
ri vero comites habuerunt infan-
tem et fugiebant cum eo ꝗntum po
terant cogitantes euadere morteꝫ:
Sarraceni autẽ videtes eos insecu
ti sunt eos: ⁊ qꝛ nõ poterant tã cito
fugere cũ puero sicut voluissent at
tinxerunt eos: ⁊ transeuntes vltra
eos occiderunt ibi infantẽ: ⁊ comi-
tes. ⁊ in memoriã illius victorie po
suerũt sarraceni nomen loco illius
septẽ porci: sed postmodũ mutat⁹
est locus ille ⁊ vocatus est septem
comites. Aliꝫ autẽ qui euaserũt ve
nerunt toletũ ad regẽ: ⁊ factus est
planctus magnus a rege pro filio
suo. sicut plenius continetur in ge-
nerali hystoria hyspanie. Tũc fuit
perdita concha quã habuit cũ vxo-
re sua cayda. habuerunt etiã sarra
ceni tũc huete ⁊ huclesemn que fuit
rex Alfonsus a sapientibus: quare
milites sui non poterant tolerare
bella sicut solebãt. Et respõsũ est
ei ꝙ erat: quia sepe intrabant bal-
nea: ⁊ quia nimis vacabãt delitijs
et extunc rex alfonsus fecit ꝙ de-
struerẽtur omnia balnea regni sui.
et fecit milites laborare multis
exercitibus.

¶ Vincũt christiani sub principe
godefrido de bullion. ⁊ capiuntur
plurime ciuitates.


Entesimnnnter
tium bellũ inter sarra-
cenos ⁊ christianos. ac
cidit anno dñi Millesi
mocentesimo. Tũc victoriosus prin
ceps Godefridus de bullion expe
ditis alijs principib⁹ collecto exer
citu suo attendens ꝙ ciuitatẽ san-
ctam non posset retinere nisi fines
suos vellet ampliare: ⁊ hostes vici
nos a se longius propulsare: licet
essent paucissimi respectu circun-
stantium nationum: qꝛ habebãt ab
oriente arabes moabitas et amoni
tas. a meridie vero ydumeos egy-
ptios et philisteos. ab occidẽte au
tem ciuitates maritimas per olo-
maydã siue accon ⁊ tiron ⁊ tripoli
⁊ oẽs alias vsꝗ ad anthiochiam.

a septētrione vero tyberiadā et cesareā philippi et regionē decapoleos ⁊ damascum. maluerunt tamē pro xp̄o animas suas morti exponere q̄ missa manu ad aratrum retrospicere ⁊ negociū imperfectum relinquere: non ergo confidētes in sua fortitudine: nec in multitudine sed in sola dei protectione spez habentes et salutifere crucis vexillū semper in prelio deferentes inimicis partim fugatis partiz trucidatis partim carceri mancipatis vrbes munitissimas et castra inexpugnabilia christo subiecerunt. Unde in illo suo primo egressu cepit ciuitatem ioppen in littore maris sitā. Et ciuitatē ramata nobilem populosam muro valido circundatam ⁊ turrib⁹ excelsis in campestribus sitam. cepit etiam ciuitatem porphiriam in littore maris quasi miliaribus quattuor ab accon distantes ⁊ ciuitatem tyberiadem in galylea que est supra stagnum genazareth sita. Quibus subiugatis reuersus est gloriosus princeps in sanctā ciuitatē cū leticia ⁊ honore. In fine supradicti anni mortuus est princeps godefridus: ⁊ elect⁹ est concorditer. ⁊ in regē inunct⁹ Baldouuinus frater eius miles strenuissimus q̄ postmodū diuino fret⁹ auxilio regnū suū dilatauit. Nā ip̄e expugnauit azur ⁊ cesareā philippi ⁊ accon: q̄ alio noīe dr̄ tolemayda ⁊ ciuitatē berid: ⁊ ciuitatē Sydonis ⁊ montē regalē. ⁊ plurima alia loca cepit: ac multa alia loca fortalicia ac deinde ab aliis successorib⁹ multis bellis ⁊ multa effusione sanguinis dilatatū fuit regnū hierosolymitanū in ciuitatibus villis ⁊ castris. sicut latissime narrat acconeñ. ep̄s in libro de reb⁹ ⁊ statu terre orientalium que propter breuitatem relinquo.

¶ Uincunt christiani et obsidetur ciuitas cordubeñ. ac membratim diuiditur proditor sarracenis qui regem hyspaleñ. interfecerat per regem alfonsum sextum.



Ecima differentia demonum est eoꝝ qui decipiunt mulieres ali-quas vetulas maledictas que xurgumine siue bruxe nuncupā-tur. ¶ Sciendum ergo ē ꝙ sunt que-dam male gentes viri et mulieres apostate in fide et heretice creature ꝛ false quiꝯ seipsos dant voluntarie dyabolo et dyabolus recipit eos et dat eis ꝙ per suas artes falsas eis appareat ꝙ ambulant ducentes leu cas: ꝛ ꝙ redeunt in spacium. iiii. vel quincꝫ horarum: ꝛ destruunt creatu-ras suggēte s sanguinem eorum ꝛ ꝙ faciunt alia maleficia que volunt se cundum diaboli voluntatem ꝙ ē eis ꝛ illis qui eis credunt magna dece-ptio ꝛ illusio dyaboli. Ueritas auteꝫ huius facti est ꝙ quando iste male ꝑ sone voluntuti his pessimis fictioni bus consecrant se cum verbis ꝛ vn ctionibus dyabolo: ꝛ statim dyabo-lus recipit eos ī opere suo ꝛ accipit figuram earum ꝛ fantasiā cuiuslibet earum ducitcꝫ illas per illa loca per que desiderabant: corpora vero earū remanent sine aliqua sensibilitate et cooperit illa dyabol⁹ vmbra sua ita ꝙ nullus illa videre possit: ꝛ cuꝫ dya bolus videt in fantasiis earum ꝙ im pleuerant que volebant non amouē do ad earū fantasiis dyabolicas fan tasias que viderunt reducit illas ima ginationes coniungens cum suis ꝓ priis motibus ꝛ corporibus ꝛ tollit vmbram suam de⁹ super corporibus earum ꝛ statim videre possunt existē tia tamen illorum nuncꝫ ab illo loco absens fuit. sed solum actio cum ydo lo ꝛ fantasia fuerunt illis rebus que dyabolus eis presentauit ꝛ que fecit pro quolibet eoruꝫ: ꝛ ꝙ hoc facit dya bolus nō est mirum qꝛ illa operatur vt derideat miseras animas volens imitari ea que deus verissime per an gelos bonos fecit. sicut quando de-duxit abacuc prophetam per capil-lum de iudea in babylonem realiter

cum sua presentiali existētia & actione. Sed ꝙ dyabolus habeat potestatem mutandi existentiam alicuius creature nec facere ꝙ transeat vnum corpus per aliud sine dāno vnius vel amborum vel ꝙ transeat maius corpus per spacium improportionatum loco vt videlicet ꝙ ingrediantur tales persone per parua foramina domorum vel ꝙ sit simul vnum corpus in diuersis locis vel diuersa in vno & similia hec demones facere nō possunt cum hec repugnēt naturali philosophie & solum per miracula aliqua talia a deo sunt possibilia fieri vt dictum fuit supra consideratione quinta huius libri cum de potestate demonum ageretur. ¶ Illud tamen quod dyabolus potest facere ꝙ vnum pro altero videatur & ꝙ illud quod natura potest facere in vno mense ipse potest facere in puncto. ¶ Et causa est qui scit applicare actiua passiuis sicut patet in his que fecerunt magi pharaonis: ꝙ tamē dyabolus faciat ꝙ vnus homo conuertatur in serpētem vel auem vel plantem hoc est sibi impossibile: & ideo in hoc multi peruersi christiani alchimiste sunt decepti habentes pacta cum demonibus cogitantes ꝙ per eorum artem ferrum conuertent in aurum: ꝙ autem vna res sit & videatur altera hoc bene potest dyabolus facere deo permittente. Sic enim sepe facit dyabolus vt plurimos decipiat. Sic eñ legitur in hystoria sancti clementis & sancti cypriani et sancti germani et aliorum multorum quia accipiebat figuras aliquorum virorum et mulierum ad decipiendum populum et ad diffamandum creaturas dei. Et ideo non est credendum ꝙ homines vel mulieres conuertantur in anseres vel aliis similibus. Ea ergo que scelerate mulieres credunt et profitentur scilicet cum diana dea paganorum nocturnis horis et cum herodiade et nimia mulierum multitudine equitare super quasdam bestias et multa terrarum spacia in tempeste noctis silentio pertransire eiusqꝫ iussionibus obedire velut domino et cunctis noctibus ad eius seruitium euocari et ꝙ ab illis possunt alique creature in melius vel in deterius commutari. Aut in speciem vel similitudinem aliam transformari omnia sunt falsa et erronea et non a diuino spiritu sed a maligno vt dictum est talia fantasmata mentibus earum irrogantur: quia cum alicuius animam per talem credulitatem subiugauerit sibi transfigurans se in angelum lucis et transformans se in diuersarum personarum species atqꝫ similitudines mentem quam captiuam tenet multipliciter deludit et nullus debet venire in tantam stulticiam vt credat hec omnia que in somniis & spiritu tantum fiunt etiam in corpore accidere cum etiam Paulus non audeat asserere ꝙ fuerat raptus in corpore. Quicunqꝫ ergo talia crediderit scilicet postqꝫ super talibus audierit veritatem vel asseruerit scilicet pertinaciter proculdubio infidelis est et pagano deterior. xxvi. q. v. episcopi et quia nimium habundant tales peruerse mulieres in delphinatu et in gaschonia vbi se asserunt concurrere de nocte in quadam planicie deserta vbi est aper quidam in rupe qui vulgariter dic tur elboch

debiterne et q ibi conueniunt cum candelis accensis: et adorant illum aprum osculantes eum in ano suo. Ideo capte plures earum ab inquisitorib⁹ fidei ꝛ conuicte ignibus cõburuntur. Signa autem combustorum sunt depicta qualiter scilicet adorant cum candelis predictũ aprũ in domo inquisitoris tholosam in magna multitudine camisearum sicut ego propriis oculis aspexi.

¶ De spiritibus familiaribus.

Circa secũdum principale huius decime considerationis scilicet vtrum possint haberi spiritus familiares Respondet ad hoc beatus augustinus. viij. de ciui. dei. ca. xiiij. q apoleijus platonicus scripsit q socrates habuit deum vnũ ex illo genere minimum qui dicuntur demones cum quo habebat amicitiam et consiliũ a quo perhibetur inquit aug. solitus amouerivt desisteret ab agendo quo modo illud quod agere volebat non prospere fuit euenturum. Ex quo satis clare videtur accipi argumentũ q ille philosophus habuit familiarem spm: sed est difficultas si ille spiritus erat bonus vel malus: videretur alicui q esset angelus bonus q: ceteri futura prenunciare non possunt nisi forte diuino iudicio sicut fuit s. declaratum consideratione secunda huius quinti libri. nec obstat quia dicit augu. q dicebatur demon quia apud grecos idem significat q plura cognoscens: dixit tamen doctor illuminatus franciscus de maronis in floribus suis super isto passu q magis credit q fuit malus angelus quia socrates paganus et infidelis erat. Sic ergo patet q demones tanq familiares spirit⁹ possunt haberi in damnationem tamen illorum qui suã familiaritatẽ habere contẽdunt Cauẽdũ est etiaz ab incauta inuocatiõe demonũ. Uñ greg⁹. in libro dyalogoꝝ narrat q stephan⁹ presbyter de itinere rediẽs mãcipio suo negligenter pcepit dicẽs veni dyabole discaltia me: ad hãc vocẽ ceperũt caligarum corrigie cũ summa velocitate solui qd vt presbyter sensit expauit: ꝛ magnis clamoribus dicit recede miser non eñi tibi sz mãcipio suo locut⁹: sicq ex magna pte solute suarum caligarum corrigie remãserunt ꝛ sic patet q licet aliqui nolunt habere demones familiares ex mala tñ cõsuetudine loquẽdi de diabolo ipsi efficiuntur familiares ei vt subito faciant que incante mandant.

¶ De qualitate corpoꝝ in quibus demones apparent.



Ndecima cõsideratio ẽ qualia sunt corpa inquib⁹ demones apparẽt ꝛ si possunt humana corpa vel aĩas subĩtrare. Iuxta ergo tria que querũtur tribus pũctis presens cõsideratio explicabit. Prim⁹ erit de qlitate ꝛ figuris corpoꝝ ĩ qb⁹ demones apparẽt. Secũdus erit de subintratiõe demonũ in corpib⁹ obsessoꝝ Terti⁹ erit si possunt demones essentie anime illabi quod est animam subintrare.

¶ De qualitate ꝛ figuris corpoꝝ in

quibus demones apparent.



Rimus punctus est de qualitate et figuris corporum in quibus demones apparent. Circa quod notat seraphicus doctor Bonaventura dicens in suo secundo loquens de angelis bonis et malis quod in angelis duplex est vis scilicet contemplatiua qua conuertuntur ad deum et fruuntur eo et administratiua secundum quam descendunt ad nos et condescendunt nobis: et vt congrue eius nobis condescendant indigent solatio corporis assumpti quod assumunt angeli sicut organum vel instrumentum ad operandum et sicut signum ad seipsos manifestandum et sicut operimentum vel habitaculum ad conuersandum vel ad nos letificandum et confortandum et si corpus assumptum coniungitur angelis sicut instrumentum motori. Hoc enim magis requirit exigentia ex parte nostra quam ex parte sua. Et est sciendum quod corpus effigiatum humana effigie, magis competit operationi spiritus rationalis. Ideo angelus bonus assumit corpus non quale cunque. sed humana effigie insignitum Et istud corpus sic assumptum dicitur esse corpus elementare. Non quia sit ex quatuor elementis plena mixtione commixtum sicut est corpus complexionatum nec quia sit ex puro et simplici elemento formatum: sed quia principaliter formatur ex aere cum mixtione aliqua alterius elementi sicut videmus in nube que non est corpus plene mixtum habet tamen in se naturas plurium elementorum Per hunc autem modum est corpus ab angelo sumptum quia principaliter ab aere est formatum intelligitur concurrente ad hoc natura alicuius vaporis aquei vel terrei que quidam facit tam ad veritatem condepressationis quam ad multiformitatem coloris. hanc autem non oportet angelum de longinquo cogitare cum aer pro magna sui parte sit commixtus vaporibus Secundum veritatem autem tenendum est quod angeli tam boni quam mali assumunt corpora non de natura celesti sed elementari non simpliciter nec plene mixta sed medio modo vt pote ex aere vaporabili angelus tamen malus accipit ex parte inferiori bonus vero ex superiori

¶ De figuris vero corporum in quibus demones apparent vt plurimum sunt turpissime. Et ideo si secundum eius difformitatem in peccando permitteret deus quod correspoderet figura corporis assumpti non esset aliquis homo viuens qui eius visionem horribilem posset tolerare. Unde et virgo gloriosa pro singulari dono petiit a filio quod in morte sua non appareret ei dyabolus credendum est quod christus eius dulcissimus filius reuelauit sibi turpidinem eius et hinc est quod pictores omnes deformitates serpentinas et brutales quas vident et quas excogitare possunt depingunt in figuris demonum. Unde legitur de quodam pictore quod quotienscunque depingebat imaginem virginis cum omni studio ipsam pulcherrime effigiebat sed cum pingebat dyabolum cum omni diligentia difformius quo poterat describebat propter quod indignatus dyabolus contra eum procurauit quomodo pictor ille haberet verbum cum vxore cuiusdam militis illius ciuitatis vbi erat finaliter tantam ardorem posuit inter eos quod concordauerunt se mutuo et nocte quadam acceptis plurimis iocalibus

auri et argenti recesserunt. dyabolus autem cum vidit quod erant extra ciuitatem ascendit campanile ecclesie et pulsauit campanam sicut consueuit pulsare pro igne vel pro accipiendum armis: exeuntes autem homines per ciuitatem querebant quid hoc esset Respondit dyabolus qui pulsabat quod pictor ille portabat extra ciuitatem vxorem talis militis: exeuntes ergo propter illam vocem ceperunt pictorem illum cum militis vxore et posuerunt eos in carcere: maritus vero qui presens erat in captione eius sperans quod altera die ambo per iusticiam perimerentur dolens de pulchritudine capillorum vxoris prescidit capillos eius quos secum duxit ad domum suam. Cum ergo valde angustiati et timore concussi ambo nocte illa manerent in carcere recordatus est pictor de virgine beata quam ipse summe pulcherrimam depingebat et cum magna deuotione recommisit se sibi quatenus dignaretur eos liberare a periculo illo. Et ecce regina angelorum dei mater pulcherrima apparuit eis in carcere soluitque eos a vinculis et aperuit portas carceris precepitque pictori quod iret in domum ac si nihil sibi accidisset. precepit etiam mulieri illi quod iret in domum suam et secrete iuxta maritum suum qui in lecto erat accumberet et disparuit virgo beata. Illi vero impleuerunt omnia sicut eis preceperat. Cumque euigilaret miles inuenit apud se vxorem suam et miratus quesiuit quis esset: que respondit quasi admirans et quis debeo esse nisi vxor vestra. Et ille nunquid ego te cepi cum pictore et dimisi in carcere heri et deduxi capillos tuos quos manu propria a capite tuo prescidi. Respondit illa somniastis illud domine. Ille ergo surgens a lecto quesiuit capillos et non inuenit ostendens et illa caput suum nihil deficiebat de capillis eius. Venit ergo vir eius ad alios ciues qui secum fuerant in captione et quesiuit ab eis si recordabantur de tali facto quod acciderat die preterita. Dixerunt quod sic. Narrauit quomodo vxor sua erat in domo cum omnibus suis capillis et dicebat quod erat somnium. venerunt etiam in domo pictoris et inuenerunt eum sicut si nihil male fecisset occupatum in picturis suis et finaliter meritis virginis gloriose omnes in vnum concordauerunt quod illud fuerat somnium. Ecce ergo quanta demonis malicia propter picturam sue difformitatis

¶ Et notandum quod licet dyabolus vt communiter sicut depingitur in talibus deformibus figuris se presentet sicut cum decepit euam sub figura serpentis sepe tamen deo permittente vt leuius decipiat transfigurat se in angelum lucis secundum apostolum sicut etiam legitur apparuisse in figura crucifixi. Sed diceres in quo tunc potest cognosci quod sit angelus malus. Respondetur quod in .iiij.

¶ Primum est: quia licet in talibus figuris se representet semper tamen si diligenter inspiciatur ducit aliquam difformitatem vt caudam vel quid simile. Secundum est quod si apparens in principio letificat et post recessum tristem homines dimittit non sic angelus bonus: quia in principio turbat sicut patet de gabriele cum apparuit danieli. Daniel. viij. Et cum ap

paruit virgini. Luce primo: quia turbata est in sermone eius: sed post recessum dimittit hominem cum magno gaudio et leticia. Tertium est quod indurat hominem in malo quod suggerit sicut declarauit beatus pater noster franciscus. fratri rufino in hoc periculo laboranti: vt patet in cronicis minorum. Angelus autem bonus non indurat in malum: sed auertit a malo et mollificat ac inclinat ad bonum. Quartum est quod si aliquid ei turpe respondeatur per illum cui apparet in eius contemptum et derisionem statim euanescit sicut patet in dicta cronica minorum: quia cum beatus franciscus vellet liberare predictum fratrem rufinum inter cetera dixit sibi vt itelligas quod ille qui tibi apparuit in figura crucifixi non est christus sed dyabolus dices ei cum tibi apparuerit et dixerit ego sum christus aperi os tuum et ponam tibi feces: quod cum faceret frater rufinus indignatus dyabolus cum magno tumultu recessit confringens lapides et rupes. Unde et vsque in hodiernum diem apparet horribilis illa fractura rupium in monte aluerne.

¶ De subintratione demonum in corporibus obsessorum.



Secundus punctus est de subintratione demonum in corporibus obsessorum et de expulsione eorum. Circa hoc notandum est quod non est ponendum in dubium quod sit obsessio corporum per demones cum euangelia hoc manifeste exprimant in pluribus locis. Sed diceres quomodo demones possunt intrare corpora et ea obsidere. Respondetur quod demones per naturam subtilitatis sue et spiritualitatis possunt quecunque corpora penetrare et in eis sine obstaculorum impedimento subsistere. Item per rationem sue potestatis possunt ea corpora in quibus sunt commouere et conturbare: et ideo demones subtilitate et potestate nature possunt corpora humana penetrare: et ita intrare. possunt etiam vexare nisi prohibeantur a virtute superiori et cum permittuntur a deo introire et vexare dicuntur corpora obsidere. Et si queras quare hoc permittit deus. Respondetur quod propter tria vel ad sue glorie ostensionem vel ad peccantis correctionem vel ad nostram instructionem. Sed ex qua istarum causarum determinate hoc deus permittat latet humanam industriam propter hoc: quia occulta sunt dei iudicia. verba sunt domini Bonauenture in secundo sententiarum distinctione .ix. Et si velis scire super quos habet dyabolus maiorem potestatem ad obsidendum eos post christi passionem. Respondetur quod super excommunicatos precisos ab ecclesia habet dyabolus potestatem vexandi corporaliter. Unde .i. Cor.v. Judico illum qui huiusmodi est tradere sathane in interitum carnis. In non precisis autem potestatem non habet dyabolus nisi quantum a deo permittitur vt dictum est vel ad peccati punitionem vel ad aliorum terrorem et correctionem vel ad glorie dei ostensionem vel ad bonorum coronam et exercitationem. Et si dicas nunquid ante passionem christi habebat pote-

statem etiam vexandi homines. Re spondetur q habebat potestatẽ ve xandi corporaliter omnes preterq̃ il los solos qui priuilegio solo tuebã tur a domino. Job primo. Nonne tu vallasti eũ. non tamen vtebatur dya bolus semper potestate puniendi vt haberet maiorez potestatem seducẽ di per culpam sicut et nũc excommu nicatis et infidelibus sic enĩ dyabol⁹ obmittit aliquando mala facere: vt peius fiat quia non vexando excom municatos vt in primitiua ecclesia tales sententias minus vitant homi nes et minus timẽt. Et hic est q sunt multi precisi excommunicati qui nõ essent si eos vexaret. ¶ Et notandũ q cum aliquem vexat dyabolus po test pro voluntate sua per linguam hominis diuersa formare verba. Et ideo arreptitij aliquando loquun tur idioma ignotum sicut purus lay cus latinum q est manifestum signũ demoniaci. Unde et demon quidam rusticum obsidens requisitus a quo dam magistro coniurante quare nõ recte loquebatur latinum. Respon dit: non possum domare labia illius rustici. Et si queris causaz quare de mones aliqũ sm varietatez lune ma gis affligũt homines q̃ alio tempo re. Respondetur q est duplex causa sicut notat Nicholaus de lyra super Mattheum ca. xvij. declarans qua re discipuli non potuerũt curare lu naticum. ¶ Prima causa est vt per hoc creatura dei: scilicet ipsa luna in fametur vt Hieronymus et Chrisosto mus dicunt. ¶ Secunda est: quia pro pter molliciem cerebri in nouilunio quando habundant humida sup que luna habet dominium: cerebrum est aptius vt demon in ipso aliquid opẽ retur hinc demones secundum certa augmenta lune perturbãt hominis fantasiam quando considerant cere brum ad hoc esse dispositum. ¶ Nũc videndum est de eorum expulsione. Circa quod notandum est q demo nes non nisi virtute diuina possunt a corporibus expelli immediate vel mediantibus angelis qui freqũẽter in talibus sunt executores diuine vo lũtatis: nec aliqua res sensibilis aut virtus corporalis potest in eis ali quid agere directe vel indirecte cum sint omnino spirituales substantie per quod possint ad aliquid cõpelli nec per consequens ab obsessis cor poribus expelli. Uerũtamen ex euã gelio christi duas doctrinas habe mus ad demones expellẽdos. ¶ Pri ma est vniuersalis scz per nomen ie su. Mar. vltimo. In nomine meo de monia eijcient. Alia est particularis q est quoddam genus demoniorum q non eijcitur nisi in oratione et ieiu nio vt patet Matth. xvij. Unde sicut in diuersis rebus corporalib⁹ admi nistrandis diuersi angeli a deo pre parantur et diuersorum ordinum. sic etiam in diuersis temptationib⁹ de mones habent specialem affectum q aliqui potentissime temptant de diuitijs congregandis aliqui de ho noribus appetendis. Unde et aliqui dicunt spiritus superbie et aliq spiri tus luxurie. ¶ Iste autem demon de quo loquitur christus habebat virtu tem temptãdi potissime de vitio car nis quod vitium potissime refrena tur per orationem et ieiunium: et per consequens demon in talibus tem ptans per talia superatur. ¶ Radix

tamen expulsionis demonum vera credulitas est vt declaratur a christo capitulo eodem. Cum eñ quererent discipuli quare nõ potuissent expellere illum demonem. Christus respondit propter incredulitatem vestraȝ.

¶ Et si queras an aliquo modo virtute herbarum .vel armonie possint expelli demones. Respõdetur ꝙ ita parua posset esse illa vexatio ꝙ penitus expelleretur quod facerent non agendo in demonem cuȝ sit spiritus separatus: sed agendo in ipsum vexatum a demonio. Vexat eñ dyabolus secundum dispositionem maiorem vel minorem melancolicam vel colericam ꝛc. Herbe autem et armonie multuȝ possunt immutare dispositionem corporis cum quedaȝ incli nent ad leticiam quedaȝ ad tristiciã ꝙ etiam patet de armonijs vt patet octauo pollitice vbi aristoteles vult ꝙ diuerse armonie habent prouocare diuersas passiones in homine.

¶ Hoc etiam refert boetius in musica sua ꝛ auctor de ortu scientiarum vbi loquens de vtilitate musice dicit ꝙ valet ad curanduȝ vel alleuiandũ diuersas infirmitates: ꝛ ita patet ꝙ herbe ꝛ armonie causare nõ possunt in homine dispositionem contrariã illi vexationi qua dyabolus vexare conatur hominem. ¶ Ex quo sequitur ꝙ ceteris paribus sit vexatio debilior non videtur tamen quomodo herbe vel armonie possunt in homine dispositionem aliquam causare ꝓpter quam homo nullo modo vexari posset a demone si permitteretur: q2 dyabolus mouendo solum localiter vapores ꝛ ipsos spiritus inordinato motu possent hominem multum vexare. Herbe autem vel armonie nullam dispositionem causare possunt in homine sua naturali virtute per quam prohiberetur demon predictã commotionem facere. Contingit tamen quandoq ꝙ dyabolus non ꝑmittitur hominem vexare nisi vexatione ita parua ꝙ per aliquam fortem dispositionem ad contrariuȝ totaliter tolleretur: ꝛ tunc alique herbe vel armonie possent corpus hominis ita ad contrarium disponere ꝙ illa vexatio totaliter amoueretur verbi gratia dyabolus quãdoq posset hominem vexare vexatione tristicie: ita debiliter ꝙ per aliquas herbas vel armonias que haberent causare dilatationem ꝛ diffusionem spirituum qui sunt motus contrarij tristicie totaliter amoueretur illa tristicia. ¶ ꝙ autem dicitur primo Reg. xvi. ꝙ saul qui vexabatur a demone alleuiabatur quando dauid cytharã percutiebat coram eo ꝛ ꝙ recedebat spiritus malus. ¶ Dicendum est ꝙ bene verum est ꝙ per tactum cythare virtute naturali illius armonie alleuiabatur aliquantulum afflictio saulis inquantum illa armonia aliqualiter dulcorabat appetitum eius per auditum per quam dulcorationem redebatur minimus actus ad illam vexationem. Sed ꝙ spiritus malus recederet a saule quando dauid cytharizabat coram eo hoc erat ꝓpter vi cruc꜒ ꝙ sat꜒ expsse dr i glo. vbi dr. sic erat dauid cãtic꜒ musice eruditus. diuersoꝝ sonoꝝ rationabilis moderatorq cõceptus vnitatẽ eẽntie significat q varijs modis quo

tidie resonat dauid in cythara sua malignuz spiritum compescuit non quia tanta esset vis in cythara: sz in signo crucis que in ligno τ cordarũ extensione gerebatur que iam tunc demones effugabat hec de mēte Ri chardi in questionibus de quolibet sine preiudicio sententie melioris.

Ex predictis excluditur vnus error in quo istis tēporibus incidunt aliqui exorciste quomodo cōiurant obsessos a demonibus τ illi demoniaci respondent τ dicũt ꝙ sunt homines mortui vel viui qui ambulant ibi et hec est alia species deceptionis dyaboli: quia bene scit dyabolus oēs q̄ male viuunt: τ vt ponat eos in desperatione τ audientes in errore. ¶ Dicũt ego suz talis homo vel talis mulier ꝙ tamen est falsum: qꝛ vna substantia existentis vel assistēs non potest esse in altera nec minus in duobus locis τ vt dyabolus celet et coloret suam deceptionē dicit ego suz talis homo τ ambulo i hac pena propter talia peccata que feci et fingit modum loquendi eius τ modum ambulandi: τ ideo faciatis ꝙ dicantur pro me tales misse τ similia vt exeam ab hac pena τ totum est falsum τ deceptio magna: qꝛ si exorcista sapiēs τ virtuosus coniurauerit euz recte ipse dicet si est spiritus etiaz si sibi displiceat quia nunꝙ legimus ꝙ christus vel sancti tales spiritus inuenerint in hominibus quos sanauerunt Sed demones cambiũt τ alterutrāt nomina ꝙ citius possunt facere ꝙ figuras: constat autem ꝙ ipsi laborāt vt alterutrent figuras ad inhonorationem τ diffamationem seruorum τ creaturarum dei vt supra dictum est ergo multo fortius τ leuiꝰ alterutrabunt nomina τ decipiuntur simplices in hoc ꝙ precipiũt eis ꝙ faciāt dicere missas τ facere alia bona. cum multotiens dyabolus suadeat bonũ propter malum finem sicut supra patuit octaua consideratione cum de malicia demonum ageretur. sic hic precipiunt bonum propter malum finem scilicet vt tales si viuunt desperent τ vt alij audientes in errorē inuoluantur. ¶ Nunquid in vitis patrum sepe legimus ꝙ dyaboli mouebant antiquos senes ꝙ facerent sancta opa. O insipiētes exorciste nunquid legistis in euangelio. Luce. xi. ꝙ erat iesus eijciens demonium forsitan inuenistis in euāgelijs ꝙ erat iesus eijciens homines de corporibus obsessoruz nunquid dans doctrinam christus eijciendi demones in fine euāgelij marci dicit. *Signa autem eos qui crediderint hec sequentur. In noīe meo demonia eijcient* non dicit homines eijcient ab hominibus. Respondeat insipiens exorcista si verum est ꝙ petrus est in corpore iohānis quis dedit ei talem potestatem ad expellendum eum inde quia christus non dedit potestatem nisi ad expellenduz demones. Errēt ergo nimis exorciste cum sua ignorantia credentes dyaboli mendacia τ facientes ꝙ alij simplices credant τ ideo digni sunt magna pena apud deũ τ homines. ¶ Sed remanet vna magna difficultas si verum est ꝙ homines mortui non possunt ambulare in hominibus viuis sicut demones: quomodo ergo dicunt illi qui transpassantur vel rapiuntur de hoc mundo ad alterum ꝙ viderunt ali-

quos homies vel mulieres quasi ad huc viuebāt in presenti vita sustineri graues penas in alio mundo. Sicut ergo isti sunt hic ꝛ illic vt viuāt hic et ibi puniantur ita non erit mirum ꝙ homines viui vel mortui licet sint in suis existētijs alibi ꝙ ambulant sicut demones in hominib⁹.

¶ Pro solutione huiusmodi notandum ꝙ nulla persona potest videri in duobus locis naturaliter quia absentia presentie priuat visionem in omni loco ab actione sua. Requirit enim noticia int..itiua. iiij. scilicet presentiam existentiam causationez et motionem potentie: sicut notat Franciscus de maronis in prologo sui primi sententiaruz. q. xvij. Tenēdum ergo est tanꝗ verum ꝙ nec angelus bon⁹ nec mal⁹: nec hō sanct⁹ nec mulier sctā: nec hō ꝑuersus nec mulier ꝑuersa pn̄t eē simul in diuersis locis: quia cum gabriel erat cum daniele vel cum zacharia vel cum virgine maria pro tunc non erat in alio loco sic etiam demones quia cū azmodeus de quo thobie. iij. erat in domo sare non erat in alio loco ita etiam nec viuentes possunt hic viuere et esse simul in alio mūdo quia impossibile est ꝙ sint per assistētiaz hic et ibi. quid ergo est dicenduz ad ea que dicuntur. Respondetur ꝙ est vna consideratio talis cuz homo viuus transit ante speculum vel ponit se ante eum tunc speculum ostendit imaginem suam non diminutam in sua assistentia et cuz inde amouetur nō apparet imago in speculo sic homo qui viuit ꝛ est in peccato imago eius potest apparere in sepulchro infernali quia in speculo ante quod est: et cum iustus etiam viuit imago sua vel nomen videtur in li. vite et in conuiuio eternali. quod autē hoc posset eē ptz qꝛ christus dixit de talibus luce. x. Gaudete quia nomina vestra scripta sunt in celis ꝛ sic etiā nomina malorum scripta sunt in inferno et tamē maioris efficatie sunt nomina ꝙ imagines in speculo non est ergo verum ꝙ homines male viuentes sint in inferno sed bene eorū nomina vel figure.

¶ Quod demones nō possunt essentiam anime intrare.



Ertius punctus huius considerationis est an demones possint illabi essentie anime ꝙ est animaz penetrare vel an possunt malas cogitationes immittere. Ad primuz dicitur ꝙ ista est proprietas solius dei. solum enim qui creauit animam potest essentie eius illabi ipsam substantialiter intrare et penetrare. Ideo ecclesia cātat in hymno vsꝗ sol illabitur. et in collecta amorez pectoribus nostris purificādum illabere. Sed nec bonus angelus nec malus illabi potest essentie anime vt intret substātialiter in ipsam per essentiam penetrando. Sic ergo demones non possunt intrare cor hominis. i. animaz hominis per essentiam sed tantum potentiā scilicet per suggestionem quam extra operaꝛ sicut dicitur Osee. vij. Oēs adulterantes quasi clibanus succensus a coquēte. ꝙ autem magister in

quirit.viij.distin.secundi sententia-rum an demones substantialiter intrant corpora obsessorū vel ideo di-cantur intrare vel exire: qꝛ ibi mali-cie sue opus exercent dei permissio-ne vel non exercent ꝛ determinat ꝙ nō substātialiter intrāt corpora hoīꝫ sed ꝓpter malicie sue officiū intrare dicunē de quibus pellere dicunē tñ non nocere sinunē: sed hoc non fa-cit ad ꝓpositum: qꝛ ipse ꝛ beda ibi lo-quunē de corde ꝛ patet ꝙ ibi cor acci-pitur ꝑ spū rationali. Unde ꝛ addu-cunt illud Hester.v. cur tēptauit sa-thanas cor tuū de quo constat ꝙ erat obsessus a demone. Sed est difficul-tas: qꝛ aliq̄ libri habent anama cur impleuit sathanas cor tuū. Si ergo dyabolus implet cor vester ꝙ possit anime illabi. Respōdit sanct⁹ Tho. in summa cōtra gentiles lib.iiij.ca.xviij.ꝙ cū dyabolus sit creatura nō implet aliquid participatiōe sui nec potest mentē inhabitare ꝑ suā sub-stantiā sed dicit aliquos implere ꝑ effectū sue malicie. Unde ꝛ paul⁹ di-cit ad quendā aetuum.xiij. O plene oīm dolo ꝛ oīm fallacia nō est sic de spūsancto qui cū sit deus ꝑ suā sub-stantiā mentē inhabitat ꝛ implet.

¶ Tenendū est ergo ꝙ demones in-trare possunt corpora sed non corda id est nō possunt illabi aīabus. Nec obstat ꝙ dyabolus rōcinet ꝛ formet verba per os obsessi cū hoc non ve-niat ex defectu anime: sed ex debili-tate corporis. ꝙ sic acidere solet quā-do spūs immūdus sedet in illis par-tibus seu membris in quibus conti-netur fortificatio anime imponit in eisdem magnam ponderositatem cu-iusdam oneris qd sustinere non pos-sunt: ꝛ sic quasi confringens sensus qui sunt ianue intellectus quadam obscuritate nigra accipit potestatē in illis quod sepe contingit ex cor-ruptione vini vel febris vel magni frigoris vel ex aliis debilitatib⁹ qs cognoscimus inuenire ab extrinse-co ꝛ ne dyabolus hoc ꝓbaret in Job quando habuit a deo potestatem super carnem suam fuit ei inhibitio posita a deo per hec verba. ecce ī ma-nu tua est: veruntamen animam illi⁹ serua Job.ij. quasi diceret sibi deus solo modo obserua quod non amo-ueas ei intellectum debilitando me-moriam anime ipsius opprimendo eius intellectum ꝛ sapientiam cor-dis eius suffocando eius principalē habitationem oneris incompeten-ti: licet ergo dyabolus immisceat se carni non tamen potest anime misce-ri sic ꝙ ipsam penetret cum hoc sit solius deitatis vt dictum est Hec enī sola potestatem habet penetrando naturam anime taliter: ꝙ non soluꝫ eam apprehendit et vndiqꝫ eam cir-cuit sed ipsam sic penetrat ꝙ inti-mior est anime q̄ anima sibi ipsi.

¶ Circa secundum vero an scilicet demones possint immittere malas cogitationes et videtur ꝙ sic quia dyabolus misit in cor iude vt trade-ret dominum Johā.xiij. In contra-rium est Beda qui super illud euan-gelij Math.xv. De corde exeunt ma-le cogitationes furta homicidia ꝛc. dicit ꝙ dyabolus non ē immissor ma-larum cogitationuꝫ sꝫ incēsor. ¶ Di-cendū ergo ꝙ dyabol⁹ pōt dici immis-sor cogitationuꝫ vno modo per hoc

sed ꝙ imagines rerum sensibilium delectantius impeimit instrumento imaginationis quia data est ei potestas vt misceat seipsum sensibili et immutet ipsum. quando sicut permittitur immiscere imaginibus rerum delectabilium ⁊ sic immittit cogitationes de rebus delectabilibus sicut aliquis ponens ante me speculum immittit mihi visum rei que resultat in speculo. Scit enim diabolus ꝙ delectabile apprehensum mouet: ⁊ ideo imitit apprehensionem rei delectabilis: vt apprehensio rei delectabilis moueat hominem ad concupiscendum rem delectabilem et sic potest dicere immittere cogitationem sed non potest immittere cogitationem malam que sit peccatum que est mala voluntas. ¶ Et ideo bene dicit beda ꝙ diabolus non est immissor malarum cogitationum id est malarum voluntatum quia non eas immittit proprie nisi per actionem vel causam voluntariam ⁊ sic apprehensio delectabilis generat malam voluntatem non tanquam causa necessaria sed tanquam occasio. immittit ergo diabolus cogitationem mali per modum consulentis sicut angelus bonus immittit cogitationem boni ⁊ talis imissio proprie dici sugggestio. ¶ Quo fine debet terminari bellum demonum.


Duodecima ac vltima consideratio oportet iam finem ponere huic libro que tribus passibus mensurabitur. Primus erit de causa quare demones sunt in mundo. Secundus de cessatione sui belli et principatus. Tertius de eorum perpetua reclusione et punitione in inferno. ¶ Quare demones sunt in mundo.


Primus passus est scire quare demones sunt in mundo. Ad quod breuiter respondetur ꝙ causa quare demones sunt in mundo est propter exercitium bonorum et propter decorem vniuersi. consistit enim decor vniuersi in quadam difformitate rerum: vt patet in sole luna et stellis. patet etiam in deformitate elementorum volatilium. piscium. serpentum. brutorum ⁊ facierum hominum. patet etiam in diuersitate temporum et lucis ac tenebrarum. ¶ Similis questio fieri potest quare mali homines sunt in mundo cum tantum noceant bonis. Et patet causa quia omnis malus secundum Augustinum vel ideo viuit vt corrigatur vel vt per eum bonus exerceatur. In quo decus relucet vniuersi. Unde ad propositum augustinus. in. xi. de ciuitate dei capitulo decimo octauo. dicit ꝙ deus non crearet vllum angelorum vel hominum quem malum esse futurum presciuisset nisi pariter nosset quibus eos bonorum vsibus commodaret atque ita ordinem seculorum quasi pulcherrimum carmen ex quibusdam quasi antitetis honestaret. Et si queratur quid vocat augustinus antiteta dicitur ꝙ sunt quedam locutionis ornamenta que fiunt per contraria sicut loquitur apostolus secundo Corinthio. vi. per gloriam ⁊ ignobilitatem per infamiam et bo

nam famam. ¶ Unde sicut in talib⁹ varietatibus apparet decor. ita in vniuerso decor boni magis refulget ex ista punitione mali ⁊ bonitas angelorum et malicia demonum.

¶ De cessatione principatus ⁊ belli demonum contra genus humanum.



Secundus passus est de cessatione belli demonum contra genus humanuꝫ. Cum eñ fuerit completus numerus electoruꝫ ⁊ vniuersum suum completum habuerit decorem cessabit in finali iudicio cessabit omnis presidentia ⁊ principatus demonum sic ꝙ non remanebit nisi principatus eternus iesu christi domini nostri. Unde dicitur primo Corin. xv. Cum euacuauerit omnem principatum et potestatem et virtutem oportet autem illum regnare donec ponat omnes inimicos sub pedibus eius. super quo dicit glo. duꝫ durat mũdus angeli angelis p̄sunt demones demonibus: homines hominibus ad vtilitatem viuentiuꝫ vel deceptioneꝫ: sed omnibus collectis iaꝫ omnis prelatio cessabit: quia necessaria non erit. Hanc autem prelationem dicitur christus euacuare: qꝛ suos omnes exaltabit in regno qui hic fuerunt humiles sicut ipse ex humilitate regnat. Principatum dicit maiores: potestatem minores. Uirtutem dicit illos qui mirabilia faciunt vel fortes homines. sed tunc cessabit omnis creature prelatio in angelis ⁊ hominibus: cessabit timor regnabit charitas: non erit inter p̄sidentes ⁊ subditos vlla dissensio. Oportet autem illum: id est christũ regnare. tunc scilicet aperte interiꝫ autem regnat occulte donec ponat inimicos suos: scilicet demones et damnatos voluntarios vel coactos in futuro iudicio sub pedibus eius: id est sub plena subiectione vt ipm hominem deum et regem omnium agnoscat. Et est sensus interiꝫ oportet regnum eius manifestari donec euꝫ regnare fateantur omnes inimici eius. tunc eñ impii eum regnare ipsa regni eius manifestatione confusi fatebuntur. nec est intelligendum ꝙ tunc christus desinet regnare. quia li donec non facit exclusionem futuri regni. sicut Matthei. i. dicitur de ioseph ⁊ maria ꝙ non cognoscebat eam donec peperit filiuꝫ suum primogenitum. Et si queras quomodo ergo angeli manebũt euacuato principatu: dic ꝙ manebunt ordines angelorum distincti quantũ ad eminentiam glorie secunduꝫ hierarchias ⁊ ordines: ⁊ sic etiam demones manebunt distincti quantuꝫ ad magnitudinem pene secundum hierarchias ⁊ ordines vnde ceciderunt.

¶ De reclusione perpetua demonũ in inferno.



Tertius passus ⁊ vltimus est de reclusione perpetua demonum in inferno. Uñ cessante bello demonuꝫ. in facie iudicis magni

domini nostri iesu christi audient demones vna cum damnatis illam terribilem sententiaz. Mat.xxv. Discedite a me maledicti in ignem eternũ q̃ parat⁹ est dyabolo ꝛ angelis eius. Et sequitur: ibunt hi in supplicium eternum. ¶ Super quo verbo dicit glo. frustra ergo Orige. spondet liberationem post multos annos malis hominibus ꝛ ipsis demonibus. ¶ Dixerat eñi Origenes q̃ post hãc sententiã ite maledicti in ignẽ eternuz post multos dies: id est post mille annos visitandi ꝛ liberandi sunt: sed hoc ecclesia non recipit: dictum est eñi ibunt impij in suppliciũ eternum: quod autem eternum est omni fine caret. Et sicut gaudium eternuz ita ꝛ supplicium. hec ex laterali glo. sup illud Esa. xxiiij. Et cõgregabũt i ꝯgregationẽ vni⁹ fascis in lacũ ꝛ claudent ibi in carcerez. nũq̃ ergo liberabuntur: sed in momẽto in ictu oculi dabitur executioni sententia christi. ¶ Sic ergo subito data sententia demones cum condemnatis detrudentur perpetuo ignibus infernalibus. Unde Apo. xviij. Hoc ĩpetu mittetur babylon ꝛ vltra iã nõ inuenietur. Et iterum Apo. xx. dyabolus qui seducebat eos: missus est in stagnum ignis ꝛ sulphuris vbi et bestia ꝛ pseudo prophete cruciabuntur die ac nocte in secula seculorum. ¶ Et sicut demones cum damnatis ibunt in ignem eternuz sic angeli boni cum electis ibunt cum christo rege seculorum in vitam eternam quã nobis concedat iudex ille supremus verus de⁹ ꝛ homo iesus [illegible] uator noster alpha ꝛ o p[illegible]

finis: qui dedit mihi paup[illegible] inutili seruo suo presentẽ li[illegible] cipiare ꝛ finire. Tibi ergo iesu c[illegible] sime qui dedisti noticiam fidei ill[illegible] quos credituros ante mundi initiuz nosti. Tibi cuius magnitudo incomprehensibilis: cuius gloria inestimabilis cuius iussio fortis. cui⁹ dispositio iusta. cuius iudicia vera: cui⁹ clementia super omnia opera tua extenta. Tibi quem nemo nisi corde attingit purgatus: quẽ nullus nisi operibus inuenit probatus: cui nullus adest nisi mente ꝛ corpore castus. Tibi qui es cecoruz oculus infirmãtiũ verissima salus pes claudorum: lingua mutorum: fortitudo omnium seculorum. Tibi qui es vita et via salutis vita: ꝛ omniuz te postulantium inuictissima dextera. Tibi qui es diuitie pauperum consolatio tribulantium erector humilium ꝛ destructor extollentium. Tibi a quo incrementuz accepit iustus. sanctificatur perfectus ꝛ coronatur in bono opere consummatus. Tibi qui odis iniquos damnas iniustos: deijcis elatos. ꝛ cõfundis superbos. Tibi qui das penitentibus veniam. peccato mortuis vitã. nec abnegas te rogantibus misericordiam consuetam. Tibi qui peccatores non despicis: sed delicta condemnas non odis peccãtes: sed peccata detestaris non hominez: sed scelera insectando consummis: et non creaturam sed culpam extirpas. Tibi cuius iusticiam iniquitas nostra commendat scelera nostra te iustum affirmant: quia vnde iustus es inde [illegible] Unde sanctus es: in[illegible]nis. Unde verus es

nam famam. ¶ Unde sicut in talib⁹ varietatibus apparet decor. ita in vniuerso decor boni magis refulget ex ista punitione mali ꝛ bonitas angelorum et malicia demonum.

¶ De cessatione principatus ꝛ belli demonum contra genus humanum.



Secundus passus est de cessatione belli demonum contra genus humanū. Cum enī fuerit completus numerus electorū ꝛ vniuersum suum completum habuerit decorem cessabit in finali iudicio cessabit omnis presidentia ꝛ principatus demonum sic ꝙ non remanebit nisi principatus eternus iesu christi domini nostri. Unde dicitur primo Corin. xv. Cum euacuauerit omnem principatum et potestatem et virtutem oportet autem illum regnare donec ponat omnes inimicos sub pedibus eius. super quo dicit glo. dū durat mūdus angeli angelis ꝓsunt demones demonibus: homines hominibus ad vtilitatem viuentiū vel deceptionē: sed omnibus collectis iā omnis prelatio cessabit: quia necessaria non erit. Hanc autem prelationem dicitur christus euacuare: q suos omnes exaltabit in regno qui hic fuerunt humiles sicut ipse ex humilitate regnat. Principatum dicit maiores: potestatem minores. Uirtutem dicit illos qui mirabilia faciunt vel fortes homines. sed tunc cessabit omnis creature prelatio in angelis ꝛ hominibus: cessabit timor regnabit charitas: non erit inter ꝓsidentes ꝛ subditos vlla dissensio. Oportet autem illum: id est christū regnare. tunc scilicet aperte interim autem regnat occulte donec ponat inimicos suos: scilicet demones et damnatos voluntarios vel coactos in futuro iudicio sub pedibus eius: id est sub plena subiectione vt ipm hominem deum et regem omnium agnoscāt. Et est sensus interim oportet regnum eius manifestari donec eū regnare fateantur omnes inimici eius. tunc enī impiī eum regnare ipsa regni eius manifestatione confusi fatebuntur. nec est intelligendum ꝙ tunc christus desinet regnare. quia li donec non facit exclusionem futuri regni. sicut Matthei. i. dicitur de ioseph ꝛ maria ꝙ non cognoscebat eam donec peperit filiū suum primogenitum. Et si queras quomodo ergo angeli manebūt euacuato principatu: dic ꝙ manebunt ordines angelorum distincti quantū ad eminentiam glorie secundū hierarchias ꝛ ordines: ꝛ sic etiam demones manebunt distincti quantū ad magnitudinem pene secundum hierarchias ꝛ ordines vnde ceciderunt.

¶ De reclusione perpetua demonū in inferno.



Tertius passus ꝛ vltimus est de reclusione perpetua demonum in inferno. Unde cessante bello demonū. in facie iudicis magni

domini nostri iesu christi audiet de= mones una cum damnatis illam ter ribilem sententiaz. Mat.xxv. Discedite a me maledicti in ignem eternũ q̃ parat⁹ est dyabolo et angelis eius. Et sequitur: ibunt hi in supplicium eternum. ¶ Super quo verbo dicit glo. frustra ergo Orige. spondet li= berationem post multos annos ma= lis hominibus et ipsis demonibus. ¶ Dixerat enĩ Origenes q̃ post hãc sententiã ite maledicti in ignẽ eter= nuz post multos dies: id est post mil le annos visitandi et liberandi sunt: sed hoc ecclesia non recipit: dictum est enĩ ibunt impij in suppliciũ eter num: quod autem eternum est omni fine caret. Et sicut gaudium eter= nuz ita et supplicium. hec ex laterali glo. sup illud Esa. xxiiij. Et cõgrega= bũt i cõgregationẽ vni⁹ fascis in lacũ et claudent ibi in carcerez. nũq̃ ergo liberabuntur: sed in momẽto in ictu oculi dabitur executioni sententia christi. ¶ Sic ergo subito data sen= tentia demones cum condemnatis detrudentur perpetuo ignibus in= fernalibus. Unde Apo. xviij. Hoc i= petu mittetur babylon et ultra iã nõ inuenietur. Et iterum Apo. xx. dya= bolus qui seducebat eos missus est in stagnum ignis et sulphuris ubi et bestia et pseudo prophete cruciabun tur die ac no te in secula seculorum. ¶ Et sicut demones cum damnatis ibunt in ignem eternuz sic angeli bo ni cum electis ibunt cum christo re= ge seculorum in vitam eternam quã nobis concedat iudex ille supremus verus de⁹ et homo iesus christus sal= uator noster alpha et o principium et finis: qui dedit mihi pauperculo et inutili seruo suo presentẽ librũ prin cipiare et finire. Tibi ergo iesu dulcis sime qui dedisti noticiam fidei illis quos credituros ante mundi initiuz nosti. Tibi cuius magnitudo incom prehensibilis: cuius gloria inesti= mabilis cuius iussio fortis. cui⁹ dis= positio iusta. cuius iudicia vera: cui⁹ clementia super omnia opera tua ex tenta. Tibi quem nemo nisi corde at tingit purgatus: quẽ nullus nisi ope ribus inuenit probatus: cui nullus adest nisi mente et corpore castus. Ti bi qui es cecoruz oculus infirmãtiũ verissima salus pes claudorum: lin= gua mutorum: fortitudo omnium se culorum. Tibi qui es vita et via salutis vita: et omniuz te postulantium inui ctissima dextera. Tibi qui es diuitie pauperum consolatio tribulantium erector humilium et destructor extol lentium. Tibi a quo incrementuz ac cepit iustus. sanctificatur perfectus et coronatur in bono opere consum= matus. Tibi qui odis iniquos dam= nas iniustos: deijcis elatos. et cõfun= dis superbos. Tibi qui das peniten tibus veniam. peccato mortuis vitã. nec abnegas te rogantibus miseri= cordiam consuetam. Tibi qui pecca tores non despicis: sed delicta con= demnas non odis peccãtes: sed pec cata detestaris non homines: sed sce lera insectando consumis: et non creaturam sed culpam extirpas. Ti= bi cuius iusticiam iniquitas nostra commendat scelera nostra te iustum affirmant: quia unde iustus es inde iniustos odis. Unde sanctus es: in de peccantes punis. Unde verus es

inde mendaces condemnas. et vnde mitis es inde superbos detestaris. Tibi qui ab initio creaturam singulari misericordia foues potentiali virtute regis ineffabili consilio vel potestate disponis. Tibi qui cōtritorum nō despicis preces nec deprecantium te puro corde spernis clamores. Tibi q frigidas mentes igni tui amoris incēdis et initium boni operis plerūq; nobis nescientibus quibusdam occasionibus formas. Tibi a quo initium est virtutum et augmentum ac perficitur inchoatum. Tibi bone iesu qui es turris fortitudinis a facie inimici sit honor et gloria benedictio et gratiarum actio sine fine. Amen.

Fortalicium fidei quosq; religionis xp̄iane aduersarios aptissime confutans. Jamdudū in plerisq; passibus multipliciter viciatum. Nūc vero magna cum diligentia castigatum: et fideliter emēdatum. Per venerabilē magistrum nostrum guillelmū totani: in sacra pagina professorem: ordinis predicatorum: cōuentus Lugduni. Ad laudem gloriam et honorem cuncti potētis dei itemerate xp̄iferecq; virginis marie: simulctiā ad defensionē et ppagationē prememorate fidei orthodoxe feliciter explicit. Impressum lugd. Per Johannē de romoys. Anno salutis nr̄e. xi. supra millesimū q̄ngētesimū: Impēsis spectabilis viri magri stephani gueynart. Die. xxvi. mensis Nouembris.

¶ Registrum.

✠ ✠✠ a b c d e f g h i k l m n o p q r s t v x y z A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z AA Omnes sunt quaterni p̄ter AA et ✠✠ qui sunt duerni.



